mine hoalmaram: ⁊ dicit ꝙ ſceſſabram. Neqꝫ p id cognoui quid ſit. Mattheus vero ſiluati. in capitu. de ſenatiõe dicit ꝙ ſceſſabram. i. naſturtiũ aquaticũ ſiue criſonum: ⁊ ſic credo eẽ bene expoſitũ: ⁊ q mihi nõ credit videat ꝑmo ꝙ meſue vult ꝙ ſceſſabrã ſit ozimũ mai⁹. Et apud Sera. eſt ozimũ carmeniũ: ⁊ apud Aui. eſt hoalmarã: ⁊ apḋ Mattheũ ſil. eſt ſenatiõ: ſi vero legis capitulũ de ozimo carmeno. i. maiore Sera. ca. de hoalmarã. Apud Aui. ⁊ cũ cap. de ſenatione apud Mattheũ ſiluaticũ videbis ꝙ in rei veritate vere idem ſunt. Quidam putabant ꝙ eſſet ſcebrã id eſt eſula. ſed non eſt conſonum: qꝛ Auic. in. 3. cañ. in capi. de medicinis cordialibus hꝫ alſceſhebram ⁊ ſemẽ eius ⁊ tamẽ ibi eſula nõ ꝯueniret. Poſtqꝫ oſtẽdi de ozimo maiori ſcḋm auctores ſupradictos ⁊ feci videre ꝙ voluerit ꝙ ſit ſenation: ſed ſꝫ ꝯpoſitorẽ aliud eſt vt reperit apḋ ipm Raſis in libro ſcḋo aphoriſmorũ de experimẽtis ⁊ ꝯfidẽtijs in quodam emplaſtro inquit. ſeminis baſiliconis gariofilati ſeminis baſilicõis maioris qḋ vocat burungi. i. cubebe ſm Mattheum ſiluaticum. tu vero conſidera.

¶ Ozimũ gariofilatũ apḋ Sera. ẽ berẽgemiſch eo ꝙ odorẽ hꝫ ſimilẽ gariofilis. Raſis i electuario tres ſpẽs ozimi ponit. ſ. meliſſam. i. ozimũ citratum ozimũ maius ⁊ gariofilatũ due alie ſpecies ozimi reperiunt. ⁊ ſunt ꝓprie amechin ⁊ bedarog ideſt ozimum nos gariofilatum.

¶ Emblici vero ſunt mirabolani emblici. Raſis igt ſumantur chebuli ⁊ emblici ⁊ terãtur ⁊ in trib⁹ libris aque decoquantur donec ad vnam redeant ⁊ colentur. in colatura vero mittatur mellis lib. i. deinde bulliant donec aq̃ conſumpta ſit. ⁊ hoc mel apud modernos appellatur mel amblicoruꝫ ⁊ ſic apud omnes eſt certum ꝙ Raſis vult ꝙ iſte ſit modus faciendi mel emblicorum de quo vide Joannem mattheum gradi in capitulo de vermibus qui in ventre naſcuntur qui ſic ait. ꝙ intelligere debeamus per mel emblicorum quod reperitur in fine capituli electuarij quod vocatur letificans. ibi. n. ipſe Raſis docet conficere mel emblicorum hoc modo ℞. mirabolanorum emblicorum recentium numero. xx. terantur ⁊ in trib⁹ libris aque coquãtur donec ad vnam libram redeant: deinde fortiter exprimantur ⁊ in illa colatura addatur mellis diſpumati libra vna. ⁊ ſimul coquantur donec aqua conſumpta fuerit: tunc deponatur ab igne ⁊ illud erit mel emblicorum quod ingreditur in electuario gemmis: ⁊ in triphera de epithimo: ⁊ in alijs confectionibus. ſi autem mel chebulorum facere volueris facias ſicut mel emblicorum apponẽdo chebulos loco emblicorum.

Electuarium ꝙ oĩ epilepſie ſpeciei remediũ affer in nono almãſoris i capitulo ꝓprio de epilẽſia. ℞. piretri ſiſileos ſticados oiuꝫ añ. ʒ. x. agarici. ʒ. v. cordumeni. i. carui agreſtis recẽtis ⁊ acuti aſſe optime. i. aſſe fetide. ariſtologie rotũde oium añ. ʒ. i. ʒ. v. deinde extrahatur ſucus ex ſquilla ⁊ mixtus cum pari quantitate mellis coquatur ⁊ conficiantur ex eo: ſpecies ⁊ fiat electuarium. ex quo patiẽs quotidie ſumat ⁊ caueat ſibi a groſſis cibis.

¶ Iſtud electuarium apud nos non eſt valde in vſu. ſed Mediolanenſes eo magis vtuntur: maxime ſecundum iſtam deſcriptionem ſupra in tractatu Meſue ſcripſi vnã aliam. ſed non eſt ſimilis huic ſicut oſtendi. Raſis vero in libro diuiſionum in eodem capitulo ſcribit vnam aliam: ſed non eſt eadem: ſed illa videtur magis concordare cum illa Meſue qꝫ iſta.

¶ Epilepſia vel epilenſia. ſ. morbus caduc⁹. eo qḋ cadat patiens cũ ea capit. pedicon a pueris qbus facilius ⁊ ſepius accidit. nã pedia grece puer. Raſis ibi ait. cũ aliquis cadit in terram ⁊ torquetur ⁊ cõmouetur ⁊ intellectum amittit dicimus ipſũ epilenticũ eſſe quod ſi ſpuma exit ꝑ os: aut ſe cõmingit aut ſperma egreditur: aut egeſtio paſſio. tunc eſt prauior ⁊ vehementior.

¶ Experimẽtũ mirabile ad epilenſiaꝫ: quod allegat. Serap. in cap. de lapide ſmaragdo dicens. ⁊ qui defert i anulo ſmaragdũ ꝓſeruat illũ ab epilẽſia qñ iduit eũ i ſuo digito añqꝫ ſupueniat ei epilẽſia. ⁊ ꝓpter hãc cãm docẽtur reges ꝙ ſuſpendant ſmaragdos ad colla ſuoꝝ filioꝝ ſtatim quando naſcuntur ne ſuperueniat eis epilenſia.

¶ Siſileos ideſt ſileris montani. Miror ꝙ ipſe raſis in libro diuiſionũ in ꝑdicta ꝯfectiõe dicit ꝙ ſiſileos ẽ aniudẽ romanũ. etiã Aui. in. 2. canoñ. ait ſiſileos eſt alaniuden romanũ. ſed hi viri nõ bñ ſenſerunt aut quod eoꝝ littera eſt corrupta. nõ. n. ſiſileos eſt aniuden vt iſti dixerũt. qꝛ alaniudẽ apud Sera. in ꝓprio ca. dicitur ꝙ eſt foliũ arboris aſſe fetide. Preterea vide apud eũdẽ i ca. de agarico qui ingt ex auctoritate Dia. agaricũ eẽ ſimilẽ radici aniudẽ. ideſt arboris aſſe. ſ. aſſe fetide ⁊ ſic eſt. Itẽ Stephanus ſcripſit hardelum ꝓ aniudẽ quod eſt ſilphium. infra apparebit eliũ de aniudẽ ⁊ ibi melius oſtẽdã ſi deus voluerit.

¶ Aſſe optime. i. aſſe fetide in deſcriptione Meſ. reperit aliquando ſcriptũ haſce quod eſt thimus: ſed debet dicere aſſe vel aſſa ideſt aſſa fetida.

Electuarium diamuſcũ ꝑcioſũ i nono almãſoris in ca. de tremore cordis ℞. maſticis cinamomi ſeis ozimi maioris. de quo dictuꝫ eſt ſeis ozimi gariofilati. i. baſilicõis ſeis meliſſe. i. ozimi citrati vl' citrarie. ſeis ſiſimbrij ſeis ſaſuci macropipis omniũ ana ptes eq̃les ex qbus oibus puluerizatis. ʒ. x. ſumãtur margaritaꝝ minutaꝝ coralli rubei carabe ſete crude beẽ albi ⁊ rubei folij oium ana ʒ. x. muſci tubaci. cortõij puri. ʒ. v. Conficiãtur cũ melle de mirabolanis chebulis hoc enim electuarium ad frigiditatem ſtomaci ⁊ digeſtiue egritudinem optimum exiſtit.

Iſtud electuarium diamuſci ꝑcioſi apḋ nos nõ eſt i vſu ſed illa deſcriptio qua nos vtimur eſt ex auctoritate Meſue: ⁊ ſm illam põt fieri dulce ⁊ amaꝝ ſicut apparet ſupra in iſto ꝟo Raſis igrediunt q̃dã ſimplicia q̃ declarabo.

Simſibrum. i. menta aquatica ſiue balſamita vt dictũ eſt ſupra in confectione de xiloaloe.

Sanſucus. i. maiorana ſiue per ſe que ſatis eſt nota.

Muſci tubaci. i. illius regionis. nã reperitur apud Serap. id proprio cap. de muſco. Muſcus regionis tubaci ẽ melior muſco ſeni duabus cauſis vna eſt qꝛ gazelle tubaci comedunt ſpicam nardi ⁊ alias ſpecies odoriferas. Gazelle vero de ſ ni comedunt alias herbas ab iſtis quas diximus odoriferas.

Confectio de ſcorea ferri i nono almãſoris in ca. de emorroidibus ⁊ fiſtulis ⁊ ragadijs que in anno fiunt. ℞. mirabolani nigri ideſt indi. vt reperitur apud Serapi. ⁊ Meſue belerici emblicorum omnium añ. ʒ. v. ſpice ſquinanti ciperi zinziberis piperis ameos olibani ideſt thuris boni omnium ana. ʒ. ij. ſcorie infuſe in aceto per hebdomadam vnam ⁊ poſtea torrefacte. ʒ. i. v. conficiantur omnia cum melle ſpumato quod fuerit coctum cum apozimate emblicorum ſicut in capitulo de melancolia nominauimus. de quo quotidie ad nucis magnitudinem ſumatur.

Hec confectio apud nos non eſt in vſu. ⁊ maxime ſecũdum iſtam deſcriptionem. Ipſe vero Raſis in nono Almanſoris in cap. de his que confortant ſtomacum. ⁊ ciborum perficiunt digeſtionem habet vnam aliam deſcriptionem. ſed non eſt eadem. nec fit. Item apud eundem in libro diuiſionum capitulo de medicinis ſtomaci habentur tres deſcriptiones. quarum vna valet ad debilitatem ſtomaci. ⁊ hec conficitur cum melle. alia cum lacte acetoſo. alia cum vino ſed non ſunt in vſu.

Meſue in ca. de vlceribus auriũ habet confectiõem de ſcoria ferri. ſed illa adoperatur cum licinio qḋ non fit.

Scoria ferri de ipſa dictũ eſt. ⁊ ſimiliter de preparatiõe ⁊ de torrefactione. Raſis vero ingt. quod iſta cõfectio debet cõfici cum melle diſpumato. quod fuit coctum cũ apozimate emblicorũ. ſicut in capitulo de melãcolia nominamus ibi vero nõ reperitur apozima emblicorũ verum eſt quo ipſe in capitulo nominato de melãcolia habet decoctionem de epithimo ⁊ ſi facere volueris predictã ꝯfectionem. oportet facias predictã decoctionem. ſicut infra oſtẽdam. vt ipſe Raſis deſcribit.

Electuarium de bacis lauri. i nono Almãſoris capitulo ḋ colica. ℞. foliorum rutbe ſicorum. ʒ. x. ameos. cimini nigelle chehn ideſt leuiſtici. origani. carui. alexandrini. amigdalarũ amararũ melanopiperis. ideſt piperis nigri. macropiperis. mẽtaſtri dauci. acori. bacarũ lauri. caſtorei omnium ana. ʒ. ij. ſerapini. ʒ. iiij. oppoponacis. ʒ. iij. cõfice cũ melle diſpumato eiuſdem ponderis.

Iſtud electuariuꝫ apud nos eſt multũ in vſu. idem Raſis in libro diuiſionũ caplo de medicinis colice. hꝫ vnã aliã deſcriptionem. ſed nõ eſt eadeꝫ nec fit ſcḋm illã. Etiã Gulielmus placentinus in ſuo tractatu de cõfectionibus habet vnam aliã deſcriptionem que eſt eadem. ⁊ eſt ex auctoritate Raſis qui fuit primus inuentor.

Alexandrinum. ſ. ſemen eius quod a modernis macedonicum vocatur ſiue petroſellinuꝫ macedonicũ. ⁊ eſt quoddam ſemen nigrum: quod apud omnes ſatis eſt notum. Ille vero qui ſcripſit librum intitulatum lumem apothecariorum. ſed eſt maleluceus in predicta confectione non poſuit ſemen alexandrinum. cum in ea rationabiliter debeat poni Nico. floren. i tractatu. 7. qnti libri i ca. de ꝓſeruatione a generatione lapidis ingt macero ideſt alexãdri. in alijs habe macedonicum. i. alexandrum.

Oppoponax eſt gummi ſatis notum. arabes vocant iãſur vel ianſir. de quo dixerunt mihi quidam ſapientes ꝙ illud vocabulum. quod reperitur apud Auice. in. 3. canonum. in Fen. xxi. in capitulo de cura prefocationis matricis vbi ait: alſoſir vero cuꝫ ex eo in potu ſumitur. eſt in eo ſanitas. eſt corruptum. nam debet dicere ianſir. i. oppoponax. ⁊ ſic vide quod ipſe in ſecundo. in capitulo. de oppoponaco quod mirabiliter laudat illum in illa materia. quidam exiſtimauit ꝙ eẽt zedoaria. ſed ignoro. quia ipſe Auicẽna in ca. de zedoaria de ipſa non loquitur in illa materia ſicut facit de oppoponace.

Cõfectio de enula in libro diuiſionum in cap. de medicinis epatis. ℞. ariſtologie. ſ. rotũde zinziberis. enule ſicce. iſtirgar. eruce. ſeminis apij. feniculi. aniſi. ameos ana. partes equales terant ⁊ aggregentur cum melle ⁊ fiat.

Hec confectio apud nos nõ eſt in vſu. tamen ſimplicia que ſunt declarãda declarabo.

¶ Enula apud Dia. vocat ellenũ. Macer dicit enula qꝫ vulgus enulã vocat. que dicit a medicis eſt forma cognita cunctis Iſidor⁹ in ca. de olerib⁹ dicit. inula quã ruſtici alan vocant Pe. de creſcẽtijs dicit enula nõ ſeritur: quia ſemen non habet. ſed plãtatur. Corona eius tota vel maior pars eius in terra pingui. ⁊ alte foſſa radix ei⁹ ſꝫ circa inſtans cõpetit vſui medicie. Papias ait alan herba radicis aromatice ⁊ ẽ inula Pli. iquit inula quoqꝫ a ieiunijs cõmanducata dentes ꝯfirmat ſi vt eruta eſt terrã nõ attingit condita tuſſim emundat.

¶ Iſtirgar ſm mattheũ ſiluaticũ ẽ ſalſa q̃ ſit ex aniuden. hoc apud Auic. in ſcḋo vocat aſtirgar. ⁊ dicit ꝙ eſt propinqua aniuden. ideſt plante cuius gũmi eſt aſſa fetida. ſꝫ nõ affirmo ꝙ iſtigar ſit aniudẽ. ſed loco eius ponitur gummi ipſius quod eſt aſſa fetida.

Confectio ad crepatos in libro diuiſionũ ca. ḋ medicinis vrine. nõ ẽ in vſu: ſimplicia vero que ſunt declaranda declarabo.

¶ Cipreſſus apud Auic. nominatur in ſiria arbor. alten: ⁊ romane cupreſſus. Raſis dicit cipreſſi nucis: ſed ego puto ꝙ vult dicere nucis cipreſſi: que ſunt note.

¶ Sanſuci. i. maiorane ſicut dictum ẽ ſupra.

¶ Mugath. i. radix granati ſilueſtris Aui. in ſecundo de ipſo ſpeciale capitulum facit: ſed ignorat quid eſſet: ⁊ redarguit dicentes: ꝙ eſſet radix granati ſilueſtris. ipſe etiam in capitulo de grano alchilchil. i. granati ſilueſtris dicit. ⁊ dixerunt iſti eius radix eſt almugath. vide etiam de mugath apud ſimonem ianuenſem.

¶ Gluten piſcium. i. colla piſcium q̃ ſit ex inteſtinis piſcium. hec apud grecos ictiococolla dicitur Nicolaus florentinus in libro ſeptimo in capitulo de curatione hernie ſiue ramicis ait. glutinis ſcriptis. a. l. piſtatorum ideſt colle de piſcibus ⁊c.

¶ Finita ſunt electuaria ⁊ cõfectiones Raſis. nunc vero incipio ab Aui. ſeu abboali ſup ſuo antidota. i. 5. canoñ.

Iriaca ſm Auic. ⁊ eſt deſcriptio Andromaci. ℞. trociſcoꝝ ſquille: ana. ʒ. xlviij. trociſcorũ vipere. ʒ. xxiiij. trociſcorum alindaracaron piperis nigri opij añ. ʒ. xxiiij. cinamõi. ʒ. xij. roſarũ. ʒ. xij ſeis napi ſilueſtris: ſcordeon: radicis lilij celeſtis: agarici ſuci liquiricie: ole balſami ana. ʒ. xij. mirre electe croci ziziberis reubarbari pentafilonis calamẽti montani praſſi ſeminis macedonici ſticados coſti amari pipis albi macropiperis pulegij indi olibãi. i. thuris ſgnãti gũmi albori caſſie lignee nigre ſpi. i. nardi ſpolij mõtani oiuꝫ ana. ʒ. vi. ſtoracis liq. ſeminis apij ſiſileos. i. ſileris mõtani ameos camedreos: amepiteos: ſuci hippoquiſtidos ſpice celtice ſchee montane. folij gentiane. ſeis feniculi: terre ſigillate rubee. colcotar: aduſti: amomi: acori: naſturtij. albi: cãpobalſami iperi cõ: ſu. gũmi arabici. cordumeni. aniſi. acatie. dauci. bdelij ana. ʒ. iiij. bezard. aſpalti oppopõacis. cẽtauree mino. ariſtologie rotun. omniũ añ. ʒ. ij. caſtorei. ſerapini ana. ʒ. iiij. mellis diſpumati lib. x. vini ãtiqui odoriferi lib. iij. liquefiant q̃ de eis liqueſcũt ⁊ infundant que ifũdunt ⁊ terantur ſicca ⁊ cribellent ⁊ ꝯficiant cũ melle: ⁊ ponant i vaſe vitreo aut plumbeo. aut argẽteo ⁊ nõ ipleat vas. imo ſit i eo ſuperfluitas vt reſpiret medicia. ⁊ omnes medicie preter mel ⁊ vinum ſunt. lxiiij. medicine.

¶ Atyro ſerpente dicitur tyriaca. ⁊ maxime ſm iſtam deſcriptionem. qꝛ reperiuntur multe alie tyriace que non dicuntur atyro. vt ẽ tyriaca diateſſaron. i. de quatuor rebus ſicut dictum fuit. ⁊ ẽ tyriaca ruſticorum quod eſt aleum agreſte ⁊ eſt tyriaca de fuſſio. i. alchaochion. ⁊ ẽ tyriaca de terra ſigillata ⁊ multe alie tyriace reperiuntur quarum deſcriptiones non ingreditur tyrus. vnde per hoc moderni diſtinguunt ꝙ tyriaca dicitur medicina que valet contra venenũ. vt bezahar. quod apud arabes ſignificat omnem medicinam liberantem a veneno. vide Aui. in. 2. canoñ. pri. ca. de areolis venenorum qui inquit. tyriaca bezahar interficit venenoſa ⁊ expellit venenum Serap. dicit lapis bezahar. i. lapis liberans a venenis. nam tyriaca albezahar ẽ nomen perſicum. ⁊ eſt expellens nocumentuꝫ ⁊ hoc nomen cadit ſuper duo. vnum eſt ꝙ cadit ſuper omnem medicinam conuenientem alicui veneno. eo ꝙ reſiſtit virtuti ei⁹ ⁊ expellit nocumẽtũ ab eo ꝑ proprietatẽ q̃ eſt in ea. ⁊ ſm ẽ ꝙ cadit ſup lapidẽ notũ quod conuenit oibus venenis. ipſe Sera. ibi non loquitur in quo iſte lapis iueniat veꝝ ipſe docꝫ diſcernere ab alijs lapidib⁹ ei ſimilantib⁹ in fine ꝟo ait abdalaanarach. vidi lapidẽ bezahar filius almirama murũ cuſtoditionis legis dei ⁊ ẽ verum ꝙ ipſe emit lapidẽ iſtũ ⁊ dedit pro precio lapis bezachar placatũ cordube in ꝑncipio belij. Et iſte lapis. vt dicẽnax in ſuo lapidario. eſt qdam lapis multũ carus regib⁹ qui generat in oculis ceruorũ. in oriente qui cuꝫ ſerpẽtes comedunt deponẽtes ſenſũ vt fortiores fiant intrant flumẽ vbi morant imerſi vſqꝫ ad caput tãdiu quſqꝫ ſentiãt virtutẽ veneni ſeparatã. iterea lachrymã emittũt q̃ coagulata in oculis interdũ vſqꝫ ad magnitudinẽ nucis deſiccatur donec cadat cũ de flumine exierint. ⁊ ſic inuenit. ⁊ hec dicitur venenorum tyriaca.

¶ Hec deſcriptio iſtius tyriace reperitur in multis alijs locis. nam Raſis in. 8. Almanſoris in ca. de morſibus viperarum habet vnam deſcriptionem Gulielmus placentinus in ſuo antidotario habet vnam aliam Jo. Serap. in ſuo antidotario habet vnam aliam Haliabbas in decimo practice habet eadem Nicolaus etiam in ſuo antidotario habet vnam aliam. ſed illa eſt ex auctoritate Galieni ſicut dixit. ⁊ dicitur ꝙ eſt domina medicinarum. ⁊ Galienus ipſam compoſuit. ſed in veritate ſicut inquit Auice. Haliabbas ⁊ alij auctores dicunt ꝙ deſcriptio radicalis eſt andromaci ⁊ eſt melior alijs deſcriptionibus. ſed verũ eſt ꝙ fuerunt plures medicorum. ſicut Gal. democritus. ⁊ alij qui voluerunt in ea addere vel minuere de pondere. ſed neceſſitas non erat. quia Andromacus predictam deſcriptionem compoſuit cum tanta diligentia quod non erat neceſſitas ꝙ aliquis aderet nec minueret aliquid. in tẽpoꝛ ꝟo ãtiq̃ accidit Badro. illḋ qḋ exptũ fuit ſup ſuamẽ

tuꝫ carniū ſerpētū ⁊ aliorū:addidit in eo trociſcos de vi
peris.i.de tyro:in reliquis vero non diminuit metridatū
a tyriaca niſi in re vna:ꝙ ē venenū ſerpentū: ⁊ ſic iſta de-
ſcriptio dñi Auic.ē deſcriptio radicularis andromaci:ipſe
Aui.habet tres deſcriptiones:ſed prima ē nobilior alijs:
⁊ ſic hodie noſtri medici volūt ꝙ iſta deſcriptio ſit illa q̄
vti debemus:ſed in nr̄is partibus reperiunt rari apothe-
carij faciētes ipſam.ſed emūt a mercatoribus Januenſis
que nō hȝ tātā virtutē quātā dixerūt auctores eā habere
⁊ hoc ē vt credo:qꝛ nō faciūt ipſam ſʒ itētionē androma
ci.⁊ ſcias ꝓ certo ꝙ allocutus fui illos q faciunt ipſam.⁊
ſcio ꝙ decipiunt in multis ſimplicibus ⁊ nō cognoſcunt
certitudinem rerum:ſed quomodo debeat experiri ⁊ ꝓba
ri bonitas tyriace ſtatim declarabo.
¶ Experiētia tyriace:ſi erit bona aut mala: vt docet an-
dromacꝰ Aui.Jo.Sera.Gulielmꝰ placēti.⁊ Haliabbas
ē talis:dicūt accipiaf gallus ſilueſtris vel domeſticꝰ:ſʒ ſil-
ueſtris eſt melior:⁊ exiſtimant quod ſit ſaſianus.quia ipſe
eſt ſiccioris complōnis q̄ȝ domeſticus:⁊ mittaf ſuper ipȝ
animal venenoſū: vel ponaf de aliquo veneno i vulnere
paruo facto ſup alā ſiniſtrā ꝓpe coxam ⁊ poſt hoc def i po
tu cū vino de tyriaca.⁊ pōatur de ea ēt in vulnere poſt ve
nenū ſpecialiter cū aīal icipit debilitari.tūc ſi animal vixe
rit erit tyriaca bōa ⁊ bone etatis.ſi morif erit praua:Alia
ꝓbatio.ſi def tyriaca illi q ſumpſit opiū vl iuſquiamū ni
grū.vel corticē mādragore.⁊ ſi tyriaca deſtruxerit virtutē
alicuiꝰ iſtoꝝ venenoꝝ erit bōa.Alia ꝓbatio ē.vt ſi homo
ſumet chatarticū ⁊ ꝯſideref tūc ſi ſoluerit eū ſumat i potu
tyriacā.⁊ tūc ſi retinet eū ē recēs ⁊ bōa.⁊ ſi nō ē mala.Ui
de ergo ſi cognoſcef volueris tyriacā bonā a mala.Poſt
q̄ȝ oſtēdi ꝺ ꝓbatiōe ipſius.nūc volo oñdere quāto tpe de-
bet permanere ipſa tyriaca anteq̄ȝ diſpenſetur.
¶ Sciendū eſt igitur ꝙ ſecundum Andromacū ⁊ Auic.
debet ſtare per ſex menſes anteq̄ȝ bandiatur ad minus.vñ
quando eſt infans ſcilicet ante ſex menſes ſtupefacit de
qua Gentilius ait.dicunt quidaȝ ſapientes ꝙ tyriaca no
ua ſtupefacit per opium quod natura ſeparat ab alijs.⁊
mandat illud per partem dolentem.
¶ Si queraf quot res igrediant i iſta tyriaca dicaf ꝙ cō-
putatis ſimplicibus ⁊ cōpoſitis ipſam igrediētibꝰ ſūt ad
numerū.lxiiij.duobus liquoribꝰ.ſ.melle ⁊ vino exceptis.
¶ Si etiam queratur in quo vaſe tyriaca melius conſer-
uetur.in hoc eſt regula.qꝛ communiter conſeruāt ipſam
in vaſis plumbeis ſed male.qꝛ plumbum attrahit ad ve-
nenoſitatem.nec debet eſſe de ferro.quoniam pars vaſis
que vacua remaneret poſſet fieri eruginoſa.⁊ illa erugo
propter permixtionem tyriace oportunam ⁊ ipſius ty-
riace ebulitionem comunicare poſſet ipſi tyriace aliquid
de venenoſa natura ſua.nec debet eſſe ꝺ auricalco quoni
am ipſum principaliter ſit ex ere.nec dȝ de eē cupro.q̄niā
ipm ſit ex pte eris.dȝ eē de peltro.q̄niā ipm ꝯponit ex pte
plūbi.imo ꝯſeruetur aureo vel aurato argento vel argēta
to ſtāneo.vel ſtānato vitreo.vel vitriato.vel marmoreo
ſeu de alabaſtro bene polito ⁊c̄.
¶ Si etiam queratur quot annis durat tyriaca dicatur
quod Auic.ibi de ipſa loquitur dicēs.⁊ tyriace quidem
adſunt infantia ⁊ pubertas ⁊ adoleſcentia ⁊ ſenectus ⁊
mors.⁊ ſit infans poſt ſex menſes.deinde incipit i puber
tate ⁊ augumento vſq̄ȝ ad tempus in quo ſtat per decem
annos in regionibus calidis.⁊ viginti annos in regioni-
bus frigidis.deinde ſtat aut decem annis.aut viginti.de-
inde declinat.aut poſt viginti ānos.deinde poſt.xl.annos
deinde expoliaf virtute tyriace.aut poſt.xl.ānos.aut poſt
.xl.⁊ ſit vna cōfectionū ꝺclinata a guſtu tyriace.⁊ opor
tet.vt def in potu morſo de illa q̄ ē recēs ⁊ fortis ⁊ relīq̄s
gbus i potu daf de illa que ē debilior.⁊ fortaſſe ē neceſſe
vt in potu def morſo recēti ex medio aureo vſq̄ȝ ad aur.i.
⁊ ex eis quibꝰ diſtinguif iter illā q̄ ē recēs ⁊ fortis.⁊ iter
antiquā ⁊ debilē ⁊ malā dictū ē paulo ſupiꝰ.vbi diximꝰ
de eius expientia.Cōiter āt tenetur ꝙ tyriaca duret i bōi
tate ānis triginta aut quadraginta poſt illud eſt debilis.
Notādū eſt ꝙ melius tēpus cōſtruēdi tyriacā eſt tēpus
veris ⁊ tēpus eſtatis.qꝛ tyriaca iuxta auctorum ſniam ſex
mēſibus permanet anteq̄ȝ perfectiſſime cōmiſceaf.quod
egdē albucaſis quarta ꝑticula azarauij.poſt deſcriptiōes
tyriace.⁊ omniū trociſ.ipſaȝ igrediētiū exꝑſſe iuenit dicēs
ꝙ poſt ſex mēſes cōplef tēperamētū tyriace.⁊ fermenta-
tio.⁊ ad minꝰ poſt ſex mēſes adminiſtrari pt.vt dcm̄ fuit.
Poſtq̄ȝ dixi de ꝓbatiōe ipſius ⁊ alia.nūc volo oſtēdere
de mō conficiēdi ipſā.vt docēt Andromacus ⁊ Raſis di
cētes.neceſſitas ē vt ſumamꝰ opiū.⁊ mirrā.ipoquiſtidos
⁊ ſerapinū.ſucum.liquiritie.⁊ ſtoracem liquidam.⁊ aca-
tiam.⁊ oppoponacuȝ.⁊ omnia hec in mortario poſita cū
pauco melle diſpumato moueantur donec moleſcant.de
inde ex vino infundantur.⁊ per tres dies in vaſe vitreato
manere permittantur.poſtea ſpica.⁊ cinamomum.⁊ zinzi
ber.⁊ caſſia lignea ⁊ naſturtium atq̄ȝ caſtoreum ⁊ folium
⁊ terra ſigillata.⁊ colcotar ⁊ aſpaltum ac amomum.nam
hec trita in mortario commiſceantur.⁊ ex vino aſpergan
tur donec vniantur.deinde mel ⁊ gummi arabicum ⁊ ter
bentina ⁊ galbanum ⁊ balſamum ſumantur ⁊ in cazola
poſita donec mixta ſint aggregentur que taliter preparata
alijs medicinis que in mortario ſunt adiungantur ⁊ cum
omnia ſimul fuerint terantur ⁊ agitentur donec bene ſint
mixta.deinde quod ex eis ſit in piſide argentea aut in va-
ſe plumbi que medicamen hoc in duabus partibus ſui ca
pere poſſit reponatur.vas autēȝ in quo ponatur nō opor
tet ꝙ ſit plenum cuius os cum corio optime legetur quot
tidie tamen diſcooperiatur ac per vnam horam manere ꝑ
mittatur.ex hac quoq̄ȝ etiam medicina non niſi poſt ſex
menſes alique ſumant ⁊ illo mō fiat.⁊ ſcias ꝙ in primo
menſe omni die bis.vȝ mane ⁊ ſero per mediam horaȝ vl
circa tyriaca ipſa eſt fortiter agitanda ⁊ cōmiſcēda.⁊ ſem
per poſtea ſuo coopertorio obturanda ac ſigillanda Scd̄o
autē menſe oī capite quatuor dieꝝ ſemel tyriaca ipſa eſt ꝑ
mediā horā ſiꝉr bñ agitanda ⁊ ꝯmiſcēda.In tertio v̄o mē
ſe oī capite ſeptem dierū ſemel ipſa eſt cōſiꝉr cōmiſcenda.
Quarto aūt mēſe oī capite decēȝ dieꝝ ſemel ſiꝉr ꝑ mediā
horā eſt ꝑmiſcenda.Quinto v̄o menſe ſiꝉr qndecim dieꝝ
capite eſt cōmiſcenda.In capite aūt ſexti menſis ſiꝉr ſemel
per mediam horam eſt permiſcenda.poſtmodum vero tan
q̄ȝ ꝑfecte commixta dimittenda eſt optime obturata.ali-
quando tamen in temporis proceſſu cum oportunum
videretur precipue ꝓpter ebulitionem ipſius ꝑ cauma-
tis factam non conuenit ipſam aliqualiter permiſcere.
Poſtq̄ȝ oſtendi conficere ipſam nunc vero itentio mea eſt
declarare illa ſimplicia que magis difficilia ſūt ⁊ primo in
cipio a trociſ.ſquille.quorum deſcriptio infra apparebit.
Haliabbas hȝ troc.hauſali.qꝺ idēȝ ē.nā hauſal ē ſquilla.
Troc.ꝺ viperis.i.ꝺ tyro.ſ.de femia eſt certū ꝙ tyriaca
dicif a tyro ſerpente.Haliabbas hȝ trociſcos tyrie ⁊ idēȝ
eſt.infra in ſua deſcriptione meliꝰ oñdā ſi deus voluerit.
Troc.alindaracaron.i.andromaci Gal.loco troc.alin
daracaron habet troc.diacorali.de quibus infra.
Napus ſilueſtris eſt rapiſtrum ſiue rapiſtri.ille vero q
de nouo ſcripſit lumen malelucens habet ſenem ſinapis
quod nequaquam bene factum eſt ſicut oſtendam.Gen-
tilis autem ignorauit quid eſſet.ſed ego aggregaui aucto
res qui ſcripſerunt predictam deſcriptionem.⁊ vidi in-
tentionem omnium.nam vidi ꝙ andromacus habet rapi
ſtri Auicen.napi ſilueſtris.etiam Gulielmus placentinus
habet napi ſilueſtris.⁊ ibi dicit ꝙ eſt rapiſtrum.Democri
tus vero habet rapiſtrum ꝙ idem eſt.Haliabbas autem
habet ſeminis rape ſilueſtris quod ſecundum quoſdam
eſt idem.Ergo ſi napus ſilueſtris eſt rapiſtrum ego dico
ꝙ eſt raphanus agreſtis ⁊ ꝙ hoc ſit verum vide Simo-
nem Januenſem qui dicit.ꝙ rapiſtrum aromorachia.⁊
raphanus agreſtis idem eſt ſimiliter ait Matthe.ſiluati.
Raſis in ſuis ſinonimis in fine dicit.napi ſilueſtris.i.ra-
piſtri.Sinonima Nicolai aiunt.napi ſilueſtris.i.rapiſtri
poſtea in littera.r.ait rapa ſilueſtris.i.rapiſtrum vel napi
ſilueſtris.⁊ ſic ſi bene conſideretur videbis ꝙ napus ſilue
ſtris ⁊ rapiſtrum eſt raphanus agreſtis que alio nomine
a romanis aromorachia dicitur.⁊ ſic meo tempore vidi
ponere ſemen aromarazij.
Poſtq̄ȝ dixi de napo ſilueſtri.tūc vero mea intentio eſt
narrare vnam aliā ſpeciē napi que a multis vulgari nomi
ne vocatur rampōculus.⁊ nomen ſuum ſʒ pluriū medico-
rum modernorū opinionem eſt illud quod ab Auic.in ſe-
cundo vocatur melha:ſed non recte.nam ſi legis bene illꝺ
capitulum de melha.videbis ꝙ rampunculus non conue
nit.nam ipſe Aui.ait.ꝙ eſt ſicut rānus.rānus vero apud
Serap.eſt hauſegi.⁊ hauſegi apud Aui.eſt rubus qui ram
punculus nō eſt.ſed ſit quomodocunq̄ȝ rampunculus eſt
ſpecies napi.de quo Nicolaus florentinus in libro quar-
to in tractatu quarto in ca.de preuiſione cautelis ⁊ cuſto-
dia a venenis ⁊ eorum nocumentis.in generali ait.ſemen
napi parui ⁊ exiſtimant quidam ꝙ ſit rāpunculus q come
dit cōmuniter.Bertholameus montagnana in ſuis conſi-
lijs in conſilio rerum preſeruantiū ab oppilationibus ⁊ a
tenſione magna in ſtomaco ingt ſic.melius tamen ſalati-
cum eſſet locuſte.i.ramponzeoli ſuo tempore.reperitur au
tem quoddam animal nominatum locuſta ⁊ illud eſt gril-
lus viridis.vt dicit Nicolaus.
¶ Scordeon ſm̄ Auic.⁊ circa inſtans.⁊ Gulielmū lom-
bardum eſt aleum agreſte.⁊ ſm̄ circa inſtans ſolus flos cō
petit vſui medicine.Pe.de creſcētijs dicit ſcordeon.ideſt
aleum agreſte.ſolus flos eius competit medicine.⁊ eſt ty-
riaca ruſticorum ſm̄ Ga.macer inquit.Scordeon argiue
ſunt alea dicta latine.Lilium celeſte apud Auic.eſt ireos
cuius radix vſui medicine competit.
¶ Oleum balſami eſt quod ex ligno balſami manat.An-
dromacus habet olei balſami.ſed Raſis ⁊ Guliel.hebent
balſami puri.Haliabbas vero habet olei balſami optimi.
idem hȝ Joan.Sera.ſed pro certo auctores qui de ea lo-
quuntur non intelligunt oleum balſamum factum artifi-
cialiter ex multis.verus eſt quia balſamus apud nos raro
reperitur.auctores moderni ſcripſerūt olea ⁊ alia que poſ
ſunt adminiſtrari in omni loco vbi ingrediatur balſamus
prout infra apparebit.
Pentafilon.i.quinq̄ȝ folium.Jſidorus in ca.de herbis
aromaticis ſiue cōibus dicit pentafilon a numero foliorū
dicta.vnde ⁊ eam latini quinq̄ȝ folium vocant.reperitur
vna alia planta que multum ſibi aſſimilatur ſed habet ſe-
ptem folia ⁊ hec vocatur eptafilon ambe in pratis reperi-
untur.Jo.Serap.inquit.albetafilon ⁊ eſt quinq̄ȝ folium.
¶ Praſſium.i.marubium.vt dictum fuit.haliabbas ibi-
dem dicit praſſium.i.porrus montanus.
¶ Macedonicum.i.apium montanum ſiue alexandrum:
Raſis loco eius habet olixatri.Jo.Sera.habet apij.mon
tani quod idem eſt ſm̄ Matheum ſiluaticum.
¶ Pulegium indum.i.pulegium ceruinum.naȝ Raſis ⁊
Gulielmus habent pulegium ceruinū ⁊ Jo.Serap.habet
alchatamum.⁊ dicitur ꝙ eſt pulegiam ceruinum.In ter-
tia vero deſcriptione Auice.ait tuctaminis ⁊ eſt pulegiū.
⁊ ipſum diptamum ſine dubio eſt ſpecies pulegij.vt patet
apud Serapio.in capitulo de origano.vbi de diptamo lo
quitur.ſine dubio ex meo iudicio credo quod verum pule
gium ceruinum ſit diptamum.nam Jſido.in capl̄o.de her
bis aromaticis ſiue communibus ait.diptamuȝ herba no
men accepit.propter quam apud virgilium cerua vulne-
rata ſaltus.⁊ item Haliabbas loco pulegij indi habet di-
ptamum quod idem eſt.Papias dicit.pulegium martis
diptamum eſt.ſed lumen malelucens putat ꝙ pulegiū in-
dum ſit pulegium vſuale.ſed non cognoui quid eſſet.meo
vero tempore pro pulegio indo diptamum vidi ponere.
¶ Gummi albotin ideſt terbentina.nam ſi cōſideretur be
ne gummi.albotin eſt terbentina dictum largatum.Raſis
loco eius habet terbentinam.Auicen.in ſecūda deſcriptio
ne habet glutis alinbac.quod idem eſt.Haliabbas habet
gumme botani.quod idem eſt fructus ipſius vocanf gra-
na virida ⁊ arbor botin.
¶ Storax liquida.i.ſigna.Jo.Serap.in predicta deſcri-
ptione dicit.ſtoracis liquide.⁊ eſt mel alubne.⁊ in confe-
ctiōe chefete ingt.ſtoracis hūide.⁊ ē mel ſtoracis calamite
Jpoquiſtidos eſt ſucus cuiuſdā rei que aſſimilatur fun-
go que naſcitur in radice roſe canine.ſeu barbe hircine.
Aui.in capitulo de barba hircina dicit.qꝺ radix eius eſt
fortioris ſtipticitatis.⁊ ponitur in tyriaca.⁊ ſic eſt.Fran

ciſcus de pedemontium in capitulo de fluxu ventris om-
nium modoruȝ ⁊ curis eius ait.barba hircina ⁊ flos eius
⁊ ſucus qui eſt ipoquiſtidos.
Scheē montane.non inuenitur ſic apud alias.veruȝ eſt
ꝙ Haliabbas habet ſici montani.quod idem eſt.tamen ſi
intentio andromaci eſt quod ponamus ſcheam debemus
eam ponere.pro ſchea intelligitur ſandonicum.vt reperi-
tur apud Serapionem in proprio capitulo de ſchea.⁊ di
cit quod eſt abſinthium marinuȝ ⁊ ſic eſt.⁊ eſt illud quod
hodie herbam ſauinam dicimus aut ſomenzinam aut ſe
men ſanctum defertur de ianua ad nos.⁊ mirabiliter va
let ad vermes interficiendos.
¶ Colcotar vero apud Auic.in ſecundo canonis cap.de
attramento.eſt vitriolum citrinum.Jo.Serap.habet cal-
cadis.Gulielmus lombardus dicit quod vitriolum adu-
ſtum de quo ſit encaſtruȝ vocatur colcotar.Haliabbas ve
ro habet vitri aſſati quodammodo non ad perfectionem.
Ego credo quod iſta ſententia ſit falſa.quia non eſt con-
ſonum dicere vitri aſſati.immo debet dicere vitrioli aſ-
ſati.⁊ ſic hodie loco colcotar ponitur vitriolū viride adu
ſtum.Andromacus dicit quod aduſtio ipſius non ſit vlti
ma.ſed aduratur ſecundum medietatē ad hoc vt poſſit cō-
teri.oportet ergo accipere vitriolum ⁊ ponere ipſuȝ in pa
tella ad ignem donec igneatur ⁊ continue vitriolum vol-
uatur.⁊ tādiu hoc facias ꝙ eius color mutetur.⁊ tunc de
ponatur ⁊ vſui reſeruetur.etiam.Joan.Seraꝑ dicit ꝙ cal
cadis debet eſſe vſtū ſecundū medietatem ſue aduſtionis.
Naſturtium albuȝ de ipſo neſcio quid dicam.quia ſa-
pientes dixerunt ꝙ naſturtium album eſt naſturtium ba-
bylonicum quod non cōſonat.quia Raſis ⁊ Gulielmus
ambo habent in predicta tyriaca.ſ.naſturtium album ⁊ na
ſturtium babylonicum ergo non ſunt idem.Auicen.in ſe-
cunda deſcriptione tyriace dicit.alme ⁊ alſeis ⁊ eſt naſtur
tium album.Jo.Serap.in eodē loco habet ſeminis azuf-
fere.neq̄ȝ per id cognoui quid ſit Matheus ſiluaticus in
littera aleis inquit.aleis ideſt naſturtium babylonicuȝ.⁊
eſt naſturtiuȝ orientale.Seraꝑ.vero in capitulo de naſtur
tio.formā naſturtij oriētalis deſcribit ex auctoritate Dia.
ſed apud Diaſ.non reperitur ſub nomine naſturtij orien-
talis.ſed meo iudicio credo ꝙ illud capitulum de brion
herba apud Diaſ.ſit idem cū naſturtio orientali apud Se
raꝑ.⁊ ſic ſine dubio ſi legis capitulū de brion apud Diaſ.
cum cap.de naſturtio orientali apud Serap.videf ꝙ idēȝ
ſunt.Sunt etiam qui loco eius ponunt naſturtium aqua
ticum quidam naſturtium vſuale.Haliabbas autem loco
naſturtij albi hȝ cardamomū quod eſt naſturtiū vſuale.
Gummi.ſ.gūmi arabici.⁊ hoc reperitur ſuper arborem
ex qua ſit acatia ſicut reperiunf alie gūme.vt dicit Sera.
Haliabbas in multis locis dicit gūma zabara.i.arabica.
Cordumeni ideſt carui agreſte vt dicit Jo.ſera.in pre-
dicta confectione ſimiliter ait.Gulielmus ⁊ ſecundum
Matheum ſiluaticum eſt cordilion ſeu ſiler creticum.⁊ ſe
cunduȝ Democritū eſt cheiſiȝ cāpeſtre q̄ eſt leuiſticū.vide
ſupra in ꝯfectiōe athanaſie magne vbi melius oñſum fuit.
Bezaard ideſt galbanum.quia alij auctores loco eius
habent galbanum.Preterea Serap.in capitulo de galba-
no dicit ꝙ bezaard.eſt galbanum ſimiliter dicit in deſcri-
ptione tyriace.etiam vide ꝙ Auic.in tertia deſcriptione
in fine ait.ad litteram bezaard.⁊ eſt galbanum ⁊ ſic eſt.
Alia vero ſimplicia ſatis declarata ſunt.Liber qui dicitur
bulchaſis in tractatu.ij.docet formam extrahendi ſucum
galbani ⁊ inquit.recipe bauciam ſilueſtrem ſetentem cum
ſuis ſummitatibus ⁊ inciſe vide ibi.
Mel.ſ.mel apū.qꝺ eſt notū.Auic.Raſis.Guliel.habēt
mel ſcilicet vſuale.Andromacus aūt hȝ mellis alhaſce ⁊ di
cit qꝺ eſt mel qꝺ ſugunt apes ex herba que dꝛ alhaſce.ergo
debet eſſe mel ꝙ apes colligūt ab alhaſce quod eſt thimus:
Joan.Serap.ibi dicit mellis ſilueſtris mūdi qꝺ colligunt
apes ex alhaſce.Halib.aūt dicit mellis qꝺ apes ex plan-
tis colligūt.Gal.in ſua deſcriptiōe hȝ mel atticū de quo
ſupra.Notādū ꝙ regula multoꝝ modernorū eſt ꝙ in ipſa
tyriace ꝯſtructiōe ponūt multo plus mellis q̄ȝ debeat po-
ni.ſʒ ſi vis ꝙ tyriaca ſit laudabilis ponaf pro q̄libet li.mel

lis.ʒ.vij.ſpēꝝ ad minus.⁊ hoc fuit approbatuꝫ meo tempore in alijs confectionibus nō ingredit̄ tantum ſpecieꝝ.

¶ Vinum antiquum odoriferū ⁊ optimū hoc eſt ſatis notum. Auic. Andromacus. Raſis. Gulielmus. ⁊ Joan. Serap. ponunt in ſuis deſcriptionibus vinum odoriferuꝫ. ⁊ non exponunt ſi deberet eſſe coctū aut non. ſed ſꝫ opinionem meam debet eſſe coctum ⁊ iſtud vinum debet fieri ex vuis electis albis factum ⁊ coctum vſqꝫ ad conſumptionem vnius tertie partis eius vel plus quouſqꝫ habeat prefati mellis collati conſiſtentiam. ⁊ dꝫ eſſe trium annorum vel circa. quod equidem vult expreſſe albucaſis q̄rta particula azararij ca. primo inquiens debere ſumi catenum vetus de tribus annis. ⁊ Haliabbas decimo practice cap. de tyriaca dicit. ſume canū.i. vinū dulce coctū. quod appellatur muſtum vetus de tribus annis. Galie. loco eius habet vinum falernum de quo ſupra.

Confectio metridati ex deſcriptione cōi omnium. ℞. mirre. croci. agarici. zinziberis. cinamomi. dragaganti. oiuꝫ. ana. ʒ. x. ſpice olibani. Alſeis ⁊ eſt naſturtiū babylonicū. ſquinanti. xilobalſami. ſticados. ſiſileos. coſti. camepitheos. galbāi. nebeſcet. macropipis. ⁊ ſuci; barbe hircine caſtorei. melachion. ⁊ eſt opiuꝫ folij indi. i. malabatri. i. ſtoracis. oppoponacis. an̄. ʒ. viij. opij. ʒ. v. caſſie leucopiperis. melanopiperis. hermodactilorum. polij ſcordeon dauci. mellilotí. gentiane olei balſami. carpobalſami. ſ. ſeminis balſami. troc. chochiō. bdelij. omniuꝫ. an̄. ʒ. vij. ruthe. ʒ. ij. armoniaci. ſpice romane. i. celtice. maſticis. gummi. arabici. petroſelini. cordumeni. i. carui agreſtis. ſeminis feniculi. omnium an̄. ʒ. v. aniſi. acori. meu. ſerapini. aſſari. an̄. ʒ. iij. roſaꝝ rubeaꝝ pulegij. omniū an̄. ʒ. v. fu. acatie ⁊ vmblici. ſtinci. ſeis pici. oiuꝫ an̄. ʒ. xlv. vini odoriferi antiqui in quo infundantur ea que opꝫ infundi mellis diſpumati. quod ſufficit miſceatur ⁊ reſeruetur ⁊ adminiſtretur poſt ſex menſes. ⁊ ſit doſis ſicut auellana cum eo quod eſt conueniens de potionibus.

¶ Hec confectio metridati ſicut inquit Auicē. eſt ꝯfectio quam fecit metridates rex ponti ⁊ nominauit ſuo noīe ⁊ compoſuit ipſaꝫ. ⁊ eſt ex medicinis expertis ſuper venena proprie ⁊ ſuper egritudines alias. vt eſſet aggregatiuū iuuatium iuuamenti venenorum diuerſorum ⁊ egritudinuꝫ diuerſaꝝ. fuit ergo ipſum tyriaca in illo tempore. deinde poſtq̄ꝫ accidit Andromacho illud quod expertus fuit ipſum ſuper iuuamentum carnium ſerpentum ⁊ aliorum addidit in eo trociſcos de viperis ⁊ alterū eſt paruꝫ per additionē ⁊ diminutionē. fuit ergo tyriaca magna in multitudine iuuamenti. verūtamen tyriaca magna eſt magis iuuatiua ipſo in re vna ⁊ eſt venenū ſerpentum. in reliquis vero nō diminuitur metridatū a tyriaca. ⁊ propter id ego dico ꝙ tyriaca magna dicitur a tyro ſerpēte. vt dictū eſt. Raſis in primo tractatu octaui Almanſoris de venenis ⁊ venenoſorū morbibus. ⁊ eoꝝ curatione ⁊ cautella habꝫ vnā deſcriptionē que eadē eſt. Guliel. placentinus in ſuo tractatu de confectionibus habet vnam aliam que eadeꝫ eſt. Haliabbas in decimo practice habet eādem. etiā vide ſupra vbi poſui vnā aliam deſcriptionem que eſt ex auctoritate Nicolai. Et dicitur ꝙ eſt mater omniū antidotoꝝ. ſꝫ non eſt eadē. generaliter autem conficitur ſm̄ deſcriptionem Auic. iſtā. ⁊ maxime apud Mediolanenſes. Simplicia que declaranda ſunt declarabo ſi deus voluerit.

Alſeis ſm̄ intentionē Aui. eſt naſturtiū babyloni cuꝫ ⁊ ſm̄ Matheū ſiluaticū eſt naſturtium orientale. ipſemet in ca. de cardamomo. i. naſturtio inqt. ſed naſturtium cōmune notū eſt melius illud qđ deferī a babylonia. Hic intelligendū eſt ꝙ naſturtiū babylonicū eſt cōe. ſꝫ babylonicū eſt nobiliꝰ nr̄o. Dia. in ca. de cardamo. i. naſturtio ait. cardamus vtilior eſſe dī babylonicus omnibꝰ. nos vero ponimus de noſtro quo vtimur. ⁊ ſunt qui ponūt de aq̄tico.

¶ Nebeſcet vel tebeſcet. i. glutē alimbat. ⁊ eſt terbentina. nam Raſis. Gulielmus. ⁊ Jo. Sera. in eodem loco habēt terbentinam. ⁊ idem eſt. Haliabbas auteꝫ loco eius habet ratinegi. ergo eſt colophonia. vt videtur apud Auic. in ſecundo can̄. ſed in iſto antidoto terbentina intelligitur.

¶ Barba hircina eſt planta ſm̄ Auicen. ex qua fit ipoquiſtidos. ⁊ ſic credo. quia Haliabbas ibi dicit. haſaph. i. ſuci ipoquiſtidos idē eſt conſonū propter alios auctores. ⁊ nos vocamus ipſam roſam caninā in cuius radice diſtante a ſtipite plante eius naſcitur quedam res ad ſimilitudinē fungi cuius forma eſt ac ſi plures balauſtias infigeres vnam in aliam. ⁊ dicitur taratich qui fungus tonſus ⁊ expreſſus ſucum emittit. deinde ad ſpiſſitudinem coctus ⁊ ſiccatus ipoquiſtidos efficitur.

¶ Melachion ſm̄ Auic. eſt opiū. ſed eſt textus corruptus nā ipſe in predicto metridato inferius hꝫ opiū. ergo melachion non eſt opiū. Nicholaus in ſua deſcriptiōe loco melachion hꝫ git. ergo eſt nigella que vocatur melantiū. naꝫ vide Pli. qui ait git ex grecis: alij melantium. alij melanſpermon vocant. ⁊ nō eſt illud git. qđ reperitur in noſtris partibus in bladis. ſed git eſt melachion. ⁊ eſt nigella nigra. cuius ſemen eſt odoriferum cū odore iocundo. ⁊ eius ſemen habet ſimilitudinem ſeminis porri. hanc vltra padum ruſtici vocant rochetam.

¶ Opiū apud ipſum eſt ſucus papaueris nigri. qđ egyptij ſeminā t vide ḡ ſi eſt cōſonū ꝙ melachion ſit opiū. naꝫ ſupra eſt poſitū melachion. i. nigella. ſꝫ ipſe dicit ꝙ eſt opium quod credendum non eſt. inferius vero iterum habet.

¶ Oleum balſami. quod ex ligno balſami emanat deſcriptio ipſius reperitur apud Meſue. ſed non poteſt fieri apđ nos. tn̄ infra apparebit oleum quod in omnibus locis poteſt adminiſtrari ſicut balſamus.

Trociſcus chochion eſt tyriaca que vocatur defuſſio. nā poſtquā aggregaui iſtos trociſcos apud Aui. cuꝫ tyriaca defuſſio apud Raſim ⁊ Gulielmū vidi. quod idē ſunt. Haliabbas habet trociſcos meſrinoſerſion quod ideꝫ eſt. pulegiuꝫ. ſ. pulegiū indū. vt habetur apud alios auctores ſicut eſt Raſis ⁊ Gulielmus ⁊ eſt pulegiū martis ſiue cerminum. i. diptamum. ſicut dictum eſt in tyriaca preterea Jo. Serap. loco eius habet meſcatrameſcir. quod eſt verū diptamum: vt pꝫ apud Gal. in. vj. ſimplicium.

Fu. i. valeriana cuius radix vſui medicine cōpetit. Raſis vero in ſua deſcriptione non habet fu. ſed loco eius ponit fauſel. i. auellanā indicam.

Vmblici ſtinci. i. ſumen ſiue venter ſtinci vt dicit Gentilis Raſis loco eius ponit inguina ſtinci. i. guarſi. Jo. Serap. hꝫ pinguedis ſtinci. Haliabbas aūt hꝫ caudaꝝ ſtinci.

Ipericon apud ipſum in ſcđo can̄. eſt vna de mōis Auerroys in. v. coſ. ait. heufericon. i. ipericon nelifricon. ⁊ qdā appellāt hanc herbam cordialē eo q: aſſimilat̄ cordi. eius ſemen apud Pli. vocatur caros. ⁊ eſt herba ſancti Joannis dicta fuga demum ſiue perforata que ſatis eſt nota.

Confectio filonij romani. terſenſis. ℞. leucopiperis. ſeis iuſquiami albi. ana. ʒ. xx. opij. ʒ. x. croci. ʒ. v. euforbij. ſpice: piretri ana. ʒ. i. caſtorei: zedoarie: doronici: margaritarum non perforatarum ſel. an̄. ʒ. ſ. mellis diſpumati quantum ſufficit.

Hec confectio in Papia nō ē valde in vſu ſed in Mediolano magis Aui. narrat filonium dicens. inquit Gal. in libro decem tractatuum in quo narrauit narrationem filonis. inquit enim Gal. in perſona filonij. ego ſum de expoſitione filonis medici tarſenſis. ⁊ meum quidem iuuamentum ad eum cui dimiſſa eſt mors eſt iuuamentum maximum. ⁊ rectifico dolores antecedētes in egritudinibus pluribus ⁊c̄. Joā. Serap. in ſuo antidotario habet vnam aliam deſcriptionem. ſed non eſt eadem, tamen ibi Joannes Serap. ait filonium tarſenſe. ⁊ dicitur filoniuꝫ romanū. Joā. cōcoregius in cap. de vigilia ⁊ ſahara. inquit de virtute iſtius filonij romani: ⁊ dicit quod fuit inuentum a filone medico romano. propter quod appellatuꝫ eſt filonium romanum. valet aūt ad ſomnum inducendum.

Sel apud Aui. in ſecundo eſt medicina inda ſimilis zinziberi. qđ aūt ſit cōmuniter ignorat̄. ſꝫ Sera. de ipo etiam loquitur. ⁊ in vno ca. confunditur ſermo de bel ſel ⁊ phel ⁊ dicit ꝙ ſunt medicīe inde. ⁊ dī ꝙ ſel eſt citoniū indum. Matheus ſiluaticus de citonio indo ca. facit ⁊ ibi dicit. bel vel ſel ē citoniū indū. ⁊ ſic qdā ſapiētes dixerūt qđ bel vel ſel in v̄tute ſunt ꝯuenientes. ⁊ exiſtimāt qdā eē idē. Serap. vero in capi. de darſiſahan. i. arbore granati ſiluestris ait. quod fructus ipſius arboris eſt bel. ergo bel vel ſel eſt arbor granati ſilueſtris. ⁊ dixit Gētilis ꝙ bel eſt herba de qua fit licium. ⁊ ſic eſt quod moderni faciunt licium de arbore mali granati. i. amiberberis. quedam falſa ſinonima exponunt quod ſel eſt ſambucus. quod non eſt credendū.

Confectio filonij perſici. ℞. piperis albi. ſeminis iuſquiami albi. an̄ ʒ. xx. opij. terre ſigillate. an̄. ʒ. x. croci. ʒ. v. euforbij. ſpice. piretri. an̄. ʒ. ij. caſtorei. ʒ. j. zedoarie doronici margaritarum non perforatarum. muſci. an̄. ʒ. ſ. camphore ſextam ⁊ ſeminis. ʒ. j. mellis diſpumati colati quantum ſufficit.

¶ Hec confectio apud nos non eſt in vſu. ſed in mediolano magis: ſupra poſita fuit vna alia deſcriptio que valet ad fluxum ſanguinis nariuꝫ ⁊ ad multa alia. ⁊ iſtud valet ad fluxum menſtruorum ⁊ emorroidarum ⁊ ad alia. veruꝫ generaliter ſecundum deſcriptionem ſuperius poſitam eſt in vſu. Joannes Serap. in ſuo antidotario habet vnam aliam deſcriptionem. ſed non eſt eadem. ſimplicia ingredientia declarata ſunt.

Confectio de iacinto Auic. ℞. fracturā iacinti ⁊ proprie rubee granate ⁊ ei ſimilium aur. j. que ponatur in inſtrumento terendi ⁊ incipiat̄ eius contritio cū facilitate ſubtiliter vt alterentur deinde ponatur in tabula ⁊ preparetur ſuper ea ad terēdum ⁊ ſumat̄ lapidis alluminis. ʒ. j. halakic. alias alachie. ʒ. i. ⁊ auri liquefacti in crucibulo ſuo liniro cū litargirio donec aurum ſiat ſicut vitrum ⁊ terat̄ pondus tertie. ʒ. j. ⁊ argenti vitreati cum odore ſtanni pondus ſexte. ʒ. i. ⁊ fiat cuꝫ vno quoqꝫ eorum de contritione ⁊ puluerizatione illud quod fit in iacinto. deinde ſumatur ſumma eorum ⁊ proijciatur in tabulā vitreataꝫ ⁊ inuoluatur in vino odorifero ⁊ teratur donec exſiccetur. ⁊ teratur donec fiat puluis ſubtiliſſimus. deinde ſumatur ⁊ reponatur. ſit ergo ſumma pars. i. deinde ſumatur agarici. epithimi. piperis. ſ. nigri. zinziberis. garioſilorum. ſanſuci. i. maiorane. oium. ana. pars. ſ. ⁊ ſumatur lapidis armēi. lapidis lazuli. ſalis naptici. zedoarie. doronici. been albi ⁊ rubei. lingue bouis. omniuꝫ ana tertia partis. i. deinde ſumatur ſpice celtice. ⁊ eſt neridem. amomi. acori. folii. i. malabatri. cinamomi. origani. haſce. iſopi. cimini. omnium ana q̄rta partis. i. deinde ſumatur pulegi. petroſelini. lapidis iudaici. ſeis apij. mirre. olibāi. croci piperis. albi. oium an̄. ſexta pt̄ s. i. ⁊ ſumatur oſſiū elephantis tertie partis. i. fere ḡ oēs has medicinas. ⁊ p̄ijce ſuper has calcem lapidum ⁊ tere ⁊ conſice cum melle emblicorum quod ſit pondus dupli eorum. ⁊ fiat.

¶ Hec ꝯfectio apud nos non eſt in vſu tn̄ in Mediolano vtuntur ⁊ ſic ſimplicia que declaranda ſunt declarabo.

Jacintus lapis eſt cuius ſed Ser. ſpecies ſunt tres. quarum vna eſt coloris rubei. ſcđa eſt coloris citrini. tertia eſt coloris chaballi. ⁊ coloris antimonij. ⁊ melior eorum eſt rubeus. ſicut dictū eſt. virtus aūt iacinti eſt multuꝫ vulgata ⁊ honorata inter homines. reperitur etiam quedā herba que vocatur iacintus que florem purpureum habet. ⁊ radicem ſimilem bulbo. vnde Jſido. in cap. de herbis aromaticis ſiue communibus inquit. Jacintus herba eſt habens florem purpureum. traxit auteꝫ nomen a puero quodam nobili qui in ſaltibus inter purpureos flores repertus eſt interfectus. deditqꝫ nomen herbe puerilis funeris caſus. eſt auteꝫ radice ⁊ flore viole ſimilis pueros a pubertate retinens. etiam Diaſ. de ipſa loquitur. vide ouidium in libro metamorphoſeos.

¶ Lapidis alumis eſt alumen ſciſſum vt inquit Gentilis ⁊ eſt illud qđ vulgo de pluma vocatur. Alexander in cap. de collirijs ad cicatrices in collirio dicto diatici ait lithofiton. i. lapis alumis. ⁊ credo q: ſiſiō apđ grecos ē alumē.

¶ Halakic vel ſalachil eſt lapis ſicut repit̄ apud Serap. dictus lapis corneolus. ſpēs eius ſunt multe. defertur. n. ex terris iameni. ⁊ ex maritimis romanorum ⁊ melior ex eo eſt ille qui magis vergit ad rubedinem. etiam Simon Januenſis dicit halachil ideſt lapis corneolis.

¶ Aurum liquefactum cuius liquefaciendi modus alchimiſtis notus eſt. dicit Auic. donec aurum fiat ſicut vitruꝫ videlicet taliter ꝙ poſſit teri vt vitrum.

¶ Argenti vitreati ſecundum Gentilem ideſt exſiccati indurati taliter ꝙ poſſit teri vt vitrum. ⁊ ſic cum odore ſtanni quod ſm̄ alchimiſte docent.

¶ Lapis armenus ſm̄ Auic. in ſecūdo eſt in ipſo aliquantulum azuli coloris nō tn̄ eſt in colore azuli ⁊ nec in eius ſoliditate ſed in eo arenoſitas quedā ⁊ q̄nqꝫ vtunt̄ eo tinctores ⁊ pictores loco azuli ⁊ eſt lenis tactus nō poſſum dicere diuerſitates q̄s vidi de hoc lapide ita qđ nō certificor de eē ipiꝰ. pictores ſine dubio pigūt cū eo loco auzuli

¶ Sal napticus ſm̄ Meſue in cap. de ſpeciebus ſalis eſt niger habens odorem napte. Auic. in cap. de ſale inquit ſal napticus eſt niger cuius nigredo eſt ex parte napticitatis que eſt i ipſo qui cum tādiu ſuffumigatur donec ab eo napticitas remoueatur remanet ſicut ſal gemma.

Lingua bouis. i. bugloſa Papias dicit arnogloſa lingua bouina herba eſt iſte textus eſt corruptꝰ nā arnogloſa apud Dia. eſt plantago ſiue lingua arietis vt apud Auic. ⁊ apud omnes habetur.

Haſce. i. thimus ſicut pꝫ apud Sera. in cap. de thimo.

Lapis iudaicus ſecundum Jſidorum eſt lapis albus ad modum glandis in q̄ꝫtitate ſcripturis quibuſdaꝫ inſertus quas greci grāmas vocant dicitur autem iudaicus quia inuenitur in terris iudeorum ⁊ in india.

Oſſium elephantis. i. raſure eboris vt inquit Gentilis quidam vocant ebur ⁊ eſt dens elephantis ⁊ hec medicina eſt apta in medicinis magnis odoriferis.

Mel emblicorum de modo ipſius vide ſupra in tractatu Raſis in fine electuarij letificantis.

Electuarium de granis viridibus. ℞. granorum viridiuꝫ mellis anacardi ſiſami. excorticati. an̄. ſextaria. vj. zuccari taberçet. ideſt albi ſextaria. xxiiij. mira. chebu. bellericorum. emblicoruꝫ ablatis nucleis zinçi. macropi. burungi. folij. indi. cpaſie. an̄. ʒ. iiij. pipe. ſanſuci ideſt maiorane. an̄. ʒ. ij cōfice has medicinas cū melle diſpumato ⁊ butiro vaccino. ⁊ vtere poſt ſex menſes. Jſtud electuarium non eſt in vſu ſed ſimplicia que ſunt declaranda declarabo.

Granū viride apud Auic. in ſcđo can̄. eſt fructus arboris terebinthi. vnde terbentina colligitur vt pꝫ in ſuo capitulo ⁊ arbor ipſius vocatur botin. Sera. cap. de terebinto dicit botin. i. arbor grani viridis. ⁊ ſic eſt.

Mel anacardinum qualiter fiat vide ſupra in tractatu Me. in confectione anacardina. ſextarium vero eſt pondus ſm̄ gentilē. ʒ. vj. Auic. in fine quinti canonꝭ in deſcriptione de ponderibus dicit ſextarium eſt. ʒ. vj. ⁊ daul. ij. aut aur. q̄tuor. ſimpliciter ait Jo. Sera. moderni v̄o dixerunt ꝙ ſextariū medicine eſt pōdus duaꝝ librarū cū dimidia: ⁊ ſic q̄n reperitur in receptis ſextarium vini vel aque vel olei vel aceti intelligitur duaꝝ librarum cuꝫ dimidia. ſed quando reperitur ſextarium cinamomi garioſiloruꝫ. ⁊ ſic de ſingulis intelligitur. ʒ. vj. tu vero conſidera.

Berungi. i burūgi. ⁊ dicit Gentilis qđ eſt granū in magnitudie piperis. ⁊ ſunt qui vocāt mirtū albū. ⁊ ſꝫ intentionē Mathei ſiluatici eſt cubebe. ⁊ ſic eſt opinio multorū ſapientum de ipſo vide in confectione anacardina.

Capſie. i. ſeiteragi ⁊ eſt plāta quaꝫ Dia. lepiduꝫ vocat. ⁊ eſt tapſia ſꝫ Genti. ipſe Aui. in iſto canone in cōfectiōe electuarij. Alfagiꝰ hꝫ capſie idē. Jo. Sera. i ſuo antidota. in eodē loco hꝫ ſeiteragi. qđ idē ē. ⁊ ē agricardamū agreſte, ſiue naſturtiuꝫ aq̄ticū vt dictū eſt in triſera ſaracenica.

Electuarium Aniuden. ℞. ſeminis apij. piperis. an̄. ʒ. xij. Aniuden nigri ʒ. xiiij. petroſelini. celidonie. calamenti. haſce. i. thimi. ſiſileos. an̄. ʒ. viij. cheiſin. i. leuiſtici. ʒ. xiij. aggrega has medicinas tritas ⁊ cicotrigonizatas. ⁊ confice cum melle diſpumato. ⁊ repone in vaſe ⁊ vtere cum neceſſe fuerit.

Jſtud electuarium in vſu non eſt. ſed ſcripſi ſolū vt certificeris ꝙ aniuden non eſt ſiſileos. vt ipſe Auic. dicit. Aniuden apud Auicēnam in ſecundo eſt planta cuius gummi eſt aſa. tamen in capitulo de ſiſileos dicit ꝙ ſi ſiſileos eſt alaniudē romanū. ſimiliter in tertio in fen. xiiij. in cap. de cura aſclitis dicit ſiſileos ⁊ eſt aniudē romanū. Et Raſis in lib. diuiſionū in ꝯfectione ad epilēſiā dicit. ſiſileos

qđ eſt aniuden romanū.ſʒ ꝙ hi tāti viri ſalua tamen coꝝ
pace non bene ſenſerint preſentis electuarij deſcriptio no
bis manifeſtat:in quo aniuden ⁊ ſiſileos ingrediuntur ꝙ
fieri in his que idem important non cōtingit. preterea vi
de quod Raſis in libro diuiſionum in cap.medicinarum
ſtomaci in confectione de ſcoria ferri cum vino inquit.an
iuden.i.radix herbe de qua fit aſſa fetida.Item Serap. de
aniuden.⁊ aſſa ſimul capitulum facit ⁊ inquit aniuden.i.
folium arboris aſſe.poſtea iterum in cap. de agarico dicit
eſt ſimile radici aniuden.i.arboris aſſe.Diaſco.dicit.eſt ſi
milis ſilfio.i.lacrimo laſar ⁊ eſt aſſa fetida ſecundum veri
tatem.vide Franciſcum de pedemontium in cap.de dolo
re humeri ⁊ ſpatule ⁊ medicinis eius in ſpeciali qui inqt
radix aligath.i.herbaruʒ de qua fit aſſa ⁊ eſt aniuden. Gu
lielmus placentinus in ſuo tractatu de ſimplicibus dicit.
aniuden eſt de qua fit aſſa.

¶ Siſileos.i.fileris mōtani.vide ergo ſi poſſibile eſt ꝙ an
iuden ſit ſiſileos.vt dicūt Auic.⁊ Raſis in aliquibus.

Electuarium de camphora.

℞. camphore.
croci xiloaloes.i.ligni aloes.
cardamomi.⁊ girboe.cubebe.cheiſiʒ.cinami.i.darſeni.ga
rioſi.vſnee.ſpice macis.ſandali albi. macropiperis. cina
momi.capſie ſeitaragi neremiſch.i.roſe aſini.ſecacul.i. ſi
gilli ſancte marie galange.nuciſmuſcate.ʒinʒiberis.ciperi
fulfumine.omnium partes equales ʒuccari q̄ʒtum eſt ꝓon
dus medicinarum omnium.

¶ Iſtud electuariū nō eſt in vſu. Auic. habet tres deſcri
ptiones.⁊ differunt vna ab altera ſed in vſu non ſunt.

¶ Camphora ſm̄ Serap.⁊ Aui.eſt gūmi arboris. neſcio
medicinam in qua plura ſint miracula.nā cū in tertio gra
du frigida iudicetur nihil odoratius eſt igniqʒ amicabili
us.cito enim inflāmatur ⁊ preclaram flammaʒ per ſe emit
tit.que niſi pſilio obruatur euaneſcit natura ſublimata ſa
poris acuti cum amaritudine.⁊ hoc eſt notum.

¶ Girboe.i.elbue.vt inqt Gētilis Aui.in.ij. de elbue ca
pitulū facit ⁊ dicit ꝙ eſt viʒbue ⁊ eſt ſubtilior q̄ʒ chacula
.i.cardamomum vſuale vel cardamomi ſpecies. nos loco
eius ponimus grana paradiſi.i.melegetam.

~~Perfecimus fautore domino ſectionem de loch:~~ proſequamur nunc circa ſectionem ſiruporum ⁊ iulep. preſtet igitur altiſſimus nobis gratiam. ⁊ ſub vmbra alarum ſuarum protegat nos. ~~De Iuleb ſirupis ac rob. ſecundum. d.~~ Meſue ⁊ alios doctores per ordineȝ. ſi deus voluerit deſcribam. que ſunt in vſu. ⁊ que non.

Modus operationis iuleb conferentis aduſtioni febrium. Recipe aque infuſionis roſarum. lib. v. zuccari lib. iiij. coquātur cuȝ facilitate. ⁊ adminiſtretur cum aqua frigida.

Iuleb vel iulep arabice eſt ſirupus ſimplex ex ſola aq̄ ⁊ zuccaro vel adhibita aliqua parte aque roſacee. vt inquit Ioā. Sera. in ſeptimo Gentilis ſuper quinto cañ. Auic. dicit. iulep arabice iubel grece eſt ſirupus ex ſola aqua roſata vel cōmuni ⁊ zuccaro. iſtud iulep apđ nos eſt multuȝ in vſu ſȝ nō vtimur ſub nomine iuleb. verū eſt ꝙ facimus ⁊ facere debemus ⁊ vtimur ſub noie ſirupi roſati ex infuſiōe roſaꝝ. ⁊ ꝑdictā infuſionē ipſe docet inferiꝰ. qñ vō medicus ordinat Iuleb non intelligitur de iſta deſcriptiōe: ſed illud iuleb quo vtimur appebit infra ſub noie Iuleb. aliud roſarum. Nicolaus ponit ſirupū roſatū cuius infuſio eadē eſt cū illa Meſue. tñ in doſi non concordant.

¶ Infuſio roſarum eſt illa quam docet idem ſub nomine operatio infuſionis roſarum aut violarum.

Operatio infuſionis roſaꝝ aut violarū. ℞. foliorꝝ roſaꝝ aut violaꝝ recentium lib. vj. ponantur in vaſe vitreato terreo ſtricti orificij. ⁊ fundantur ſuper ea aque calide lib. xv. ⁊ ſtringatur orificium vaſis ⁊ dimittatur per horas octo. tunc denuo colentur. ⁊ in vaſe iterum tantundem foliorum roſarum recentiū aut violarum immittantur. ⁊ denuo eadem aqua calefacta ſuper ea mittatur ⁊ ſtringatur orificiū ſimiliter per octo horas. deinde coletur. ⁊ ſi cōſeruare volueris ponatur in vaſe vitreato ſtricti orificij ⁊ diſtilletur oleū in orificio eius ⁊ ſtringatur caput eius ⁊ exponatur ſoli diebus. xl. ⁊ dicitur illud mucharus roſaꝝ aut viola. Hec operatio infuſionis roſaꝝ aut violarū eſt illa de qua fit ſirupus roſatus ex infuſione roſaꝝ. etiā illo mō fit infuſio violarum pro faciendo ſirupū violatū ex infuſione violarū vt dictū fuit ſupra. ⁊ qñ predicta infuſio eſt cōpleta pōt conſeruari in vaſe vitreato ⁊ nō in vaſe terreo q: putreſit. ⁊ in hac infuſione zuccaro diſſoluto ⁊ cocto ſm artem poſſunt fieri confectiōes ⁊ alia vt ē diarodon deſcriptiōe cōi ⁊ ita de alijs.

Modus iuleb violati cōferēs ad febrē ⁊ inflammationeȝ ⁊ aſperitatem pectoris ⁊ tuſſim ⁊ pleureſim. ⁊ eius operatio eſt ſicut iuleb roſati.

¶ Iuleb vt dictum fuit eſt ſirupus ſimplex ex ſola aqua ⁊ zuccaro. ⁊ pp id dñs Meſue dicit iuleb violatuȝ quod fit ex infuſione violarum. ⁊ nos facimus ⁊ nominamus ſirupum violatum ſimplicem ſiue ſirupum violatum ex infuſione violarum ⁊ eius modus eſt ſicut modus ſirupi roſati hoc eſt ꝙ pro lib. v. infuſionis violarum addantur lib. iiij. zuccari. ⁊ fiat ſirupus violatus ex infuſiōe. ⁊ eſt ille de quo intelligitur quando medicus ordinat iuleb violatuȝ ſimplr. infra apparebit vna alia deſcriptio que vocatur ſirupus violatus compoſitus qui etiam in vſu eſt. etiam apparebit aliud iuleb roſatum vel violatum ⁊ fit vterqȝ ex aquis diſtillatis ⁊ non per infuſionem.

Iuleb aliud roſarum. ℞. aque roſarum lib. iiij. zuccari lib. ij. ⁊ fiat iuleb.

¶ Iſtud iuleb quod fit ex aqua roſata diſtillata ab elembico eſt ille quo vtimur pro iuleb roſato ⁊ eſt ille de quo intelligitur quādo abſolute ponitur. due deſcriptiōes iuleb poſite fuerunt que fiunt ex infuſione florum ſiue roſarum ſiue uiolarum: ⁊ nominantur ſuo nomine. Auic. in quinto cañ. etiam docet facere iuleb cum aqua roſata.

Iuleb violatum. ℞. aque violarum lib. iij. zuccari lib. ij. coquantur. ⁊ fiat vt ſupra.

¶ Simili mō iſte iuleb dȝ fieri ex aqua violaꝝ diſtillata ſicut fit iuleb roſatū qđ etiā in vſu eſt. in fundo vaſis iuleb violati vel roſati aliqñ inuenit zuccarū induratū in fundo vaſis. qđ vocāt moderni candū violatuȝ vel roſatum.

Iuleb alcheſmes ſm eundē in ſua practica caꝑ. ſermo i aqua cicerum ⁊c̄. ℞. alcheſmes ⁊ decoquātur in aqua decoctione ſufficiēti ⁊ recipe huius aque partē. i. penidiorum partem. ſ. decoquantur vſqȝ dum ſufficit. ſm eundē modū fiat iuleb quod in vſu non eſt.

¶ Alcheſmes vel cheſmes ſcriptū vt h cum littera. s. ſunt paſſule ſine arulis. ſed chermes ſcriptū cum. r. eſt grana cū qua tinguntur panni. ⁊ apud Dia. vocatur coccus.

ſirupus de pomis. ℞. ſuci pomoꝝ dulciū ⁊ acetoſoꝝ añ lib. v. coquat ſucus vſqȝ ad cōſumptionem medietatis ipſius ⁊ dimittatur per dies. ij. vſqȝ dū clareſcat. deinde colet ⁊ cū li. iiij. zuccari fiat ſirupus. ⁊ ſunt q ſubmergūt in ſuco ſetā tinctā ex chermes. i. granis cū quibus tinguntur panni ante ſuci depurationē vſqȝ dū rubeat ⁊ recipiat virtutē tincture. ⁊ eſt excellētior.

¶ Iſte ſirupus apud nos eſt multum in vſu. ⁊ maxime ſm iſtam deſcriptionem qua dr̄ ſirupus de ſuco pomoꝝ vel ſirupus de pomis ſimplex ad diīam alterius deſcriptionis que vocatur de pomis compoſitus de qua infra.

¶ Sucus ſm Iſido. in cap. de potu dictus eſt ꝙ ſuco exprimatur vt ptiſane. Pli in ca. de generibus ſucoruȝ ⁊ de odore ait. interim que ſunt cōia ex pomis omnibus ſucis ſaporum genera tres decem reperiūtur dulcis ſuauis pinguis amarus auſterus acer acutus acerbus ſalſus ⁊c̄.

Meſue inquit ꝙ ſunt aliqui qui ſubmergunt ſetaȝ tinctam ex chermes in iſto ſirupo. ⁊ eſt excellentior. ſed raro apud apothecarios fit per illum modum.

ſirupus de piris modus eius eſt ſicut ſirupi de pomis. ſed non eſt in vſu.

Auic. in quinto canonis habet vnam aliam deſcriptionem que eadem eſt idem in quarto canonis in fen. prima in capitulo de cura morbili. laudat ipſum ſub nomine ſirupi de altelea. naȝ altelea vt exponit in ſuis ſinonimis ſunt pira. ⁊ ſirupus de altelea. i. de piris vt exponit etiam Ioā. arculanus ſuper illo paſſu.

Pirus vocata videt ꝙ in igne ſpēm formata. nam hoc genus pomi ab amplo incipit ⁊ in auguſtum finit ſicut ignis. pirus autem arbor. fructus eius pira ſunt.

ſirupus de citonijs valet ſicut ſirupus de piris ⁊ eſt idem modus vtriuſqȝ hoc eſt pro qualibet. lib. i. ſuci citoniorum purificata adde lib. j. ſ. zuccari ⁊ fiat ſm artem ⁊ vocetur ſirupus de ſuco citoniorum.

Citoniū vō eſt fructus ſatis notus: Meſue hȝ hoc ſirupum de citonijs qui apud quoſdā eſt miua citonioꝝ ſimplex. tñ idē iterum ponit deſcriptionē miue citonioꝝ. que poteſt fieri cum ſpēbus ⁊ ſine ſpeciebus. Auic. in. v. diſtinctione de ſirupis hȝ ſirupum de citonijs. ⁊ dicit ꝙ eſt miua. quidam ſapientes dixerūt ꝙ ſi neceſſitas fuerit in operando loco ſirupi de ſuco citoniorum. poteſt dari miua citoniorum ſine ſpeciebus. tamen differunt inter ſe.

ſirupus de ſuco acetoſe. Recipe ſuci acetoſe purificati lib. iij. zuccari lib. ij. fiat ſirupus ſecundum artem.

Iſte ſirupus eſt multuȝ in vſu. acetoſa vero eſt herba ſatis nota. cuius hortus eſt in pratis folia ipſius dum ſunt viridia manducant apud Dia. ⁊ Seraꝑ. vocatur lapaciuȝ ſicut patet ſi legatur vtriuſqȝ caꝑ. de lapacio cum acetoſis apud Auic. Gulielmus placentinus inquit. ribes. i. acetoſa vel acetoſella. hic textus Gulielmi eſt falſus. nam ribes non eſt acetoſa ſicut patet per Serapionem ac Aui. qui de vtraqȝ capi. faciunt verum ad neceſſitatem vnum pro alio poteſt poni. tamen idem non ſunt.

ſirupuſ de ſuco cucurbite. Recipe cucurbitā magnam ⁊ inuoluātur paſta ⁊ decoquat in furno ⁊ recipe expreſſionis eius lib. v. zuccari albi libr. iij. miſce ⁊ fiat ſirupus. Iſte ſirupus non eſt valde in vſu. Cucurbita vero cōmuniter ſatis eſt nota. reperitur alia cucurbita dicta ſilueſtris apud herbaticos. ⁊ hec apud Diaſco. vocatur ampellos leuce ideſt brionia.

ſirupus de granatis acetoſis valet contra febres colericas. ℞. ſuci. granatoꝝ acetoſorum purificatorum lib. v. zucc. albi lib. iij. ſirupus ſm artem.

Iſte ſirupus ſecundum plurimum eſt ille qui nobis eſt in vſu. tamen quia idem deſcribit vnam aliaȝ de granatis dulcibus ambas deſcribam.

Granatū maliū. i. pomū granatū. Sera. ca. de granatis ex auctoritate Gal. ingt. ꝙ ſunt ex eis acetoſa ⁊ dulcia ⁊ virtus cuiuſqȝ eoꝝ eſt ſȝ ſuū ſaporē ⁊ ſapor totius granati ⁊ granorū ipſius ē plꝰs ſtipticus qȝ ſapor ſuci eius ⁊ pluris deſiccationis. reperitur aliud granatum. cuius ſapor eſt muzus. i. cuiꝰ ſapor ē mixtus ex dulcedie ⁊ acetoſitate.

ſirupus de granatis dulcibus. ℞. ſuci granatorū dulcium purificatorum lib. v. zuccari lib. iij. ⁊ fiat vt ſupra. ſed ſunt qui emergunt in ſuco ſetam tinctam ex chermes. i. grana cum qua tinguntur panni. ⁊ excellentior inter has duas deſcriptiones ſirupi de granatis ſed ſecundum plures prima eſt nobilior.

Petrus de creſcētijs ingt. mala punica ſunt mala granata q̄ nota ſunt. ex qbꝰ q̄dā ſunt dulcia. q̄dā acria ſiue acetoſa. q̄dā mediocris ſaporis inter dulce ⁊ acrū cōpoſita.

ſirupuſ de corticibus citri. ℞. corticum pomoꝝ citri recentium lib. i. decoque cum lib. v.

fol. 35.

aque fontium vſq ad conſumptionem duarum partium. ⁊ cum lib. j. zuccari fiat ſirupus ⁊ condiatur. i. aromatizetur cum gra. iiij. muſci: ⁊ ſunt qui in iuleb proijciuntur ex corticibus citronorum partes cõuenientes ⁊ proprie quando vicinatur cõpletioni cocture eius eſt delectabilis. ⁊ quando ſubmergitur in aqua decoctionis citri ſeta tincta ex chermes. i. granis tinctorum tunc eſt excellentior.

Iſte ſirupus apud nos eſt in vſu. citrum vero apud arabes vocatur hateogi. Serapio in capitulo de citro ait. ex auctoritate Gal. fructus huius arboris nominatur in greco pomum aque. Item in ſeptimo inquit. mille medica. i. citrus huius fructus nondum pomū medicum ſed citrū ab omnibus nominatum.

Sirupus de acetoſitate citri. ℞. ſuci acetoſitatis citri. lib. xij. decoque in vaſe vitreato ſuper prunas cum facilitate vſq dum cõſumatur tertia pars ipſius. deinde coletur ⁊ dimittatur donec clarificetur ⁊ accipe ex eo quod eſt clarum lib. vij. ⁊ funde ſuper ipſum ex iuleb claro ⁊ depurato lib. v. ⁊ coquatur donec inſpiſſetur: ſi autem eſtas fuerit dimittatur in ſole donec eius acetoſitas conſumatur.

¶ Iſte ſirupus de acetoſitate citri eſt multū in vſu. ⁊ debet fieri cum magna diligentia. apud nos generaliter faciunt ipſum in hiemali tempore apud feſtum natiuitatis domini noſtri ieſu chriſti. quia illo tempore citri deferuntur ex ianua ad nos: tunc faciunt ſirupum.

Sirupus de agreſta modus operationis eius eſt ſicut ſirupi de acetoſitate citri: ⁊ quidam condiunt cum gariofilis.

¶ Iſte ſirupus eſt in vſu. Auic. in quinto canon. habet vnam aliam deſcriptionem ⁊ eſt fere eadem. Etiā Franci. de pedemontium in capitulo de cura male cõplexionis ſtomaci cum materia ſimplicis ⁊ compoſite habet vnam aliam deſcriptionem que eadem eſt cum illa. d. Auic.

¶ Meſue dicit ꝙ modus operationis eius eſt ſicut ſirupi de acetoſitate citri. ⁊ ſic eſt ꝙ accipiatur lib. xij. ſuci vue acerbe ⁊ decoquantur lento igne vel ponantur ad ſolem vſq ad conſumptionē tertie partis. deinde coletur ⁊ dimittatur donec clareſcat tunc accipe ex eo. ſ. ſuco quādo erit clarus lib. vij. zucca. clarificati ſicut iuleb lib. v. ⁊ coquātur ſimul vſq ad perfectam cocturam ⁊ reſeruentur.

¶ Vue plura ſunt genera ſed hic intelliguntur ille que in colore ſunt citrine ⁊ ruffe. ⁊ dicunt ſapientes ꝙ predicte vue dicūt eſſe ex illis ex quibus fit agreſta. Albucaſim in tractatu ſcḋo docet modū extrahēdi ſucū vue acerbe. Pet. de creſcētijs inquit: agreſtū fit duplex liquidū ⁊ ſiccū. agreſtum liquidum fit hoc modo. cum vue ſunt acerbe vſq ad debitum vel quaſi peruenerint ad auguſtum colligūtur ⁊ piſtantur ⁊ in maſtellū vel tinaz vel aliud vas ponuntur ad ſolē ⁊ in eis aliquid de ſale ponatur. poſtq̄ duos dies vel tres ad ſolem ſteterint accipitur ſucus ⁊ repoſitus vſui reſeruatur. ⁊ quidā ſal non ponunt. ſed cum eo melius reſeruatur ⁊c̄. ibi etiam docet facere agreſtum ſiccum.

Sirupus de granis mirti. ℞. ſuci granorū mirti purificati lib. vij. zucca. albi libr. v. fiat ſirupus ſecundum artem.

¶ Iſte ſirupus apud nos eſt in vſu: mirtus ē arbor. ſemen vero ipſius dicitur mirtillus. ſpecies eius due ſunt. ſcilicet alba ⁊ nigra. idem poſſes dicere domeſtica ⁊ agreſtis: domeſtica vero eſt mirtus que ſemen nigrum habet. agreſtis eſt cubebe. que alio nomine mirtus alba appellatur. ⁊ ambe ſunt note.

Sirupus de albalac. ℞. albelac ⁊ enucleentur ⁊ cõterantur ⁊ coquantur vſq ad cõſumptionem duarū partiū. ⁊ fiat ſirupus cū zuccaro ſm artem.

¶ Iſte ſirupus apud nos non eſt in vſu. Ioā. Serapio in ſuo antidotario habet vnam aliam deſcriptionem albelac vel belac ſecundum opinionem plurium doctorum ſunt dactili immaturi. alij dicunt ꝙ ſunt anacardi: quod ignoro. Matheus ſiluaticus inquit. albelac eſt ſpecies dactilorum ⁊ ſunt dactili immaturi. i. acetoſi. Nicolaus florētinus in libro quarto i capitulo de ſquināntia dicit albelac. i. aldela. i. dactili immaturi. ⁊ hec communis eſt opinio.

Sirupus de papauere. ℞. papaueris albi ⁊ nigri ⁊ proprie capitū eorū an̄. ʒ. lx. ⁊ decoquantur in libr. iiij. aque pluuialis vſq dum redeat ad lib. j. ſ. ⁊ cum zuccari albi. ⁊ penidiorum an̄. ℥. iiij. ⁊ fiat ſirupus.

¶ Iſte ſirupus ſecundum intentionem doctorum non eſt ille quo vtimur. ſed ille quo vtimur eſt ſirupus de papauere compoſitus. cuius deſcriptionem idem deſcribit. de quo infra. Nicolaus habet vnam deſcriptionem. ſed non eſt in vſu. Auic. habet duas in quinto canonis. ſed non concordant cum iſta nec in vſu ſunt. Miror ꝙ illud lumen vel verius tenebra apothecariorum poſuerit deſcriptionem ſirupi de papauere ex auctoritate Meſue. ſed non concordat deſcriptio ſua cum illa domini Meſue. Raſis in libro diuiſionum in capitulo medicinarum tuſſis aſmatis ⁊ saniei habet vnam aliam deſcriptionem ſed non eſt eadem.

Papauer quando ſimpliciter reperitur de ſemine papaueris albi intelligitur. Macer inquit. Dicunt vim gelidā ſiccamq papaueris eſſe. Tres illi tribuūt ſpecies. flos vnius albus. Alterius roſeus rubeus paleniſq minoris flos eſt. hanc vulgo dicunt agreſte papauer. Nobilior cunctis eſt ſemen que gerit album. ⁊ florem. hoc eſt notum.

Sirupus denarij. ⁊ eius interpretatio ē ſirupus de biſantijs. Recipe ſuci endiuie ſuci apij. ana lib. ij. ſuci lupuli. ſuci boraginis aut bugloſe. an̄. lib. j. bulliant ebulitione vna ⁊ diſpumentur ⁊ depurentur. Recipe eorum depuratorū lib. iiij. zuccari taberzet. i. albi lib. ij. ſ. ⁊ coquatur cum facilitate donec fiat ſirupus. ⁊ quandoq ad omnem partem ſuci depurati ponitur aceti boni albi ⁊ clari pars. ſ. ⁊ quandoq bulliant in ſucis foliorum roſarum. ℥. ij. liquiritie. ℥. ſ. ſpice. i. nardi. ʒ. j. aniſi feniculi. ſeminis apij ana. ʒ. iij. ⁊ eſt mirabilis.

Iſte ſirupus eſt in vſu. ſub nomie ſirupi de biſantijs. nō autē dicitur ſirupus de biſantijs ꝙ in ipſo blactebiſantie ingrediuntur. ſed poteſt dici de biſantijs a loco quodam nominato bizantium in cõfinio macedonie. vt dicit Gentilis ſuper quinto canonis. A Diaſco. autem in capitulo de purpurea marina ideſt blacta bizantia ait. ꝙ bizantium eſt quidam locus in quo primum inuenta fuit blactabizantia. ⁊ ideo bizantia a quodam loco poteſt appellari. Papias etiam dicit bizantium eſt vrbs thracie a pauſania rege ſparthanorum condita. poſt a Conſtantino principe in maius aucta conſtantinopolis nuncupata. eſt totius caput orientis. Ioannes tortelius inquit. bizantium prima cum y greco ſequentem conſonante. penultima cum t. exili ⁊ i. latino ſcribitur. vrbs eſt thracie maritima a pauſania ſparthanorum rege prius condita. vt teſtatur Iuſtinus libro ſuo epithomatis nono. nunc vero conſtantinopolis a Conſtantino imperatore qui eam adauxit ⁊ exornauit vocatur. idem etiā notat ſupplementū cronicarū libro quarto. etiam alio vocabulo poteſt dici ꝙ biſantium eſt genus denarij vel ducati. Unde Guarinus veronenſis ait. bizantium vel bizante olim dicta eſt conſtantinopolis inde bizantius bizantia bizantium vel bizanteus bizantea bizanteum. ideſt conſtantinopolitanus. hinc etiam adhuc moneta iſtius ciuitatis dicitur hic bizanteus vel hic bizantius. ⁊ ſic Meſue vult ꝙ per biſantium intelligamus denarium. ⁊ hoc quia iſte ſirupus apud medicos eſt cariſſimus. ⁊ etiam apud infirmos propter vtilitatem que reperitur in ipſo ſicut bizantij vel denarij. ſunt cariſſimi apud homines. ⁊ iſte ſirupus poteſt fieri cum aceto ⁊ ſine. ſed ſine aceto eſt magis in vſu.

Si autem ſirupum de biſantijs cum aceto facere volueris addatur pro qualibet libr. ſirupi de biſantijs ſine aceto lib. ſ. aceti boni. ⁊ iterum coquatur quod tunc appellatur ſirupus de biſantijs cum aceto. ſed quando doctor ordinat ſirupum de biſantijs ſimpliciter de illo qui fit ſine aceto intelligitur. ⁊ illos ſucos qui in ipſo ingrediuntur. oportet conſeruare per totum annum ad neceſſitatem trociſcorum de eupatorio ac aliorum.

Sirupus acetoſus. ℞. zucca. boni albi libr. v. ⁊ funde ſuper illud in vaſe lapideo aque fontiū dulcis ⁊ clare li. iiij. ⁊ decoq̄tur ſēp abijciēdo ſpumā eius ⁊ ſit ignis in quo coquitur prunarum aut tenuis flāme ſine fumo ⁊ decoque hoc modo donec clarificetur ⁊ diminuta ſit aq̄ ſic medietas eius. deinde funde ſuper ipſum aceti vini albi clari lib. ij. in leui ⁊ forti lib. iiij. ⁊ in mediocri lib. iij. ⁊ da ei poſt illud perfectionem ⁊ cocturam.

Iſte ſirupus ē multū in vſu. Meſue dicit. ſermo i ſirupo acetoſo dicēs ꝙ iā magnificata ē inter vnificatores vt' ſirupi acetoſi. ⁊ excellentia eius. ſ. in cõitate ⁊ poſſe ipſius in materias calidas ⁊ fridas ⁊ ſubtiles ⁊ groſſas ⁊ viſcoſas ſiue adherentes ⁊c̄. iſte eſt ſirupus acetoſus ſimplex Galienus in libro ſecretorū habet vnā deſcriptionem ſirupi acetoſi que cõſeruatur ſanitas corporis. ſed nō ſūt idem Aui. in. 5. habet multas deſcriptiones. ſed non ſunt in vſu.

Acetum. i. oxos. oxi vero grece eſt acutum Sera. ca. de aceto ex auctoritate Dia. dicit quod infrigidat ⁊ ſtipticat ⁊ eſt bonum ſtomaco. ⁊ prouocat apetitum. Petrus de creſcentijs docet qualiter fit acetum ⁊ de virtute eius. Liber qui dicitur albulchaſis in tractatu ſecundo in capitulo de preparatione medicinarum que fit ex plātis inquit. modus diſtilandi aquam ex ſquilla que occidit mures ⁊ que ponitur in medicinis: ex qua fit ſirupus acetoſus hic intelligitur quod ex aqua diſtillata ex ſquilla debet fieri ſirupus acetoſus. ſed iſta non eſt intentio dn̄i Meſue ipſe dicit aceti vini albi clari. ⁊ non dicit aquam factam ex ſquillis. vt vult Albulchaſis Gal in ſuis ſecretis dicit. ſaturelli ideſt acetum acetoſum. ⁊ hoc eſt in capitulo de ſtrictura anhelitus. ⁊ doloris ſtomaci.

Sirupus acetoſus cum radicibus. ℞. aq̄ fōtiū clare lib. x. ⁊ proijce ſup ipſā radicis feniculi. apij. endiuie. an̄. ℥. iij. aniſi ſemis feniculi. apij an̄. ℥. viij. ſeis endiuie. ℥. ſ. coquatur cum facilitate vſq dū veniat ad lib. v. tunc proijce ſuper ipſam zuccari boni lib. iij. ⁊ clarificetur ſicut prius. deinde funde ſuper ipſam aceti boni quantitatem ſufficientem iuxta modum ſuperioris doctrine ⁊ da vbi oportet.

Iſte ſirupus eſt in vſu. ſed non vtimur ſub nomine ſirupi acetoſi cum radicibus generaliter faciunt: ⁊ facere debent apothecarij ſub nomie ſirupi acetoſi cõpoſiti vel ſub nomine ſirupi de duabus radicibus: tamē Meſue habet tres radices: quod non eſt conſonum: ſed error hic eſt ꝙ radices cõmunes ſunt ad numerū quinque videlicet feniculi: apij: petroſilij. bruſci: ⁊ ſparagi: de quarum ex iſtis quinque niſi due ingrediūtur in iſto ſirupo: ⁊ propter id nominatur ſirup' de duab' radicib'. endiuia vero nō ponitur in numero iſtarum quinque.

Sirupus de cānis. ℞. ſuci granorū dulciū lib. iij. aque malorum de ſeni: ⁊ aqua cānarum zuccari aut penidiorum ana. lib. i. ſ. ⁊ fiat ſirupus.

¶ Iſte ſirupus non eſt in vſu. Meſue habet ſirupum de cannis. ſcilicet de canna de qua fit zuccarum. quidam mel canne vocant. hec in Sicilie partibus reperitur. Sicilia inſula eſt prope ſardiniam. ab oriente cingitur mari adriatico. a meridie africo ⁊ ab occidente forma cannarum zuccari eſt ſicut forme cannarum mellice fortis ⁊ intus: ſed ſi canna mellis dulcem guſtum reddit. canna vero mellice habet contrarium.

¶ Malum ſeni ſiue mororum de ſeni ſunt moroni groſſi de quo fit diamoron.

Sirupus de portulaca. Recipe ſuci endiuie cocti depurati lib. iiij. ſeminis portulace ℥. xij. terantur ſemina ⁊ fundatur ſuper ea ſucus ⁊ dimittatur in vaſe lapideo per diem ⁊ noctem ⁊ coquatur cum facilitate vſq ad medium: ⁊ addas zuccari lib. ij. fiat ſirupus: ⁊ quandoq additur aceti lib. i. aut ſuci malorum granatorum acetoſorum lib. i. fiat ſirupus.

¶ Iſte ſirupus nō eſt valde in vſu: ⁊ poteſt fieri per duos modos. videlicet. ſi accipiatur ſucus endiuie coctus ⁊ depurat' ⁊ addas zuccarū tunc eſt ſirupus de ſuco endiuie: ſi autem addas alia tunc eſt ſirupus de portulaca.

¶ Portulaca ſm circa inſtās habet maiorem efficaciam viridis q̄ ſicca Sera. cap. de portulaca nominatur herba ſtulta parpitella. Hec apud Dia. vocatur andragne. Macer ait. andragnis grece que portulaca latine dicitur hec vulgi pes pulli more vocatur.

Sirupus de viol. ℞. violarum. ℥. ij. ſeminū citoniorū ſeminū malue an̄. ʒ. viij. iuiube ſebeſten an̄. nūero. xx. ⁊ coq̄ cū lib. vj. aque cucurbite vſq ad tertiā partē. ⁊ cū lib. i. ſ. zuccari fiat ſirupus.

¶ Iſte ſirupus eſt in vſu. ſub nomie ſirupi de violis cõpoſiti: ſed quando doctor ſimpliciter ponit Recipe ſirupi de violis: intelligitur de illo qui fit ex infuſione violarum: cuius deſcriptionem vide ſupra. idem Meſue i ſua practica in capitulo. ſermo in aqua cicerum habet duas deſcriptiones: ſed iſta eſt nobilior illis.

¶ Viola ſm Meſue ē medicina temperata cõueniēs ⁊ fit per eam male qualitatis permutatio ⁊ nē ſolo melior eſt q̄cūq eſt ex primis: quam non inuenit calor reſoluēs vtutē aut pluuia diſſipans. Iſidorus inquit. viola propter vini odoris nomē accepit cuius genera ſunt tria. ⁊ ſūt hec purpurea leuce. i. alba. cheiri. i. viola citrina dicta ſaracēica: ⁊ omnes ſunt note: ſecundum circa inſtans omni anno viola debet renouare.

¶ Malua. i. ſemen quod ſatis eſt notū: Pli. ait malue ſatiue ⁊ ſilueſtris duo ſunt genera amplitudine foliorum diſcernuntur maiorem greci malopen vocant in ſatiuis alteram a molliendo ventrem malachen vocant e ſilueſtribus cuius grande folium ⁊ radices albe altera vocatur ab excellentia effectus Sera. ca. de malua dicit chubeze: ideſt malua. Auicenna in ſecundo de cubeze capitu. facit ⁊ inquit: ꝙ eſt ſpecies malue: ⁊ dicunt ꝙ cubeze eſt ſilueſtris ⁊ maluchia eſt domeſtica ⁊ cubeze quidem eſt ſpecies quedam que dicitur muluchia arborea: ⁊ ipſa eſt altea ⁊ eſt olus iudaicum: ⁊ non eſt longum qum ſit ſpecies eius ⁊ eſt melior que fit in ipſa ⁊c̄.

Sirupus de iuiubis. Recipe iuiubarū lib. x. violarū: ſeminis malue an̄. ℥. v. capillorum veneris. ℥. i. ſeminum citoniorum papaueris. ſ. ſemen papaueris albi. melonis. lactuce. dragaganti an̄. ʒ. iij liquiritie. ordei mundi ana. ʒ. viij. decoque in lib. iiij. aque fontiū ⁊ cum lib. ij. zuccari fiat ſirupus.

Iſte ſirupus eſt in vſu. ⁊ maxime ſm iſtam deſcriptionē. Idem in ſua practica in cap. de aſmate habet vnam aliam deſcriptionem ex auctoritate hamec ⁊ eſt fere eadem. tamē iſta eſt nobilior illa.

Iuiube apud Auic. in ſexto canon. meliores ſunt maiores earum Dia. nominat zizifa: ſed de forma ipſius non loquitur. Auenzoar in ca. de fractura oſſis cauſa doloris dicit iuiube q arabice dicuntur aupini habet fruct' ſicut cornu ꝙ apud omnes ſatis eſt notum.

Capillus veneris ſecundum meſue dicitur apud quoſdam capillus fontium. ⁊ dicitur capillus hominis nemoralis. capillus veneris vero eſt debilis in aqua ⁊ virtus eius cito tollitur.

Sirupus de papauere. ℞. papaueris albi ⁊ nigri an̄. ʒ. l. capillorum veneris. ʒ. xv. liquiritie. ʒ. v. iuiube numero. xxx. ſeminis lactuce. ʒ. xl. ſeminis malue: ſeminis citoniorum an̄. ʒ. vj. coquantur in lib. iiij. aque vſq ad duas. ⁊ cum zuccaro ⁊ penidiorum an̄. ℥. viij. fiat ſirupus.

Iſte ſirupus eſt ille qui nobis ſecundum plurimum vſu venit ſuprapoſita fuit alia deſcriptio ex auctoritate eiuſdem. ſed non eſt ita in vſu. idem in cap. de tuſſi habet tres deſcriptiones. ſed non ſunt in vſu. nec eadem.

Papauer ſicut inuenitur in. 7. ſimpliciū apud Gal. ſunt multe ſpēs. nā inquit micon. i. papauer. ſ. albū micon carati des. i. papauer cornutū noiatū. quidē ſic a fructu breuem cõnexionē habēte. ſicut fenugrecum. vt aſſimiletur cornu bouino vocatur. ⁊ eſt aliud quod dicitur micō irathia. i. papauer herchuleū vocatur. aūt ⁊ ſpumoſū. qm̄ totū albū eſt ⁊ ſpumoſum paruum. ſm circa inſtans ſemē papaueris albi ⁊ nigri ſeruatur per decem annos.

Sermo in aq̄ mellis. ℞. melli bōi ⁊ mūdi. ⁊ proprie cui' color ē ſicut color palee. ⁊ qḋ eſt inter tenue ⁊ ſpiſſum. ⁊ qḋ eſt boni odoris. ⁊ quod eſt modice acuitatis. ⁊ quod non eſt antiquum. ⁊ ſit ei' lib. i. ⁊ pone pſum in vaſe lapideo aut vitreato. ⁊ funde ſup ipſū aque fontis dulcis. ⁊ clare lib. viij. Et coque ipſum cum facili-

tate: ⁊ auferatur ſpuma eius: ⁊ nõ dimittatur ſuper ipſum multiplicari: immo quancito apparet auferaẜ. deinde coletur colatorio denſo de panno ⁊ vtere ſecundum ꝙ ipſe docet. Et ſunt ex hominibus qui aromatizant illam cum ſpeciebus alefangineis: ſicut zinzibere: croco: cinamomo mace ⁊ ſimilibus: ⁊ ſunt qui aromatizant cum galla muſcata ligno aloe ⁊ ſimilibus.

¶ Meſue inquit quod poſuerunt antiqui diuerſitatem in aqua mellis: qui locuti ſunt de ipſa: ⁊ ſcripſerunt ei iuuamenta plurima que ſunt in ea: quia ſitim ſedat ⁊ multa alia: vt videtur ſibi: hec apud nos eſt in vſu. quidam exiſtimant quod ſit mellicratum: quod ignoro: quia idez aliud capitulum facit de mellicrato. de quo infra etiam idromel apud grecos eſt aqua mellita. Raſis in nono Almanſoris in capitulo de collica habet modum faciendi idromel. ⁊ eſt quaſi idem. Auicen. in quinto cañ. habet duas deſcriptiones ſirupi de fauis mellis: ⁊ idem eſt cuz idromelle ſecundum deſcriptionem Ioã. Serapi. ⁊ ſic ſi legis vtriuſqz deſcriptiones videbis ꝙ ſirupus de fauis mellis apud Auicen. cum idromelle apud Ioã. Sera. ſunt idem.

¶ Mel ſecundum Diaſ. eſt ros celeſtis quem apes colligunt. Iſidorus in cap. de eſcis dicit. mel grece appellatum eſt quod ab apibus nomen habere probatur. nã apis grece mel eſſe dicitur ⁊c. Mel ſecundum intentionem Meſue melior eſt quod dolorem palee habet: ⁊ quod eſt inter tenue ⁊ ſpiſſum: ⁊ quod eſt boni odoris. ſecundum autem ſerapionem. bonum eſt cuius color tendit ad rubedinem neqz eſt nimis liquidum: ⁊ quando imiſeris in eum digitum adheret digito ⁊ venit cum eo: ⁊ melius quidem mel eſt mel veris. deinde mel eſtatis. mel vero hiemale eſt malum Aui. laudat illud quod eſt vere dulcedinis. boni odoris declinantis ad acredinem: ⁊ ad rubedinẽ: ⁊ quod eſt vt palea in colore. quod non eſt ſubtile. viſcoſũ qđ nõ abſcinditur. ⁊ melius eſt vernale. deinde eſtiuum. hiemale autem eſt malum. idem ait Serap.

Secaniabin purũ. ℞. mellis boni lib. ij. aceti boni lib. i. aque fontiũ clare ⁊ eſt dulcis lib. iiij. ⁊ quandoqz exigit diſpoſitio vt addatur ad quantitatem aceti. ſicut te ſcire fecimus in capi. de ſirupo acetoſo. ⁊ operatio eſt vt accipiatur mel ⁊ aqua. ⁊ abijciatur ſpuma eius. deinde fundatur ſuper illud acetum ⁊ decoquantur. ⁊ non dimittatur eleuari. ⁊ excreſcere ſuper ipſum ſpuma eius immo auferatur omni hora ⁊ clareſcat. ⁊ cum coctum fuerit reconde.

¶ Iſte ſecaniabin vł ſquingebin ẽ in vſu. ſed nos vtimur ſub nomine oximellis ſimplicis. Simon ianuenſis dixit. ſquingibin arabice eſt ſirupus acetoſus ſiue mellinus. qđ eſt oximel ⁊ ſic ſapientes hodierni faciunt oximel ſimplex ſecundum iſtam deſcriptionem de ſecaniabin puro. ⁊ ſic debet fieri: vide Nico. in ſuo antidotario. nam habet ſcriptum oximel ſimplex. quod idem eſt.

Secaniabin đ radicib᷒. ℞. corticũ radix apij feniculi añ. ℥. ij. ſeis aniſi. feniculi. apij ana. ℥. i. mundentur cortices. conteranẜ. ⁊ proijciaẜ ſuper eas in vaſe lapideo aceti boni antiqui ⁊ albi lib. x. aque lib. xij. ⁊ dimittatur ꝑ diem ac noctem. deinde coquatur donec eius tertia conſumatur. poſtea coleẜ ⁊ proijciaẜ ſuper ipſum mellis quod ſit medietas eius. coquatur cum facilitate. ſicut ſuperius diximus.

¶ Secaniabin ſicut dictum fuit eſt oximel. ⁊ propter ſecaniabin de radicibus eſt oximel. ⁊ ẽ quo moderni ꝓ oximelle compoſito vtuntur. oximel vero ſm Iſidorum appellatum. ꝙ aceti ⁊ mellis permixta conficiatur materia vnde ⁊ dulcedinem retinet ⁊ acorem. idem in capitulo de pleureſi habet vnam aliam deſcriptionem ex auctoritate Gaľ. ⁊ ibi habet mellis ⁊ zuccari ſulemeni. i. illius regionis. ſz non ſunt idem nec vtimur illa.

Sirupus de mẽta ex intẽtione nr̃a. ⁊ eſt excellentior priore. ℞. ſuci citonioꝝ muzorũ. ⁊ eſt ſapor cõpoſitus ex dulci ⁊ acetoſo ſuci citoniorũ dulc. ſuci granatoꝝ acetoſoꝝ. ⁊ dulciũ ⁊ muzoꝝ ana. lib. i. ſ. ꝓijciatur ſuper eos mẽte ſicc. lib. i. ſ. foliorũ roſarũ. ℥. ij. ⁊ dimittanẜ per diem ⁊ noctem: deinde coquantur cum facilitate vſqz ad mediã. ⁊ cũ mellis vel zuccari lib. ij. fiat ſirupus ⁊ aromatizetur cum gallia. ſ. gallia muſcata.

¶ Iſte ſirupus eſt ille qui eſt in vſu. idem habet vnam aliam deſcriptionem. ſed iſta eſt excellentior priore. Auicenna in quinto canonis habet vnam deſcriptionem. ſed non vtimur illa.

¶ Menta apud Dia. vocatur edioſmum. mente aũt genera ſunt quinqz. ſ. mẽta domeſtica que ꝓprie hortulana dicitur vel cõis. vel odorifera. ⁊ ẽ alia ſiluatica que mẽtaſtrũ ſiue calamentũ fluuiale dicitur. ⁊ eſt alia dicta balſamita ſiue menta aquatica. ⁊ hec iuxta aquas reperitur. ⁊ ẽ alia cuius folia ſiunt nigriora alijs. ⁊ hec dicitur menta romana vel ſaracenica. ⁊ eſt alia dicta menta non odorifera. ⁊ hec eſt calamentum. ⁊ omnia iſta quinqz genera debẽt poni in vnguento marciaton de quo infra.

Sirupus de abſinthio. ℞. abſinthij romani lib. ſ. foliorũ roſaꝝ. ℥. ij. ſpice. ʒ. iij. vini albi boni antiqui ⁊ odoriferi. ſuci citoniorum añ. lib. ij. ſ. ⁊ dimittantur per diem ⁊ noctem in vaſe lapideo. deide coquantur cum facilitate vſqz ad medietatem. ⁊ cum mellis lib. ij. fiat ſirupus expertus ⁊ nobilis.

¶ Iſte ſirupus eſt ille quo vtimur idem deſcribit vnã aliã deſcriptionẽ. ſed iſta eſt nobilior. Abſinthium ſm eundez Meſue ẽ multiplex. ſed illud quod intendimus nunc ẽ abſinthium romanum. Iſidorus ait abſinthiuz grecũ nomẽ cuius ꝓbabilius eſt ꝙ in ponti regione naſcitur. vnde abſinthium ponticum nominatur. Diaſco. abſinthiũ eſt omnibus notum cuius probabilius ẽ ponticum ⁊ cappadocium naſcens in monte. vnde nomen accepit. Haliabbas i practica vocat ipſum bulengi.

Sirupus de fũoterre maior. ℞. mirab. citrinoꝝ chebuloꝝ añ. ʒ. xx. boraginis vł bugloſe. violaꝝ abſinthij cuſcute. i. podagř lini añ. ℥. i. ligritie roſarũ ana. ℥. ſ. epithimi poliſpodij ana. ʒ. vij. prunorum numero. c. paſſularum enucleatarum lib. ſ. tamarindorũ caſſie fiſtule ana. ℥. ij. hec omnia buliant in aque lib. x. vſqz dũ deueniant ad lib. iij. ⁊ cum ſuci fumiterre cocti ⁊ depurati ⁊ zuccari ana lib. iiij. fiat ſirupus.

¶ Iſte ſirupus de fumoterre maior eſt ille qui ẽ in vſu ⁊ habet maiorem efficaciam qȝ minor. Fumuſterre ſecundum eundem ponitur inter medicinas benedictas. ſed de forma herbe ipſius non loquitur. ⁊ hoc eſt quia credo qđ ſit nota omnibus. Circa inſtans dicit. fumuſterre dicitur quaſi fumus a terra in multa quantitate emittitur. dicitur autem fumuſterre. qꝛ generatur a quadã groſſa fumoſitate a terra reſoluta ⁊ q̃ʒto viridior ẽ tanto melior. ⁊ in ſicco nulla ẽ efficacia. Aui. in ſcđo cañ. inqt fumuſterre melior eſt ille q ẽ viridis recens acutus amarus ⁊c. Meſue dicit boraginis vel bugloſe quaſi dicat. pone vnũ ꝓ alio ex iſtis duob᷒. qꝛ i virtute ⁊ ſpem fere conueniunt. ambe confortant cor. ſicut ẽ notum.

Sirupus de ligritia. ℞. ligritie. ʒ. ij. capillorum veneris. ℥. i. yſopi ſicce. ℥. ſ. ꝓijce ſuper illud aque lib. iiij. ⁊ dimittantur die ⁊ nocte. deinde coq̃ntur vſqz ad mediam partem. deinde ꝓijce ſup illđ mellis ⁊ zuccari. ⁊ penidiorũ ana. ℥. viij. aque roſate. ℥. vj. fiat ſirupus ⁊ adminiſtretur.

¶ Iſte ſirupus apud nos eſt multum in vſu.

Liquiricia vero apud Diaſ. vocatur gliquiritia. glicoricia vero reperitur in multis libris de greco tranſlatis. qđ eſt dictum dulcis radix. nam glicon dulcis riza radix. Iſido. inquit gicirica grece ex eo dicta ꝙ dulcem radicẽ habeat eadem ad ipſos. qꝛ ſitientibus ſitim ſedat. hec eſt ſatis nota. Galie. in ſeptimo ſimplicium ait. ghus. i. liquiritia id quod eſt vtile de hac planta eſt ſucus radicis eius. Meſue habet in iſto ſirupo aque roſate ꝙ ſapientes volunt intelligi aquam roſatam diſtillatam per elembicũ. quidam vero dixerunt ꝙ intelligitur de aqua que ſit ex infuſione roſarum. ſed non eſt credendum.

Sirupus de yſopo. ℞. yſopi. ſice. radicũ apij. petroſelij. fenic. ligritie ana. ʒ. ſoꝯ. ordei mũdi. ℥. ſ. ſeis malue. dragãti. ſeis citoniorũ ana. ʒ. iij. capillorũ veneris. ʒ. vj. iuiubaruz. ſebeſtẽ añ. numero. xxx. paſſularũ enucleatarũ ʒ. xij. ficuũ ſiccarũ ⁊ dactiloꝝ pinguiũ añ. numero. x. albarum penidiarũ lib. ij. ⁊ fiat.

Iſte ſirupus eſt in vſu: ⁊ maxime ſm iſtã deſcriptionez. Idem Meſue in capitulis de tuſſi habet quatuor vł quinqz deſcriptiones ſirupi de yſopo. quarum nulla cõmixta concordat. nec etiam inter ſe.

Yſopus ſicca ad differentiã yſopi humide diciẜ. que eſt ſordes aggregata ſup lanã. Iſidorus yſopus herba puigãdis pulmonibus apta. vnde ⁊ in veteri teſtamẽto ꝑ yſopi faſciculos aſpergebantur agni ſanguine. quos mundare volebant. de ipſo vide ſupra in diaysopo.

Sirupus đ praſſio. ℞. praſſij. ℥. ij. yſopi capillorũ veneris añ. ʒ. vj. ligritie. calamẽti. aniſi. radicũ apij. feniculi añ. ʒ. v. ſeis malue. fenugreci. ireos añ. ʒ. iij. ſeis. lini. ſeis citoniorũ añ. ʒ. ij. paſſularũ enucleatarũ. ℥. ij. ficus ſiccas pingues numero. xv. penidiorũ lib. ij. mellis boni diſpumati lib. ij. ⁊ fiat.

Iſte ſirupus eſt in vſu. ⁊ maxime ſecundum iſtam deſcriptionem. Idem in capi. de aſmate habet duas deſcriptiones ex auctoritate hamec. ſed cum iſta non concordant. nec in vſu ſunt.

Praſſium. i. marubiũ albũ. Pli. ait greci periſiõ vocãt alij linoſtrofon. nõnulli philopede aut philogares. Circa inſtans ait. marubiũ herba eſt que alio nomine praſſiũ dicitur. folia eius medicine cõpetunt. herba collecta. ⁊ i vmbroſo loco ſuſpenſa per annũ ſeruari poteſt. ẽ aliud praſſium qđ vocatur praſſium viride. ⁊ hoc ſm intẽtionẽ nico. eſt flos eris. praſſon apud grecos eſt porruz. praſſiũ v̊o eſt marub. album: ⁊ eſt herba ſatis nota.

Sirupus de calamẽto cõfert ſpleneticis. ℞. calamẽti dõeſtici. ⁊ ſil. añ. ℥. ij. keiſiz. i. leuiſtici: dauci: ſquinãti añ. ʒ. v. paſſularũ enucleatarũ lib. ſ. ⁊ mellis lib. ij. ⁊ fiat ſirupus.

¶ Iſte ſirupus eſt ille q cõiter eſt in vſu. idẽ habet vnã aliã deſcriptionẽ: ſʒ hec ẽ nobilior illa. Gaľ. in lib. ſecretoꝝ hȝ vnam aliam: ſed non eſt eadem: nec eſt in vſu.

¶ Calamẽtũ domeſticũ ſcđm modernos ẽ vſuale. Circa inſtans calamẽtũ inqt herba ẽ que alio noie nepita dicitur.

¶ Calamẽtũ mõtanũ meli᷒ eſt: qꝛ ẽ magis ſiccũ. cũ flores ꝓducit dȝ colligi. Dia. ait calamitẽ quã pulegium agreſte multi dicũt: ⁊ ipſa mõtuoſa eſt ⁊c. calamẽtũ v̊o agreſte ſm intentionẽ Nicolai eſt nepita ſiue herba dicta a vulgo gataria ſiue neuida. nã ſine dubio nepita eſt calamẽti ſpecies. vñ macer. Herbã quam neptã vulgari ſepe vocam᷒. Hãc medici greco calamenti nomine dicunt.

Sirupus de eupatorio. ℞. radicum apij: feniculi: endiuie añ. ℥. ij. liquiritie. ſquinanti: cuſcute: abſinthij: roſarũ añ. ʒ. xvj. capillorum veneris: bedeguar: ſuchaa: florum bugloſe aut radicum eius: aniſi: feniculi: eupatorij ana. ʒ. v. raued: ideſt reubarbari: maſticis ana. ʒ. iij. ſpice aſſari: ideſt aſſarebacare. folij ana. ʒ. ij. coqz in aque lib. viij. vſqz ad tertiam: ⁊ cum lib. iiij. zuccari fiat ſirupus addendo ſuci apij endiuie quantitatem ſufficientem ⁊ vſui reſeruaẜ

¶ Iſte ſirupus apđ nos eſt multũ in vſu: ⁊ magnificata ẽ virt᷒ ei᷒ vt docet experiẽtia. ſed nõ ſolũ in oppilatiõibus epatis. vt in alijs ꝓprietatibus: ſed ſunt qui faciũt: ⁊ quãdo credunt aliqua facere nihil faciunt: ⁊ hoc eſt ꝓpter ſimplicia que in ipſo ingrediuntur. vt oſtendam.

¶ Bedeguar ſiue bedeguard idem ſunt: ⁊ eſt quam Diaſ. Acanthis leuce vocat: ſed apud Serapio. eſt ſpina alba de qua ipſe Serapio ſcribit in littera. b. bedeguar. ⁊ in littera. s. ſcribit ſpina alba. que idem eſt. ſimiliter facit Auicen. in ſecundo canonis ſed opinio ignorantium apothecariorum multorum eſt quod bedeguard ſit quedam res ſimilis ſpongie. que naſcitur ſub quadam planta que apud Diaſco. vocatur cinoſbatus ideſt rubus canis ⁊ in ea aliquando reperiuntur vermes. ⁊ ſic meo tempore vidi multos eam ponere in iſto ſirupo loco bedeguar. ſed decipiuntur. nam vide Nicolaum florentinum in libro ſeptimo in capitulo de cancro qui dicit. dicunt quidam experimentatores ꝙ fiat puluis ex ariton. qui oritur ſuper rubum canis qui a quibuſdam ſed nõ recte ponitur ꝓ bedeguard. Moderni generaliter in puluere qui ſit contra bocium gule habet bedeguard. ſed littera non eſt bona. quia predictus puluis reperitur apud Rainaldum de villanoua in capitulo de botio gule. ⁊ ibi dicit. ℞. ſpine roſarum ⁊ credo ꝙ ſit illa ſpongia que falſo bedeguard dicitur. Ille qui de nouo ſcripſit lumen apothecariorum dicit ꝙ bedeguard eſt radix cardonis benedicti maſculi. quod non eſt credendum. ſed vt veritati aptior ſit via. hic volo ſcribere formam veri bedeguard. ⁊ ꝙ debet adminiſtrari i iſto ſirupo ſecundum Sera. ex auctoritate Dia. qui dicit bedeguar. i. ſpina alba. Dia. nominat acantis leuce. ⁊ i greco eſt ſpina alba. ⁊ ẽ planta que naſcitur in montibus zagial. ⁊ habet folia ſimilia cameleunte albe. niſi qꝛ ſunt ſtrictiora ⁊ albiora ⁊ ſuper ea ẽ ſimile borre. ⁊ ſunt ſpinoſa ⁊ habet ſtipitem longum duobus brachijs in groſſitudine digiti policis vel plus. color eius eſt vergens ad albedinẽ. ⁊ ſuper ſũmitates eius ſunt capitella ſpinoſa ſimilia ericio marino. niſi quia ſunt minora ⁊ oblonga. ⁊ flos ei᷒ eſt coloris purpurei ⁊ ſemẽ eius ẽ ſimile grano cartami. ſed apđ Dia. eſt ſimile grano ginco quod idem eſt. niſi quia eſt rotondius eo. ⁊ id quod adminiſtratur ex ipſius planta eſt radix. vide ergo ſi bedeguard eſt illa ſpongia. vt volunt ignorantes.

¶ Suchaha eſt etiam ſpecies cardoni ⁊ eſt propinqua bedeguar. ⁊ eſt quam Dia. vocat acanthis arabicam. i ſpinã arabicam ⁊ eſt ſimilis ſupradicte ideſt ſimilis bedeguar. naſcitur ſpinoſa ⁊ alba. Matth. ſil. vult ꝙ ſuchaa ſit cameleunta alba quod nõ credo. nã Dia. ⁊ Sera. de vtraqz faciunt diſtincta capľa. ⁊ ſm Chriſtopho. de hone. ſuchaha bedeguar. qđ non eſt. ⁊ ſm lumen eſt radix cardonis benedicti femine. qđ nõ reperio apud auctores. ſed ſit quõcũqz ſuchaha apud Dia. eſt acanthis arabica. ⁊ ſm Sera. ẽ ſpina arabica. ⁊ ſm Raſim eſt megailez. ⁊ idem Sera. ex auctoritate galieni ait. hec herba eſt ſimilis plãte bedeguard niſi qꝛ virtus ei᷒ deſiccat ⁊ diſpticat plus eo. ⁊ fructus. ⁊ radix ei᷒ ẽ fortior. ſcđm Paulum ſuchaha eſt herba dulcis que extenditur ſuper terram. ⁊ facit capita groſſa ꝓpe radicem. ⁊ exeunt ex illis capitibus flores ſanguinei. ⁊ ſic eſt ſecundum veritatem ꝙ ſuchaha eſt herba ſpinoſa alba expandens ſe ſuper terram. cuius flos ẽ in colore ſanguinis ⁊ hec eſt proprie ſuchaha que adminiſtratur in ipſo ſirupo radix eius vſui medicine competit.

¶ Poſtqȝ dixi de bedeguar ac ſuchaha que ſunt ſpecies cardonis. etiam mea intentio eſt declarare quaſdam alias ſpecies que ponuntur in numero cardonum. nam primo eſt cameleunta alba ⁊ nigra. ſed de alba Serapio dicit ꝙ ſunt homines qui nominant eam acatiam. ⁊ de nigra dicit ꝙ nominant eam homines cameleuntam propter varietatem floꝝ eius. quia ex eis reperiuntur virides multũ ⁊ aliqui ad albedinem declinantes. ⁊ aliqui ad celeſtez colorem. ⁊ quidam ad rubedinẽ ſanguinis ſm diuerſitatem locorum. in quibus naſcuntur. ⁊ ẽ alius cardus q alio nomine ſcolimas vocatur. ⁊ iſte apud quoſdã eſt cardus dictus arcoſof. ſed ignoro verum. Serap. in ſuo capitulo ait in fine capituli de cardo. comeditur planta iſta recens ſicut comeduntur ſparagi. ego vero nec nego nec affirmo ꝙ ſcolimas ſit arcoſof. i. artigioch. ſed nomen ſuum verũ eſt chinera. aut alio nomine dicitur alcorſof. de quo vide Raſim in tertio almanſoris qui virtutem eius deſcribit. ſed formam non tamen iſte cardus eſt ſpinoſus cuius capita comedunt deferuntur de ianua Auicen. in ſecundo canonis dicit. cheucherzed eſt gumma alcorſof. Ioannes Serapio in ſuo antidotario in fine inquit cancarzed. ideſt gummi alcorſof. Auerrois in quinto colli. inquit harchaẜ ideſt cardus alchi vult dicere archigioco. ⁊ eſt alius cardus quo vtuntur homines ad gargellandum pannos ⁊ bireta ⁊ ſimilia. ⁊ iſte apud Diaſcori. vocatur diſpacus ⁊ a multis ignorantibus virga paſtoris. ⁊ eſt alius cardus dictus aſtaraticon. ſiue cẽtumcapita celeſtis coloris. ⁊ iſte apud nos naſcitur iuxta vias. ⁊ eſt alius qui dicitur cẽtũcapita alba. ⁊ hec eſt iringus. ⁊ ẽ ali᷒ qui a modernis cardus benedictus appellatur ⁊ iſte eſt quẽ hodie herbã turchã vocant ſiue ſedum. vt apud Diaſcor. ſiue eregeron. vt

apud Pli. flos bugloſe. aut radicū eius. flos vero vt vult
Papias dictus eſt ꝙ cito fluat. quaſi fluor. Iſidorus vero
inquit. flores nominantur ꝙ cito defluant de arboribus.
quaſi fluores ꝙ cito fluantur.
¶ Foliū. i. malabatrū ī hac deſcriptiōe loco eiꝰ ponit ma-
cis. vt dicit Aui. in. 2. cañ. ca. de folio. ſi vero in ipſo ingre
deretur ſpica poteſt poni. ſed q̄ꝛ ſpica ingredit macis.

Sirupus de thimo. ℞. extremitatū thimi. ℥. ij. ca
lamēti: mēte ſicce ana. ʒ. v. ſeminū aniſi
feniculi: apij: dauci añ. ʒ. iiij. paſſularꝫ enucleatarū. ℥. iiij. ⁊
cum lib. ij. mellis fiat ſirupus ⁊ aromatizetur cum. ʒ. ij. gal
lie muſcate.
¶ Iſte ſirupus ē in vſu. Thimus ſm̄ Iſidorū appellatū eſt
ꝙ flos eius odorē refert: de quo Virgi. Redolēt q̄ thimo
fragrantia mella. Pli. thimū flore ſato naſcitur: nec durat
niſi ī afflatu maris. ꝓpter thimū. n. qd̄ in attica regiōe abū
dat mel atticū ſūme laudis in toto mūdo ē. Meſue in ca.
de yſopo quē vocat haſce ingt. dicūt qdā ꝙ ē yſopus hor
tēſis. ⁊ dicūt alij ꝙ eſt vna ex ſpēbus origani: ⁊ in fine for
me p̄dcē plante ait ⁊ plāta eiꝰ vt dicit ē mater epithimi: er
go ē thimus. nā ſine dubio haſce ē thimꝰ: ⁊ flos ipſiꝰ ē epi
thimꝰ. qdā thimū policariā maiorē vocāt alij haſce. meſue
hꝫ hic extremitatū thimi. ⁊ ē melior pars plante eius.

Sirupus de epithimo. ℞. epithimi boni horten
ſis. ʒ. xx. mirre: citrinorū indorū añ. ʒ.
xv. cuſcute fumiterre añ. ʒ. x. thimi. bugloſe: calamēti. em-
blici: bellerici ligritie: polipodij: agarici: ſticados añ. ʒ. vj.
roſarum ſeis feniculi: aniſi añ. ʒ. ij. ſ. ꝑnorū nūero. xx. paſ
ſularū enucleatarū. ℥. iiij. tamarin. ℥. ij. ſ. ſuc. lib. iij. rob. i.
vini cocti lib. ij. ⁊ fiat ſirupus.
¶ Iſte ſirupus eſt in vſu. Epithimū vero ſm̄ meſue eſt ex
herbis ſupra creſcentibus alijs herbis: ⁊ eſt ſimile cuſcute
ſm̄ Dia. epithimi eſt flos thimi ſimilis thibre ideſt ſature-
gie. Iſidorus ingt. epithimū grece qd̄ latie dr̄ flos thimi.
nam flos grece thimum vocatur. eſt aūt flos thimbre ſimi
lis. circa inſtans epithimū flos ⁊ nō herba medicie compe
tit: ⁊ qñ producit flores colligi debent. Meſue laudat ſub
ruffum cretēſe acuti odoris. Aui. laudat cretenſe ⁊ hiero-
ſolimitanum: ⁊ eſt decliue ad rubedinem.

Sirupus de ſticados. ℞. florū ſticados. ʒ. xxx. ha
ſce. i. thimi: calamēti: origani ana. ʒ. x.
aniſi piretri añ. ʒ. vij. pipis lōgi. ʒ. iij. zinziberis. ʒ. ij. paſſu-
larum enucleatarum. ℥. iiij. mellis lib. v. ꝯdias cū cinamōi
calami aromatici. ſpice. i. nardi croci. zinziberis. pipis ni-
gri ⁊ lōgi añ. ʒ. i. ſ. liga in panno raro: ⁊ ſuſpēde in ſirupo
doſis eiꝰ eſt. ℥. i. cū aqua decoctionis ſpice ⁊ florꝫ alchilil
. i. chilchil. ⁊ eſt flos roriſmarini.
¶ Iſte ſirupus eſt in vſu maxie ſm̄ deſcriptionē idē. Me.
in ca. d̄ egritudibꝰ neruorꝫ hꝫ vnā aliā d̄ſcriptiōeꝫ ex aucte
iudei ⁊ dic̄ ꝙ ē medicia mirabil ꝯferēs oibꝰ egritudibus
neruorꝫ. ſꝫ nō ē eadē nec ī vſu. tñ ibi hꝫ ꝫiniā qd̄ ē iua ſiue
camepitheos. vt dictū fuit in electuario de iua.
¶ Sticados ſcd̄m Meſue medici laudant arabicū ⁊ meli
or pars plāte eſt flos poſt folia Dia. dicit ſticados ab iſu-
la galatie que ſticados dicit nomē accepit. in rei veritate
illud ſticados quo moderni vtuntur non eſt verum ſtica-
dos de quo intelligunt Meſue ⁊ Aui. vt dictum fuit in
confectione de ſticados.

Sermo i mellicrato cōdito ⁊ ſūt q vocāt mellicra
tū ſirupū factū ex vino ⁊ melle ⁊ ꝯditum
vocant quidā ꝙ fit ex melle ⁊ vino ⁊ ſunt ex hoibus q vo
cāt vtrunqꝫ vtroqꝫ noie. ⁊ modi eorꝫ ſūt diuerſi. ℞. vini
boni antiqui lib. x. mellis boni ⁊ diſpumati lib. ij. ꝓijc ſu
per ea cinamōi bōi ⁊ ſubtilis. ʒ. v. ſpice aromatice. i. nardi.
. ʒ. i. gariofilorū. zinziberis. ligni aloes. macis añ. ʒ. iiij. he
il. i. cardamōi maioris. ʒ. ij. croci. ʒ. i. ſ. tere cōtritiōe groſ
ſa ⁊ coletur cum colatorio groſſo de pāno. ⁊ aromatizet
cum muſci. ʒ. vnius tertia.
¶ Mellicratū ſcd̄m Dia. eſt mulſa ⁊ ipſe docet facer. ſed
non hoc modo. mellicratū vero ſcd̄m Simonem ē vinū
ex melle ⁊ aqua factum ⁊ vocat mulſa. ſ. ex tertia pte mel-
lis ⁊ duabus aque. differt aūt ab idromelle. eo ꝙ idromel
plus aque habeat. quaſi ipſa ſit aq̄ mellita. mellicratū vo
eſt vinum ex melle a craſis quod eſt vinū. ⁊ ipſa ē mulſa.
Iſidorus imbuit. mellicratū vinū melle mixtum medius
quaſi melleus: quia ex melle fit ſicut calamitas ꝑ cadami
tas. non eſt aqua mellis vt quidam crediderunt. nam ſu-
pra etiam poſita fuit deſcriptio aque mellis.

Modus conditi de citonijs ⁊ ē miua. Recipe ſu
ci citoniorū acetoſorū lib. xx. vini antiq
boni lib. x. coquantur cum facilitate vſqꝫ dum conſūpta
ſit eius tertia ſemper auferendo ſpūam eius. deinde colet
⁊ dimittatur reſidere ⁊ clareſcat. poſtea ꝓijce ſuper illud
mellis boni ⁊ diſpumati lib. vi. ⁊ iterum buliant ⁊ aufera
tur ſpuma eius. ⁊ coq̄ntur vſqꝫ dum habeat perfectam co
cturam ⁊ reſeruetur.
Conditū ex citonijs ſm̄ ītētionē meſue eſt miua. ſed ſm̄
Aui. ⁊ Gulielmū placentinū ē ſirupꝰ de citonijs. tñ Meſ.
ponit ēt deſcriptionē ſirupi de citonijs q aliud ē hec. ſ. mi
ua poteſt fieri cū ſpeciebus ⁊ ſine ſpeciebus ⁊ ambe ſunt ī
vſu. ſed iſta eſt miua citoniorum ſine ſpēbus. Raſis āt in
nono Almāſoris in ca. de his q̄ cōfortāt ſtomacū. ⁊ cibo-
rū ꝑficiūt digeſtionē. hꝫ deſcriptionē miue ⁊ ſirupi acetoſi
de citoniis. Idē ī libro diuiſionū in ca. d̄ medicinis ſolu-
tiōis vētris ait ꝯfectio miue ꝯſtrictiue. q ē ſirupꝰ d̄ citōijs.
Citoniū ē pomū notū. Petrus de creſcē. dicit coctanū
ſiue citoniū ē arbor nota. ⁊ ex his quedā ſunt q̄ faciūt pi
ra citonia. ⁊ he arbores maiores ſūt. ⁊ minora habēt folia
⁊ quedā ſunt arbores minores ⁊ latiores habentes fron-
des. quarū fructꝰ ꝓprie vocant coctana. Papias ait mala
cidonia eſſe dicta ab oppido in inſula creta.

Miua citoniorū cū ſpeciebꝰ. ℞. vini citoniorꝫ ace-
toſorū lib. xx. vini boni antiqui lib. x. coquā
tur cū facilitate vſqꝫ dū cōſumpta ſit eius tertia ſemꝑ au-
ferando ſpumā eius deinde colet ⁊ dimittat reſidere ⁊ cla
reſcat. ⁊ ꝓijce ſuꝑ illud mellis boni ⁊ diſpumati lib. vj. ⁊
iterū buliat ⁊ auferat ſpuma eius ⁊ ꝓijciantur ſuper illud
ſpēs aleſangine ligate ī pāno ſuſpēſo ſuꝑ illud medicamē
⁊ ſunt ꝓprie cinamomi. ⁊ heil añ ʒ iij. gariofilorū. ʒ. ij. zin
ziberis. maſticis añ. ʒ. i. ſ. croci. ʒ. ij. ligni aloes macis ana.
. ʒ. i. ſ. omnia p̄ter crocū terantur cōtritione groſſa. ⁊ ſuſpē
dantur in panno ſicut diximus omni hora fricādo illud
ſuper medicamine donec fiat ei ſpiſſitudo. deinde aroma-
tizetur cum. ʒ. vnius tertia muſci hoc eſt: ℈. i. ⁊ gallie. ſ. mu
ſcate. ʒ. ij. ⁊ reſeruetur.
Hec vero eſt miua citoniorum cum ſpeciebus. ſiue mi-
ua aromatizata ideſt ꝙ ſupra miuam citoniorum ſimplicē
adduntur quedam aromata. i. quedam redolentia. ⁊ ſunt
proprie illa que in panno ligantur. ⁊ de predictis aroma-
tibus. aromatizātur etiam quedaꝫ alia condita. vt eſt ſeca
cul conditum. ⁊ alia huiuſmodi.
Heil ſicut dictum fuit ex auctoritate Serapio. eſt car-
damomum maius. de quo miror quod Auicen. in predi-
cta confectione habet cardamomum maius ⁊ minus ⁊
heil. Chriſtophorus de honeſtis in predicta confectione
dixit ꝙ heil eſt ſpecies cardamomi quam non habemus
hic. ſed loco eius aſſumitur cardamomum maius. quaſi di
cat ꝙ heil non eſt cardamomum maius. hoc affert in du-
bitationem. Gulielmus placentinus eodem loco habet
cardamomum maius ⁊ minus. ⁊ melegetam. etiam tex-
tus Gulielmi ſecundum opinionem Bartholomei mon-
tagnane eſt falſus. nam ſicut dictum fuit ſupra in electua
rio de aromatibus cardamomum maius eſt melegeta. ⁊
ſic hodie generaliter habetur opinio. ꝙ heil ſit cardamo-
mum maius. ſiue melegeta. que alio nomine grana para-
diſi vocantur. etiam Mattheus ſiluaticus in capitulo de
cardamomo errauit dicens ex auctoritate Serapio. quod
heil eſt cardamomum minus. nam Serapio non dicit
ꝙ heil ſit cardamomum minus. immo dicit quod eſt ma
ius. ⁊ ſic eſt.

Sermo In aceto ſqlllitico. ℞. ex laminis ſqlle. ⁊
ꝓprie q̄ ſunt medie inter corpus ⁊ corticē
ipſius quantitatem quam volueris. ⁊ conſue eas ſepara-
tim in filo cū ſtillo ligneo. ⁊ dimitte ſiccari in ūbra diebꝰ
. xl. poſt illō cōminue eas ī fruſta cū inciſorio ligneo. ⁊ po
ne ad omnem libram eius aceti boni albi lib. viij. ⁊ pone

in vaſe vitreo ſtricti orifici. ⁊ ſtringe caput eius. ⁊ dimitte
in ſole per alios dies quadraginta poſt illud cola ⁊ admi-
niſtra vbi oportet.
¶ Meſue inquit quod concordati ſunt antiqui ſuꝑ iuua
mēta aceti ſquilllitici ad egritudines multas. deſcriptiōem
ipſius deſcribit etiam Sera. in cap. de ſquilla: ⁊ ſirupum
de ſqlla ⁊ multa alia liber q dicitur albuchaſim docet mo
dū preparandi. ⁊ deſiccandi. ⁊ de forma caſtrandi ſquillā
⁊ conficiendi acetū ſquilliticum. ⁊ diſtillandi aquā ipſius
⁊ de modo albificādi acetum ſquilliticū. ⁊ ſic de ſingulis.
ſquilla dicitur cepe muris: eo quod interficit mures.

Oximel ſquilliticū. deſcriptione Democriti. ℞.
origani: yſopi ſicce: alhaſce. i. thimi: chei
ſim: cordumeni: ſticados ana. ℥. v. coquant ī tribus libris
aque vſque dū deueniant ad lib. i. ⁊ ꝓijce ſuper ipſū mel
lis lib. ij. mellis paſſulati lib. ſ. ſuci alfeſcer. ℥. v. aceti ſquil
litici lib. i. ſ. auferatur ſpuma eiꝰ omni hora: ⁊ coquat ad
perfectam decoctionem.
¶ Oximel grece eſt ſirupus acetoſus tam cum zuccaro fa
ctus q̄ꝫ cum melle. idem habet duas alias deſcriptiones:
ſed non ſunt in vſu: vt eſt iſta: ⁊ ſunt qui faciūt ipſum: ſed
decipiuntur: vt oſtendam.
¶ Cheiſim ideſt leuiſticum hortulanum. ⁊ eſt aliud chei-
ſim dictum campeſtre: ⁊ iſtud eſt cordumeni: quod apud
ignorantes non eſt notum: ſupra oſtendi quod cordume-
num eſt carui agreſte ſiue leuiſticum: tamen opinio multo
rūm eſt falſa: quia hic Meſue in iſto oximelle habet chei-
ſim ⁊ cordumenum. ergo non ſunt idem: ſed error eſt ho-
rum: qui non cognoſcunt ſpecies leuiſtici: ſed ſecūdū mo-
dernorum ſententiam ſunt due ſpēs. ſ. hortulanum ⁊ cāpe
ſtre hortulanū vero eſt illud quo cōmuniter vtuntur. cāpe
ſtre vero eſt cordumenum: ⁊ eſt leuiſticum campeſtre ſiue
montanum: ⁊ eſt ſemen quod reperitur ſub planta que di-
citur paucedanum: ⁊ ſic eſt opinio herbaticorū: tamē ſcias
quando reperitur in confectione aliqua vbi ſolū igredia-
tur cordumenum: intelligitur de hortulano: ſed hic ambe
ſpecies debent poni.
¶ Mel paſſulatum eſt medicamen. quod fit ex melle ⁊
paſſulis expreſſis vt oſtendi ſupra in confectione loch
de pino.
¶ Alfeſcera vel feſcera eſt vitis alba que alio nomie brio-
nia vocatur ſiue ampellos leuce. vt apud Dia. Gal. in ſex
to ſimplicium inquit carinablat ideſt vitis alba ⁊ dicit al
feſire. hanc plantam quidam nomināt brioniam. ⁊ quidā
abradentes cutem ſūmitates eius comedunt in principio
ſui ortus ſicut mos eſt.

Oximel iuliani ſecūdum Gal. in tractatu ſcd̄o ad
glauconem in cap. de cura podagre facte
ab humore colerico. ℞. foliorum rute origani añ. ʒ. iiij. ra-
dicis mandragore aneti añ. ℥. ij. ireos. ℥. i. agarici. ℥. ij. tede
pinguis lib. i. cocognidij. ℥. iij. lacteridarum alipiados añ.
. ℥. ſ. polipodij. ℥. ij. folij coſti. ſpice nardi añ. ℥. i. reupontici.
℥. i. ſquille interioris. cimarum ebulli ana. ℥. iij. aſſari. i.
aſſare bacare. ʒ. i. canopi. ℥. iij. epithimi. elebori. acori añ. ℥.
. ij. yſopi amomi ſpici. cimini ana. ℥. i. aniſi. ℥. ij. aceti acris
lib. i. mellis lib. ij. confices autem hoc modo lacterides. ⁊
coſtum cocognidium. ⁊ ſpicam nardi teres diligenter. ce-
teras autem herbas infundes in aceto per dies tres. ⁊ po
ſtea coques donec media pars aceti decoquatur. ⁊ tunc ꝑ
fectis herbis mittes. ⁊ cum iterum decoctuꝫ fuerit ad ſpiſ
ſitudinem mellis ſupraſcriptas ſpecies tritas miſcebis. ⁊
vtere vbi oportet.
¶ Iſtud oximel apud nos non eſt in vſu. Nicolaus ī ſuo
antidotario habet vnam aliam deſcriptionem q̄ quaſi ea-
dem eſt. Alexander ī ca. de chacarticis ad podagrā ex fleg-
mate habet vnam aliam q̄ eadem eſt. ſimplicia autem que
declaranda ſunt declarabo.
¶ Teda pinguis eſt nomen qd̄ apud ruſticos appellatur
theia. ⁊ eſt lignuꝫ pingue pini. vel abietis. ⁊ vtunt ipſo ad
faciendum lumen pro candelis. Sera. in ca. de pino ingt.
quod vna eſt ſpecies pini. ex cuiꝰ ſudore extrahit pix. ⁊ cū
ligno ſuo fit lumen ſicut cum cera.
Cocognidiū ſicut dictum fuit eſt ſemen mezereon.
Lacterides. Ioā. Sera. in. 7. cap. de laxatiuis ſimplici-
bus inquit. lacterides ē mēdana q̄ dicit fructus amarus.
hec eſt quā Aui. in ſcd̄o canoñ. vocat mehēbethene. ergo
eſt cataputia minor. nā vide Sera. in ꝓprio caplo de cata
putia minore. qui inquit. Mēdana. i. cataputia minor. ⁊
eſt planta quā multi cōputāt inter ſpēs lacticiniorꝫ. ⁊ hec
plāta apd̄ nr̄os ruſticos dr̄ cagarola. ⁊ in hortis abūdat.
Alipiados ſm̄ Nicolaū eſt cocognidiū vel laureola. qd̄
non videt eſſe verū. nam ſi conſideret bene inpredicto oxi
mele ingredit cocognidium. i. ſemen mezereon. ⁊ etiā ali-
piados. quod nō fieret ſi idem eſſent. ſed cōiter tenetur ꝙ
alipiados ſit laureola.
Canopis ſm̄ Nicolaum eſt medianus cortex ſambuci.
ſimiliter ait Gal. quidam crediderunt ꝙ eſſet canapis. qd̄
non eſt. nam etiam alexander inquit. Canopis ē cortex me
dianus ſambuci.

Acetum paſſularū ſm̄ Antoniū cermiſonū in ca.
de egritudinibꝰ capitis. ℞. acetū vini nō
multū vinoſi lib. ij. paſſularū. ℥. ij. buliāt vſqꝫ ad ꝯſumptio
nem tertie partis aceti. deinde coletur. ⁊ fortiter exprimā-
tur paſſule. deinde iterū paſſule terant in mortario. ⁊ fiat
earū expreſſio. ⁊ acetum tali vſu reſerua. ſed apud nos tale
acetum non eſt in vſu.

Sirupus conferens ad ea que diximus ⁊ nobile
⁊ expertum. ⁊ confert quartane. In pra
ctica Meſue in ca. de ſoda frigida ab humore melancoli-
co. ℞. capillorum veneris. radicum bugloſe domeſtice ſil
ueſtris. ⁊ florum earum polipodij. epithimi añ. ℥. i. folicu-
lorum ſene. camepitheos. ſticados añ. ʒ. vij. camedreos. ſq
nanti. elebori nigri añ. ʒ. iij. fumiterre. ʒ. viij. eupatorij. ʒ.
. iiij. ſuci pomorum dulcium. ℥. viij. omnia preter epitimū
⁊ ſucum pomorum buliant in lib. iiij. aque vſqꝫ ad lib. ij.
deinde buliat in eo ebulitione vna epithimū ⁊ colet. ⁊ cū
ſuco pomorū ⁊ lib. i. zuccari fiat ſirupus.
Iſte ſirupus eſt ꝓcioſus ac digniſſimꝰ ꝯtra quartanā ⁊
ſuo noie ab apothecarijs nō eſt ſic appellatū. ſed ad melio
rem declarationē feci ſub iſto nomine. quia in mediolāo
multi medici ordināt ſirupū ad quartanā. ſed apud apo-
thecarios ſit ſub noie ſirupi de pomis cōpoſiti. ⁊ idem eſt
Franciſcus de pedemōtiū habet vnā aliā deſcriptionem
ſirupi ad quartanam que non eſt eadem. nec eſt in vſu ſi-
cut infra oſtendam.
Bugloſa eſt lingua bouis. ⁊ proprie domeſtica. ſilue-
ſtris vero bugloſa eſt borago. cuius herba cibo apta ⁊
medicine. flos. ⁊ folia. ⁊ ſemen. ac radix in iſto ſirupo de-
bent poni.
Pomū vo ab opimo. i. a copia. i. vbertate eſt dictū iter
alia poma pariſiana ſunt magis laudata q̄ꝫ alia. poſt hec ē
pomum dictum redolens.

Sirupus de pſilio ſm̄ eundē ī ca. de ptiſi. ℞. ſpo
dij. ſemē portulace. ſeis citoniorū papa
ueris albi añ. ʒ. ij. pſilij. mundi. ʒ. v. ſuci arnogloſe cocti ⁊
deſpumati. ʒ. xx. cancrorum fluuialium lotorū ſm̄ doctri-
nā. ʒ. xx. decoquātur in lib. aque vſqꝫ ad lib. i. ⁊ cum lib. i.
zuccari fiat ſirupus.
Iſte ſirupus apud nos nō eſt valde in vſu. Rainaldꝰ de
villanoua in libro quarto in capitulo de ethica habet vnā
aliā deſcriptionem. ſed non eſt eadem. pſilium vero eſt ſe-
men ſimile pulicibus. ⁊ laudabile eſt ad conſeruādum cā-
phoram. in bladis ac vijs abundat. ⁊ vulgari ſermone li-
noſella dicitur.
Arnogloſa ſecundum Papiam in littera. a. inquit. ꝙ
eſt que a latinis dicitur plantago ideſt lingua agni in lit-
tera. p. ait. plantago a romanis dicta ꝙ planta eius cito
terre adhereat. herbe quam greci arnogloſam vocāt. Ma
cer. Herbam que noſtra lingua plantago vocatur. Hanc
arnogloſam grecus vocat. eſt quia lingue agnine ſimilis
folijs plantaginis huius. Sunt gemine ſpecies. ſed maior
prima vocatur. Altera vero minor. quam vulgo lantio-
latam dicunt ⁊ ſic eſt. plantago vero maior ſecundum
opinionem modernorum eſt quam noſtri ruſtici bletam
ſilueſtrem vocant. minor eſt quam falſi herbatici linguam
caninam vocāt; ſꝫ decipiūt. i pratis ambe ac vijs repiunt.

Sir. de pomis compositis

Cancer fluuialis eſt notus Aui. in ſcdo can̄. dicit. Cancer fluuialis notus ē. aliud capitulū facit de cancro marino: ⁊ ibi inquit. cū dicit̄ cancer marinus nolumus intelligere per hoc omnem cancrum maris. imo ſpeciem cācri que ꝑ p̄te habet omnia membra dura vt lapis.

Sirupus ſabor ſm eundem in ca. de mania ⁊ melancolia ſanguinea. ℞. ſuci bugloſe domeſt ce. i. vſualis ⁊ ſilueſtris. i. boraginis an̄. lib. ij. ſuci pomorū dulciū redolētiū lib. iiij. foliculoꝝ ſene. ℥. iiij. croci. ʒ. ij. zuccari taberzet. i. albi lib. iij. fit āt ſic ſene ꝓijciantur in ſucis ꝑ diē ⁊ noctē poſt contritionē eius. deinde buliat ebulitione vna aut duabus deīde cum zuccaro fiat ſirup⁹. crocus aūt confricetur in panno ⁊ eius decoctione ꝑ fiat.

℃ Iſto ſirupo in partibus mediolani vtunt̄ apothecarij: q̄dā crediderunt ꝙ eēt ſirup⁹ de pomis ꝯpoſitus: ſ; aliud ē Io. ꝯcoregius i ca. de mania ⁊ melācolia inqt. Sarbor rex medoꝝ qui ab hodiernis praticātibus penitus habet̄ in vſu quo vt plurimū vtor ⁊ in quo multā iueni vtilitatē.

Sirupus de berberis ſm Frācīſcū de pedemōtium in ca. de cura vomitus ſanguinis. ℞. ſpodij. ʒ. iiij. berber. ℥. iiij. vue acerbe. ℥. ij. cicoree. m. ſ. zuccari lib. ij. fiat ſirupus ſecundum artem.

℃ Iſte ſirupus non eſt in vſu.

℃ Berberis eſt fructus rubicund⁹ ſatis notus apud Auicen. in ſecūdo can̄. vocat̄ amirberis: ſed apud Dia. vocat̄ oxiachanthos. ⁊ eſt arbor minuta ſpinoſum habens fructum rubicundum. ⁊ ex eo fructu a modernis conficitur litium: ⁊ arbor ipſius vocatur darſiſahan. Ab alijs criſpinus arbor. Negant quidam quod hec arbor ſit darſiſahā: ſed errant: vt dictum fuit. domi. Petrus de creſcentijs inquit berberi ſunt fructus cuiuſdam arboris parue valde ſpinoſe ſicut arbor mali pūici ideſt arbor mali granati domeſtici: ⁊ ſunt rotundi rubei: quaſi ſubnigri ſicut fructus ſpine albe aliquantulum oblongi ⁊c̄.

Sirupus de endiuia: ſecundum eundem Franciſcum in cap. de cura male complexionis epatis ſimplicis ⁊ compoſite. ℞. endiuie vtriuſq; an̄. m. i. ſeminum communium recentium. ℥. ij. aceti albi. ℥. ij. zuccari taberzet. i. albi lib. i. ⁊ ſirupizetur cum aqua ordei ⁊ aromatizetur cum ſandali vtriuſq;: ⁊ ſpodij an̄ ʒ. i. ⁊ vſui reſerua.

℃ Iſte eſt ſirupus de endiuia compoſit⁹ ad differētiā ſimplicis qui fit ex ſuco ⁊ zuccaro ſicut oſtēdā infra in tractatu de magiſtralibus. gentilis ſcripſit vnam aliā deſcriptionē ⁊ ſcḋm illā generaliter faciunt ſirupum de endiuia cōpoſitū ſecundum gentilem: cuius infra apparebit deſcriptio: ſunt quidam qui faciunt ipſum ſecūdum Franciſcū quod etiam eſt laudabile.

℃ Endiuia ḃ; Gal. i octauo ſimpliciū ē ſerio Dia. vocat ipſam ſeridis: ⁊ iſta eſt illa q̄ cōiter vtunt̄. Hic Franciſcus habet endiuie vtriuſq;: qḋ intelligitur vſualis ⁊ cicoree que flores azuriuos habet Aui. in ca. de endiuia in ſecūdo can̄. ait ꝙ magis iuuatiua ex eis epati eſt illa que ē magis amara. ego exiſtimo quod ipſa ſit cicorea: q̄a ē magis amara: ⁊ mirabiliter confert epati.

Sirupus de epatica ſm eundē in eodē ca. vbi eſt ſirupus de endiuia. ℞. epatice. m. i. lenticlaꝝ aq̄. m. i. floꝝ cucurbite. violaꝝ ro. an̄. ℥. i. ciaꝝ ſgnāti. ʒ. i. zuccari taberzet. i. albi lib. i. irroret̄ cū ſuco granatorū. ℥. iiij. ⁊ aromatizet̄ cū ſandali ⁊ ſpodij an̄. ʒ. i. ⁊ fiat.

℃ Iſte ſirupus non eſt in vſu.

℃ Epatica vero eſt herba naſcens ſuper lapides ſemper madidos iuxta flumina ⁊ fontes ſuperextenſa lapidibus. Serapio. capitu. de epatica ex auctoritate Gal. inquit. naſcitur in lapidibus humectatis: ⁊ cadit ſuper ea ros. ⁊ eſt ſimilis lenticule aque. hec eſt illa quam dia. vocat licent̄. circa inſtans ait. epatica herba eſt: ⁊ quanto maiora folia habet tanto melior eſt: ⁊ dicitur epatica. q̄ꝛ principaliter eſt iuuatiua epati. arabes vocant ipſam azezal ſahel. ruſtici noſtri fragidariam dicunt.

Lenticula aque. ſm Dia. ſup aquā inuenit̄ natans: rotūda eſt ſicut lenticula. colorē viridē habens. Serap. dicit ꝙ eſt ex ea marina. ⁊ eſt ex ea aque dulcis. ſed illa q̄ eſt dulcis vtuntur vt plurimum.

Sirupus de nenufare ſm eundē Franciſcum. ⁊ i eodē ca. vbi eſt ſirupus de epatica. ℞. florū nenufaris. ℥. ij. vngule caballie aquatice. pſilij. itegri. acetoſe an̄. ℥. i. ſeminū cōium. ʒ. ij. ſeminū frigidoꝝ. ℥. ſ. radicū feniculi. ℥. i. buliāt i aqua ordei: ⁊ addat̄ lib. i. zuccari aceti albi. ⁊ ſuci granatoꝝ an̄. ℥. ij. ⁊ aromatizetur cum ſandali ⁊ ſpodij ana. ʒ. i. ⁊ addatur parum ſpice ne frigiditate opilationem inducat.

Iſte ſirupus non eſt valde in vſu. Gal. placētinus i ſuo tractatu de confectionibus habet vnā aliam deſcriptionē ſed non eſt eadē. ipſe Gul. facit ſuam deſcriptionē ex decoctione florum nenufaris incorporata cū zuccaro ⁊ albumine ouorū. ⁊ fit ſirupus ſm artē iſto mō vt docet Gul. idē ait circa inſtans: in cap. de nenufare.

Nenufar. i. nimphea apud Dia. ⁊ naſcitur i aquis ſtātibus ſicut dictū fuit. ſpecies eius ſunt due. ſ. vna vue in medio floris croceū ḃ; colorē. ⁊ ē proprie nēufar ſiue vngula caballina. alia vō ḃ; florē albū. ⁊ iſta ē nēufar vſuale ⁊ ambe i aq̄s naſcūt̄. vide de ipſo in electuario de farfara.

Ungula caballia aquatica ē nenufar ſcḋ; modernos q̄ florē croceū habet. ⁊ eius folia ad ſimilitudinē nenufaris albi. ⁊ iſta ē illa que apud herbaticos farfara vocatur. non naſcitur autē in vineis. vt quidā falſo crediderūt. imo hec duo genera i aquis currentibus ⁊ nō currētib⁹ reperiunt̄. hic Franciſcus habet ſemia cōia. ſed nō ſpecificat ſi debēt eē ſemina cōmunia maiora vel minora. ſed ſpēs volūt qḋ ſint ſemia cōia minora frigida. ⁊ ſunt hec. ſ. portulace. ſcarole. lactuce. ⁊ endiuie.

Semia frigida ſimpliciter intelligunt̄ ſemina cōmunia: maiora. frigida q̄ ſunt ad numerū quatuor. ſ. melonis cucumeris. citrulli. ⁊ cucurbite. ⁊ ſic i iſto ſirupo ſemia minora ac maiora frigida debent poni.

Sirupus ex inuentione noſtra expertus ad quartanam ſm eundem in ca. de medicinis febrium melancolicarum. ℞. kalendule leuem pimpinelle lupuli. quinq; folij. i. pentafilon. trifolij. lingue arietis. capillorum veneris. endiuie cum radicibus boraginis. fumiterre. radicum bugloſe vtriuſq; ⁊ florum earum. cicoree. epatice. bedeguar. i. ſpine albe quercule maioris ⁊ mīoris caparorū recentium. ⁊ corticum radicum eoꝝ corticū ſeis tamariſci. ſcolopendrie cū radice an̄. m. i. violarum: florū boraginis ana. ℥. ij. prunorū ſebeſten ana. numero. xxxv. ſene cuſcute. thimi epithimi aniſi feniculi an̄. ℥. ſ. ligritie. paſſularū. ſticados an̄. ℥. ſ. ordei mundi pugillū vnū. ſeminū cōiū. corticū citri an̄. ℥. ij. ſgnāti. ʒ. ij. q̄nq; radicū cōiū reſidentiū in aceto. ℥. ij. predicta buliāt in aque lib. vj. vſq; ad mediū. deīde collētur. ⁊ colature addat̄ ſuci bugloſe. ſuci pomoꝝ dulciū an̄. lib. i. ſ. ⁊ diſſoluāt̄ in eis zuccari lib. ij. ⁊ mellis roſati lib. ſ. aceti p̄dictarū radicū. ℥. iiij. ⁊ aromatizet̄ cū ſandali. ʒ. i. gariofilorū. ligni aloes ana. ʒ. ſ. ⁊ fiat ſirupus ſm artē ⁊ vſui reſerua.

Iſte ſirupus ſm intentionem Franciſci eſt ſirupus expertus ad quartanam. qui apud nos in vſu non eſt maxime ſecundum iſtam deſcriptionē. ſed ſupra fuit poſita vna deſcriptio huius ſirupi. que confert quartane. ⁊ ille ē quo vtimur ſub nomine ſirupi de pomis compoſiti. ſed q̄ꝛ in iſto Franciſci ingrediuntur quedam ſimplicia que declarata non ſunt. ideo declarabo.

Calendula vel kalendula ſecundum Nicolaum ⁊ Manfredum de monte imperiali eſt herba dicta herba blanca. de qua Mattheus ſiluaticus ſpeciale facit capitulum ex auctoritate Plinij. ⁊ vocat ipſam charamos. quidam crediderunt ꝙ eſſet primula veris ſiue herba paraleſis. ſed falſo. nam ſecundum opinionem modernorum vera chalendula eſt herba dicta apud nos herba blancha. in hortis reperit̄. cuius folia comeduntur. ſicut aliorum olerum. Ioannes anglicus in capitulo de paraleſi dicit. chalendula ideſt ſolſequium vel primula veris. Idem in capitulo de ſterilitate ait. ⁊ chalendula creſcit in hortis portans florez rubeū vel croceū. de quo flore faciunt puelle coronas ⁊ in mulieribus in quibus aliquando inflantur māille ꝓpter retentionem menſtruorū; tunc dent̄ flores chalēdule cum ſpica ⁊ vino. q̄ꝛ tumorem ſedat. ⁊ mēſtrua ꝓuocat.

℃ Laureola ſm Matheum ſil. eſt primula veris. ſed non ſcribit de forma ipſius. ſed lauendula ſcḋm modernos eſt planta ſicut libanotides: cuius folia ſimilia ſunt rozimarino. ſed albiora cum flore purpureo paruo apud nos in hortis reperitur cum odore iocundo. hunc florem mulieres ponunt in pannis propter odorem ſuum.

℃ Pimpinella eſt herba facta ſicut ſaxifragia ſed minora folia habet. hec apud omnes eſt nota.

℃ Trifolium ſecundum Sera. eſt handachocha ⁊ ſpecies eius ſunt plures. nā eſt trifolium trigonum. vel poliſilon quod latini trifolium odoratum dicunt. ⁊ eſt trifoliū acutum ⁊ eſt trifolium leporium. ⁊ eſt alia ſpēs a modernis dicta plauta leonis ſiue herba flaura. ⁊ ſic de ſingulis. Iſidorus inquit. trifolium eſt quod greci triſilum vocant quod ſit folijs trinis per ſingulas annotationes.

℃ Lingua arietis. ſm Auic eſt duorum generum. ſ. parua ⁊ magna. hec eſt quā Dia. arnogloſam vocat ſiue alio nomine plantaginem ſiue bletam ſilueſtrem. minor dicitur a falſis herbaticis lingua canis. ſed aliud eſt.

℃ Quercula maior ſecundum Simonem Ianuenſem eſt camepitheos ⁊ interpretatur apud grecos infima pinus ⁊ cami. ꝙ eſt breue ⁊ pitheos qḋ eſt pinus. eo ꝙ omnes ſpecies ipſius odorem pini habeant. hec a modernis eſt vera yua quam Meſue in cap. de egritudinibus neruorum laudat ſub nomine ziniam. ⁊ idem eſt.

℃ Quercula minor eſt camedreos. ⁊ nō camepitheos. vt dicit Matheus ſiluaticus. Gulielmus placētinus inquit. quercus terre vel quercula minor eſt camedreos. ⁊ eſt dicta infima quercus a cami. i. infima ⁊ dris dris greci. i. quercus inde camedreos. i. infima vel parua quercus, q̄ꝛ folia ſunt ſimilia folijs quercuū. in antidotario vniuerſali poſitum eſt triſogum. i. camedreos. Pli. camedreos eſt herba quam latini querculam dicunt. Aui. in ſcḋo can̄. in cap. de camedreos. dicitur ꝙ nominatur quercus terre. ⁊ hec eſt quam hodie calamandrinam vulgariter vocant.

℃ Quinq; radicum apothecarij generaliter debēt ſcire ꝙ per quinq; radices cōes intelligūtur radices feniculi apij. petroſelini bruſci ⁊ ſparagi. ⁊ ſic iſte quinq; poni debēt in iſto ſirupo. radix autem ſcḋm Iſidorum appellatur ꝙ quaſi radijs quibuſdam fixa terris in profunda dimergatur. nam phyſici dicunt parem eſſe altitudinem radicum ⁊ arborum alij radicem a ſimilitudine radiorum dictam putant. vel quia ſi eradatur non repululat.

Diamoron Nicolai. Recipe mororum celſi li. ſ. mororum bati lib. j. mellis lib. ſ. ſape. ℥. iij. Confice ſic. ſucum mororum cum melle ⁊ ſapa in vaſe eneo ſtannato ad prunas leues ad perfectam decoctionem bulire deſine. cum autem ſcire volueris ſi coctum ſit pone guttaz ſuper marmor. ⁊ inclinato marmore ſi ſe vt mel retinuerit coctū eſt ⁊ tūc cola. ⁊ in ſtannato vaſe vſui reſerua.

Diamoron ſecundum intentionē Nicolai dicitur a moris celſi batinum a moris rubi. Meſue in ſuo antidotario in diſtinctione de loch habet confectionez de moris. ⁊ dicit ꝙ eſt diamoron ⁊ ſic eſt. nā ſua deſcriptio cum iſta Nico. concordat. ſed generaliter conficitur ſecundum iſtam deſcriptionem. ipſe Meſue in practica in cap. de ſinantia gutturis habet vnam aliam deſcriptionem ex auctoritate Alexandri: ſed non eſt in vſu. in eodem capitulo ḃ; vnam aliam quam dicit diamoron. quā Gal. compoſuit ſed nō eſt in vſu. Gal. vero in tractatu ſexto de meimir deſcribit duas deſcriptiones. quarum vnam ipſe compoſuit. aliam compoſuit Andromacus. ſed non ſunt vſuales.

Mora celſi ſunt fructus arboris ſic dicte. ⁊ ex folijs huius arboris paſcunt̄ vermes qui generāt ſericū. Iſidorus in ca. de nomibus arborum inquit. ſicomorus ſicut ⁊ morus greca nominata ſunt dicta aūt ſicomorus. eo ꝙ ſit folijs ſimilis moro. hāc latini celſam appellāt ab altitudine q̄ꝛ nō eſt breuis. vt morus. ſicomorus vero ſm ſententiam modernoꝝ eſt nomen compoſitū a ſicos grece qḋ eſt ficus ⁊ moro latine. ⁊ vocatur ficus fatua. ſiue ficus pharaonis. Meſue loco eius habet mororum de ſeni. quod idem eſt.

Morus batus. i. mora. Meſue habet mororum dulciū ⁊ idem ſunt. ⁊ eſt rubus ferēs mora. eſt aliud rubus canis qui apud Diaſco. cinoſbatus vocat̄. ⁊ eſt ſpina que noſtro idiomate roſagna vocatur. Iſidorus ait. morus a grecis vocata quam latini rubum appellāt. Gal. in ſexto ſimplicium inqt. in laich eſt rubus. vel de bato qui dicit̄ rubus.

Sapa ſecundum compoſitorem eſt vinum coctum ſiue muſtum coctum vſq; ad conſumptionem duarum partiū. Meſue loco eius habet rob. i. carenum ſiue triplicatum. ⁊ dicitur carenum. eo ꝙ feruendo parte careat tertia. Matheus ſiluaticus inquit. ſapa eſt muſtum coctum ad conſumptionem trium partium.

Uas eneum. i. vas de aramine. Nicolaus vult ꝙ predictus ſirupus fiat i vaſe eneo ſtannato. ⁊ hoc ē. q̄ꝛ generaliter apothecarij faciunt ſirupos in cazijs de ere que non ſunt ſtannate. ⁊ ibi coquunt. ſed faciūt male. quia ille cibus vel potus qui coquitur ⁊ ſtat in illis vaſis ſi comeditur facit aliquando incurrere elephantiam. ⁊ cancrū ⁊ dolorem epatis. ⁊ ſplenis. ⁊ malitiam complexionis. Iſidorus in cap. de vaſis olearijs inquit. lenticula modicū vas eneum vel argenteum quadrangulum latere apertum. qḋ ⁊ lechitum. eſt enim vas olei quo reges ⁊ ſacerdotes vngebantur a liniendo dictum.

Mel roſatum Nicolai. ℞. mellis albi diſpumati. lib. x. ſuci roſarum recentium lib. i. ponantur in caldario ad ignē. ⁊ cuz bulire inceperit viridium roſarum cum forficibus. vel cum cultello inciſarum libr. iiij. addantur. ⁊ tādiu buliant quouſq; ad ſuci deueniant conſumptionē. ⁊ dum bulierit ſemp agitet̄ cum ſpatula. ⁊ cum coctum fuerit in ſubtili vaſe rotūdat̄.

Mel vero roſatum ſm intentionem Nicolai apud grecos appellatur rodobel. quidam gelenīabin vocāt. meſue in antidotario. in diſtinctione de conditis habet vnaz aliam deſcriptionem. ſed iſta Nicolai eſt illa. qua generaliter vtimur. tamen inter ipſas eſt parua differētia. circa inſtās in cap. de raſis. habet vnam aliam deſcriptionem. ⁊ eadez eſt. Iſidorus inquit in cap̄. de potu. rodomel dicitur. eo ꝙ in ſuco roſe mel admiſceatur caleniabin. ⁊ chaliebinuz reperio in practica Haliabbatis pro geleniabin. ⁊ ſunt roſe condite. hodie vero pro geleniabin mel roſatū intelligūt ſi mel violatum facere volueris eodem modo fit. ſed non eſt tantum in vſu vt eſt roſatum.

Orizachara Nicolai. ℞. zuccari li. j. ſuci malorum granatorum. ℥. viij. aceti. ℥. iiij ponantur ſuper ignem in vaſe ſtannato. ⁊ tandiu buliat cum ſpatula ſemper agitando donec ad quantitatē zuc. veniat. ⁊ i piſſide poſſit ꝑportari ad modū electuarij.

Oxizachara ſm intentionē Nicolai dicitur ab oxi qḋ eſt acetum ⁊ zuccaro. ipſe Nicolaus habet vnā deſcriptionem que dicitur oxi. ſed hec dicitur ab acetoſo ſuco malorum granatorum. ſed in vſu non venit.

Malumgranatum eſt pomum granatum. quod ſatis eſt notum. Papias inquit. mala granata. i. punica dicta. qḋ interius grana habeant olentia que comeduntur. ⁊ ſignificant eccleſiam de multis gentibus congregatam. vel gratias habentes

Acetum quod oxos dicitur. Iſidorus in capitulo de potu. Nicolaus vult ꝙ oxizachara coquatur tantum ꝙ poſſit ferri in piſide ad modum electuarij. ſed nos generaliter facimus ipſam ad formam ſirupi. ⁊ non ad formam electuarij. Iſidorus in capitulo de vaſis olearijs inquit. piſides vaſcula vnguentaria ex buxo facta. nam quod nos buxum greci pixum vocant.

Sirupus de mirabolanis citrinis ḃ; Raſim in tractatu de egritudinibus iuncturaꝝ in cap. de medicinis mundificantibus ſanguinem ⁊ coleram. Recipe mirabo. citrinorum. ʒ. centum ⁊ ablue cum aqua calida. reubarbari. ʒ. centum. mitte in aquā frigidaz ita ꝙ aqua ſuperemineat duobus digitis. poſtea in eſtate pone ad ſolem per quatuor dies. deinde aquam abūce iterum. ⁊ remaneāt mirabolani. ⁊ iterum mitte in aliā aquā ⁊ dimitte tādiu donec amittant ſaporē ſuū ⁊ albeſcāt. deinde aggrega primam ⁊ ſcḋam aquā. ⁊ cum. ʒ. centū man-

ne albe coque ad ignem ⁊ remoue ſpumam donec fiat ſi-
cut iuleb. ⁊ ſi vis acue eum cum ſcamonea. ſuper qualibet
lib. pone. ʒ. vnam ſcamonee ⁊ ſuper qualibet lib. pone. ℥. j.
aque roſe ⁊ vtere quando volueris.

Iſte ſirupus nõ eſt in vſu. credo ꝙ ſit ex carioribus alijs
Mirabolani citrini magis ſunt laudati illi qui in colore
ſuo ſunt citrini multe citrinitatis declinantes ad viridita
tem ⁊ in pondere ſint graues ⁊ groſſi ⁊ cortex ipſorum ſit
ſpiſſus denſus completus oſſa parua. Gulielmus placen-
tinus inquit. mirabolani ſunt quinqꝫ ſpecierum. ſed citri
ni ſunt meliores omnibus alijs.

Sirupus de turbith. ſcd̃m eundem in eodẽ tra-
ctatu in capi. de medicinis que pur-
gant flegma. ⁊ crudos humores. ℞. turbith. libram vnã ⁊
mitte in tribus libris aque frigide. ⁊ moret vna die ad ſo
lē. deinde cola. ⁊ deinde ſi ſaporē amiſerit proijce. ⁊ aquã ſerua.
ſin autem appone aliam aquam. ⁊ iterum appone ad ſolē
donec amittat ſaporem. poſtea aggrega illas duas aquas
⁊ mitte lib. vnam zuccari. ⁊ coque donec fiat ſicut iulep.
educit multotiens humorem flegmaticum. ⁊ ſi volueris
citius facere coque ad ignem. quoniam eſt debilior a prin
cipio. ſed poſtea non eſt ita clarus.

Iſte ſirupus non eſt in vſu.

Turbith ſꝫ meſue eſt radix herbe. cuius folia ſunt ſicut
folia ferule minora tamen ⁊c. Diaſ. de ipſo capi. facit. ſed
non inuenitur ſub nomine turbith. ſed ipſe vocat tripoli-
on. quapropter miror ꝙ matheus ſiluaticus de tripolion
capitulum facit. ſed non cognouit quid eſſet. ſꝫ poſtq̃ꝫ ego
aggregaui cap. de tripolion apud Diaſ. cum capi. de tur-
bith apud Sera. vidi ꝙ idē ſunt. ſcias ꝙ flos ipſius mutat
colorem ſuum ter in die. naꝫ mane eſt albus. ⁊ in meridie
declinant ad colorē purpureū. in veſperis vero fit rubeus

Sirupus de vua ſm Auic. in quinto cañ. ℞. ſu-
ci vue pōtice ſtiptice lib. vj. ⁊ decoqua
tur vſqꝫ ad tertiā: ⁊ fundaſ ſuper ipꝫ mellis li. i. ſumac ra-
dicis ligritie. gallaꝝ balauſtiarū ⁊ ſupioris roſaruꝫ oium
añ. ſextarium vnū ⁊ eſt. ʒ. ſex ſcd̃m Gentilē croci. ʒ. ij. mir-
re aluminis iameni. añ. ʒ. j. decoquatur ⁊ coleſ ⁊ potetur.

¶ Iſte ſirupus apud nos nõ eſt in vſu. Frāciſcus de pede
montium. in cap̄. de ſolutione continuitatis ſtomaci ⁊ vl-
ceribus. ⁊ ruptura. ⁊ eius cura habet vnam aliam deſcri-
ptionem. ſed eſt ex auctoritate Auic. ⁊ eadem eſt.

¶ Vua pontica ſtiptica. i. in ſapore. non autem intelligiſ
pontica ab illa regione. ſed dicitur. ⁊ intelligiſ ponticum:
qꝛ ponticum. i. fortem habet ſaporē. Petrus de creſcētijs
docet modū conſeruationis vuarū. ⁊ de virtutibus. ⁊ de
apparatu vindemie. ⁊ de tp̄e vindemiandi. ⁊ ſic de alijs.

Sirupus de fructibus ſecundum eundem in eo-
dem canone. Recipe ſucos cidoniorūꝫ
⁊ malorum pirorum. ⁊ granatorum. murorum. ⁊ ſumach
⁊ zarur. ⁊ decoquantur leui igne donec ingroſſentur. ſi au
tem vis dulcorare ipſum proijce ſuper ipſuꝫ zuccari quan
tum vis ⁊ bulli ipſum. ⁊ cola. ⁊ vtere.

¶ Iſte ſirupus non eſt in vſu. idē habet vnam aliam deſcri
ptionem inferius. ſed non eſt eadem. Gal. in lib. ſecretorū
habet vnā aliā que eadem nõ eſt. nec alique ſunt vſuales.

¶ Fructus. Iſidorus in cap. de arboribus ait. ꝙ fructus
nomen accepit ab eminente gutturis parte qua veſcimur
inde ⁊ fruges. fructus autem proprie dicuntur agroruꝫ ⁊
arborum quibus vtimur. in animalibus vero abuſiue ⁊
tranſlatiue vocari fructum dicimus.

Zarur ſm Auic. in ſecundo cañ. eſt nominatū triangu-
lus latinoꝝ. ⁊ zarur eſt ſpecies quam nominãt greci teleſi-
mon. ⁊ ſentabinum. ⁊ qñqꝫ nominant eā malū ſiueſtre za
ror vel zarur ſm ſententiā modernoꝝ eſt fructus ſimilis pi
ro in figura ſua. ſed eſt minor. quidam putauerunt ꝙ eſſet
ſorba. ſed nõ eſt. verū eſt ꝙ loco zarur ponit ſorba. Serap̄.
ait. c. de ſorba ait. zaror. i. faciens appetitum. ⁊ eſt ſorba. ⁊
ibi deſcribit formam ipſius. ſi zarur ſit ſorba aut nõ. nõ ne
go nec affirmo. ſed vnū pro alio poteſt poni. zaror ſecun-
dum Matheum ſiluaticum eſt meſpilluꝫ ſiue auzarola vel
tricoctum. Gal. in ſeptimo ſimplicium inquit. meſpillum
quod tricoctuꝫ nominatur. eo ꝙ tria habeat oſſula omnia
inter ſe. Ioannes arculanus in cap. de opilatiōe epatis in-
quit. zaror. i. ſorba. Nicolaus florentinus in libro quarto.
capitulo de ſquinantia dicit. ꝙ zarur eſt meſpilla.

Sirupus de fructibus alius ſm eundem. ſed nõ eſt
in vſu. ſed quia ibi ingrediuntur quedam
ſimplicia que non ingrediuntur in alia deſcriptiōe. ego ſo
lum illa declarabo.

¶ Alnabach. i. nabach ſm eundem in ſecundo cañ. eſt fru
ctus arboris dicte ſadar. ⁊ hec eſt quam Diaſ. agrifolium
vocat. cuius ſemen eſt ſimile piperi dulcis ſaporis. idem
aliud capitulum facit de lotheos. ⁊ dicit ꝙ caligarij roſuꝫ
vocant. Ioã. concoregius in cap. de capillis dealbādis ⁊
denigrādis inquit. Recipe folioꝝ roci de quo preparan-
tur coria. hec non ſunt agrifoliū nec lothos. vt quidā vo
lunt. Serap̄. de nabach ſpeciale capitulum facit ⁊ inquit.
nabach eſt cortex ſimilis cortici mori. ⁊ odoris boni. hoc
non eſt capi. de vero nabach. ſed eſt capitulum de naſcati-
mon. ſicut patet ſi legis illud capitulum de nabach apud
eundem cum cap. de naſcatimon apud Diaſcoridem vide
bis quod idem ſunt. ſed textus Serapio. ibi eſt falſus. naꝫ
ipſe Serap. in capitulo de ſadar inquit. Sadar eſt arbor ⁊
fructus eius eſt nabach. ergo eſt agrifolium. ⁊ non eſt cor-
tex. ⁊ hec arbor naſcitur in partib⁹ Ianuenſibus: ſemē eſt
rubicundum maius pipere comeſtibile. ⁊ vocāt ipſuꝫ her-
batici laurum ſilueſtrem.

¶ Amiberberis ſcd̃m eundem in ſcd̃o cañ. eſt azataraſch.
⁊ eſt ex eo rotundum. rubeum. campeſtre. ⁊ nigrum. lungū
arenoſum aut montanum. ⁊ eſt forte hec arbor eſt quam
Diaſ. oxiachantos vocat. ⁊ eſt arbor dicta apud herbati-
cos criſpinus ſiue berberi. ⁊ ſatis ſunt noti.

Sirupus ſancti Ambroſij ſcd̃m magiſtrum An-
tonium guainerium. in capi. primo de
febre tertiana pura interpolata ⁊ eius cura. ℞. parum mi-
lij a cortice ſuperiori depillati. qđ piſtum appellatur. ⁊ de
coqui facies in aqua donec crepetur. quia cito decoqui-
tur deinde de tali bulliente brodio accipiantur. verbi gra-
tia. ℥. iiij ⁊ imponantur. ℥. ij. vini. ⁊ ita calidum bibatur. ⁊
mirabiliter ſudorem prouocat. ⁊ ſedat ſitim.

¶ Iſte ſirupus ſm intentionem domini magiſtri Antonij
mediolanenſes tempore magni eſtus vtuntur eo. ⁊ cōiter
appellant ipſum piſtum vini. ⁊ ſic adhuc generaliter vtun-
tur ipſo. ſicut eſt notum apud ipſos.

Milium. i. milium quo vtimur generaliter. Serap̄. cap.
de milio inquit ex auctoritate Dia ꝙ ſunt due ſpecies vna
earum eſt aſperum habens granuꝫ ⁊ eſt illud quod poteſt
teri ⁊ a quo aufertur cortex. ſicut ſit a rizi. ⁊ alia ſpecies eſt
fortiſſimi ⁊ aſperrimi grani. ⁊ non poteſt ab eo auferri cor
tex. Gal. in. vij. ſimpliciū inquit. dogni. i. miliū. hoc granū
eſt de ſpēbus granoꝝ. ⁊ eſt ſimile panico. quod notum eſt.

Sirupus de pimpinella ſecundum Ioannem an
glicum que alio nomine roſa anglica
nominatur in capitulo de cura ptiſis. ℞. pimpinelle. con-
ſolide maioris conſolide minoris conſolide medie. yſopi
recentis. politrici ceterac. adiātos ſcariole radicis vngule
caballine aquatice. i. farfar. añ. m. i. capillorum veneris. m.
iij. violarum. ʒ. ij. foliorum nenufaris quatuor ſeminum
frigidorum mundatorum liquiritie munde. ana. ʒ. j. candi
ideſt zuccari candi. penidiorū medulle ſeminis bombacis.
ſeminis citoniorum. boli ar. ſeminis lactuce portulace pa
pauer is albi mirtillorum ſuci liquiritie. ana. ℥. ſ. dragagan
ti. gummi ara. amidi foliorum roſarum rubearum ſpodij.
ſanguinis draconis. añ. ʒ. iij. ſeminis altee. ſeminis malue.
vue paſſe mundate ab arillis. ideſt a granis. pinearum. cari
carum. i. ficuum. ana. ʒ. ij. ordei mundi lib. j. zuccari lib. iij.
fiat ſirupus cum aqua pluuiali. ⁊ bene clarificetur ⁊ detur
mane ⁊ ſero.

Iſte ſirupus non eſt in vſu. Pimpinella eſt herba: cuius
folia ſunt ſimilia ſaxifragie. ſed minora hanc generaliter
lombardi in hortis habent. Matheus ſiluaticus inqt pim
pinella eſt herba multum ſimilis ſaxifragie. vnde verſus
pimpinella pilos ſaxifragia non habet illos.

Conſolida maior eſt herba que a vulgo ancalcho diciſ
Diaſ. de ipſa cap. facit ſub nomine ſimphitum: ⁊ ibi deſcri
bit duas ſpēs. quarum prima naſcitur iuxta riuos. cuius
flos eſt albus radicem hꝫ ſubnigrū. ⁊ eſt illa que iuuamen
tum habet in medicina. Auic. in ſcd̃o cañ. de ipſa capitulū
facit ſub nomine ſucutum ſed in arabico eſt ſimphitum. ⁊
ſic apparet manifeſte ꝙ illud cap. de ſucutum apud Auic.
cum cap. de ſimphito apud Diaſ. ſunt idem: ſed ipſe Auic.
non habuit perfectam notitiam quid eſſet. qꝛ dicit eſt ſem
peruiua. ⁊ dicitur quod eſt ſpecies ſeminis mandragore. ⁊
dicitur aliud. nec Gulielmus placentinus agnouit eam ſi
cut patet in capi. de anagalo. ⁊ in capitu. de ſucuto. hanc
quidam anagalium conſolidam vocant.

¶ Conſolida minor eſt herba habēs folia ſimilia artetice.
ſed non ſunt ita nigra ſicut artetice. ſed flos ipſius eſt pur
pureus factus in modum floris ſticados. hec herba in pra
tis ac vijs naſciſ. hāc ruſtici papien. ſoda vulgariter vocāt

¶ Conſolida media de iſta pauci auctores ſermonem fa-
ciunt: ſed vide de forma ipſius apud manfredum de mōte
imperiali. ſi vero non poteris habere ponatur loco eius ra
dix conſolide maioris in pondere.

¶ Politricum vel politricon grece dictū multaꝝ coma-
rum. nam greci thrix comam ſeu capillum vocant. Pli. po
litrica diſtant a gallitricis. ꝙ iuncos habeant alboe. ⁊ fo-
lia plura maiora que fructice quoqꝫ maiora ſunt. Dia. in-
quit. adianton ſiue galitricon. vel politricon. ſed aliud eſt
⁊ ſic ex iſto ſirupo poſſumus certificari ꝙ adianton nõ eſt
capillus veneris. nec politricon. vt quidam volunt.

¶ Ceterach ſm modernorum ſententiaꝫ eſt herba que in
muris humidis ⁊ in lapidibus naſcitur. ⁊ ſecunduꝫ inten
tionem meam eſt ſpecies ſcolopendrie. verum moderni di
ſtinguunt aliter. videlicet ꝙ ceterac eſt herba dicta apud
herbaticos adorata ⁊ ſcolopendria lingua ceruina. infra
apparebit deſcriptio ſirupi de ſcolopendria. ⁊ ibi melius
oſtendam ſi deus voluerit.

¶ Adiantum. Dia. inquit. adiantū ſiue galitricon vel po
litricon folia hꝫ coriando ſimilia ſciſſa in ſummitate habet
ramos ſubtiles duos longitudine vnius palmi nigros. ⁊
non habet ſtipitē nec florē nec ſemen. hoc eſt cap̄. de capil-
lo veneris ſicut patet ſi legis capl̄ꝫ de capillo veneris apđ
Auic. ⁊ Serap̄. videbis ꝙ idē ſunt. ſed moderni diſtingu-
unt per diuerſas herbas. vꝫ ꝙ aliud eſt adianton. aliud eſt
capillus vene. aliud eſt politricon. aliud ē galitricon. licet
tres prime ſpecies habeant quaſi eandem virtutem.

¶ Bombax vel bombix ſm quoſdam eſt vermis qui fa
cit ſericum Papias inquit. bombix grece vermis eſt. pe-
nultima producitur Serap. inquit. coton. i. bombax. Aui.
in ſecundo canonis vocat ipſam kotum ⁊ ait. ꝙ eius ſe-
men eſt calefactiuum lenitiuum. hoc eſt notum.

¶ Altea ſm Gal. in. vij. eſt malua ſilueſtris. Macer inqt.
Alteam malue ſpēm nullus negat eſſe Alteramqꝫ vocant
illam ꝙ creſcat in altum. Hanc ipſam dicunt euiſcum ꝙ
quaſi viſco illius radix contrita madere videtur. A mul
tiſqꝫ ſolet agreſtis malua vocari.

Sirupus de lilio ſecundum eundem in eodē ca.
hoc eſt in cap. de cura ptiſis. ℞. radicū
enule campane. ireos añ. ℥. j. yſopi calamēti. adiantos añ.
m. i. ſucorum caulium. galitrici ana. ʒ. ij. carnium dacti
lorum. ſuci liquiritie añ. ℥. j. mucilaginis. ſeis lini. ⁊ fenu
greci añ. ℥. ſ. mell. diſpūati li. i. ⁊ ſi nõ abhorreat amara tūc
addaſ de praſſio. i. marubio ⁊ gramine añ. ʒ. iij. ⁊ fiat.

Iſte ſirupus apud nos nõ eſt in vſu. ſꝫ intentionē Ioã.
anglici ſiue cōpoſitoris eſt ſirupus de lilio qui florem pur
pureum gerit. ſed generaliter habetur opinio ꝙ quādo re-
peritur ſirupus de lilio ſimpliciter đ lilio albo intelligi de
beat. tamen ħ Ioannes habet ſirupum de lilio. ⁊ ibi non
habet niſi ireos quod eſt radix lilij celeſtis. ⁊ propter hoc
dico ꝙ iſte eſt ſirupus lilij purpurei. ſi aliquis voluerit fa-
cere ſirupum de lilio albo infra apparebit eius deſcriptio.

Enule campane nõ aūt eſt enula que elenū diciſ. ſꝫ po
tius eſt quedam ſpecies panacis de qua Dia. ca. facit ſub
nomine panax chironia dicitur quia naſcitur in mōte pe-
lion. folia habet amaraco ſimilia. ⁊ florem auroſum ⁊ radi
cem tenue. hec apud nos non eſt cognita.

Ireos apud Auicen. in ſecundo canoñ. eſt radix lilij cele

ſtis. vide ergo ꝙ iſte ſirupus eſt verus ſirupus de lilio cele-
ſti ſeu purpureo. generaliter moderni admirantur quod
Meſue in capitulo de ireos dixerit ireos due ſunt ſpeci
es. Vna que florem habet purpureum. ⁊ alia que habet al
bum. Electio. habens florem albuꝫ melior eſt in omni re.
hoc eſt ireos qui florem gerit albuꝫ eſt melior q̃ꝫ qui gerit
purpureum. quod non reperitur eſſe verum. circa inſtans
inquit. lilium eſt domeſticum ⁊ ſilueſtre. ſed ſilueſtre albū
gerit florem purpureum efficacius eſt. ⁊ ſic hodie pro lilio
celeſti ſiue ireos accipitur radix lilij quod florem purpure
um facit ⁊ non album. vt dicit Meſue.

Galitricon ſiue centrum galli. eſt plāta quaꝫ multi mo-
derni vulgari nomine boromo vocant. eius ſpecies ſunt
due. vna que in hortis naſcitur que comediſ ſicut alie ole
ra. alia naſcitur in pratis. ⁊ hec eſt ſilueſtris. ⁊ eſt illa quaꝫ
ruſtici noſtri vulgariter ſcarlezam dicunt. ⁊ iſta ſecundum
plures eſt nobilior in medicina q̃ꝫ hortulana. circa inſtās
dicit galitricum. i. centrum galli.

Sirupus digeſtiuus ſm eundem in capitulo de
cura paraleſis. ℞. ſeminis feniculi pe-
troſilij. dauci. i. ſeminis paſtinace ſilueſtris. aniſi. ſaluie. ori
gani lauendule. primule veris. betonice. ſilueſtris monta-
ni. ſticados. ſanamunde. abrotani. iuniperi añ. m. j. zinzi-
beris piretri coſti. nigelle. piperis nigri ⁊ longi. ozimi. ru-
the ſicce. baſiliconis. maiorane. ariſtologie rotunde. baca-
rum lauri. ſinapis. gentiane ana. ʒ. ij. piſtētur ⁊ coquantur
⁊ colentur. ⁊ fiat ſirupus cum melle quantum ſufficit vel
cum lib. ij. mellis ſi vis vel cuꝫ lib. i. ſi patiens ſit robuſtus
⁊ rudis. tamen ſi patiētis ſit delicatus ponatur minus de
abrotano. Et ſi vis adde acetū ſquilliticum. Et voco iſtū
ſirupum de ſanamunda.

Iſte ſirupus non eſt in vſu. ſm intentionem compoſito
ris eſt ſirupus digeſtiuus. Ideꝫ inferius in ipſa deſcriptio
ne ait. voco iſtum ſirupum de ſanamunda ideſt gariofila-
ta de quo infra.

Lauendula ſm Math. ſilua. eſt primula veris. ſed non
credo. qꝛ in ħ poſſumus certificari ꝙ lauendula nõ ſit pri-
mula veris. quia in iſto ſirupo habet lauendulam ⁊ primu
lam veris. ꝙ ſi eſſent idem non reputarentur.

Primula veris. ſm Nicolaum eſt herba ſancti Petri.
ſiue herba paraleſis quod idē eſt. Moderni vero ponunt
quod de hac reperiuntur maior ⁊ minor. ⁊ maior ſm veri
tatem eſt herba ſancti Petri que omnibus eſt nota. mi-
nor vero eſt illa que in pratis ac vijs reperitur. cuius folia
comeduntur ſicut aliorum oleruꝫ. Et iſta a vulgo dicitur
herba margarita. ab alijs el primo fiore.

Sanamunda. i. gariofi. non eſt pes leporinus. vt quidā
ignorantes herbatici volunt. ſed gariofilata ſiue ſanamun
da ſiue auātia eſt herba ſimilis agrimonie. cui⁹ radix odo-
rem habet gariofili. hec apud nos naſcitur iuxta hortos
⁊ in campis. hanc adoleſcentes ſuo tempore euellũt ⁊ por
tant ipſam in manibus propter odorem. folia ipſius ſunt
illa que habent efficaciam in medicina. de qua ait circa in
ſtans. gariofilata vel gariofilatum dicitur proprie quedaꝫ
confectio ex gariofilis confecta. vnde folia ⁊ ſi radices in
medicinis ponuntur. ⁊ quanto eſt recens tanto melior eſt.
Pli. aūt vocat ipſam gethim hic ſirupus ſm intentioneꝫ
cōpoſitoris eſt ſirupus de ſanamunda. i. gariofilata.

Ozimū. i. ozimū gariofilatū. qđ alio nomine alſelenge
miſch vocatur. hic Ioan. anglicus in iſto ſirupo hꝫ ozimū
⁊ inferius hꝫ baſiliconē qđ idē eſt. tñ ſpēs ozimi ſunt pleꝫ
⁊ ſic hic pro ozimo poſſumus intelligere ſemen ozimi ga-
riofilati. ⁊ pro baſilicone poſſum⁹ intelligere herbā ipſam
ozimi vel quādā ſpēꝫ ozimi vt ē ozimū citratū. i. melliſſa.

Sirupus de raffano ſm eundē in ca. de cura pa-
raleſis. ℞. radicū raffani. lapacij acuti.
lilij. peonie. añ. partē j. temperenſ cū vino ⁊ aceto per diē
⁊ noctē. tunc recipe ſaluie eupatorij camedreos. cāepithe-
os calamēti. pētaphilōi. yſopi. añ. m. j. aniſi. maratri. i. fe-
niculi carui peonie. añ. ʒ. j. acori: ſqnāti. añ. ʒ. ij. nucis mu-
ſcate. cinamomi. añ. ℥. ſ. foliorum boraginis. ℥. j. corticis
fraxini. ⁊ arboris tremule. añ. ℥. ſ. mellis lib. j. decoquanſ
iſta in aq̃ extinctiōis ferri. ⁊ in tp̄e calido ⁊ in eſtate iuuen

tutis poſſet addi ſcolopendria cum herbis predictis:

¶ Iſte ſirupus non eſt in vſu. Diaſ. in capitulo de raffano inquit. raffanum greci. nos vero radicem vocamus. eo q̄ tota deorſum mittitur cum reliqua olera magis ſurſuʒ proſiliant ⁊c̄. infra ponit q̄ eſt aliud genus raffani quod multi aromarachion dicunt ⁊ ſic inuenitur apud Serap̄. in cap. de ſemine raffani vbi ſic ait. ſed raffanus agreſtis quem romani vocent aromorachion. Gali. in octauo inquit. raffanus. i. raffanida. Iſido. ait. raffanum greci. nos radicem vocamus. eo q̄ totus deorſum mittitur.

¶ Fraxinus eſt arbor ſatis nota. Pet. de creſcentijs inqt. fraxinus eſt arbor ſatis magna que in pinguibus ⁊ humidis nemoribus delectaꝛ. eius lignū ſatis igni ꝯpetit ⁊ eſt optimū pro circulis vegetū ⁊ tinaꝝ. eiꝰ ſemen ē factuʒ ad modū lingue paſſeꝝ. ⁊ pp id apȯ nos vocaꝛ lingua auis

¶ Arbor tremula ſm opinionem plurium modernorum eſt arbor granati ſilueſtris. ſed ſm opinionem Bartholomei montagnana aliud eſt. nam ipſe Bartholomeus in ſuis conſilijs in conſilio de regimine ardoris vrine per medicinalia inquit. ibi adminiſtratio eſt trociſcorum de charabe ⁊ proprie qui ſcribuntur nono Almanſoris alleg. cap. quorum deſcriptio hec eſt. ℞. charabe. gummi arboris tremule. ⁊ eſt populus. ſed in veritate iſte textus eſt falſus. nā Matheus ſil. in littera inquit. arbor tremula. i. arbor granati ſilueſtris. Ioan. arculanus in capi. de mictu ſanguinis ⁊ ſaniei ait. gūmi tremule arboris. i. granati ſilueſtris Raſis in ſuis ſinonimis in fine ſimiliter ait.

Sirupus de mezereon ſm eundem in cap. de fluxu ventris. ℞. radicum feniculi. petroſelini. bruſci. radicum peonie. lapacij acuti. ariſtologie rotunde añ. ʒ. j. yſopi. pulegij montani. penthafilonis camedreos. camepitheos. thimi. roſarum añ. m. j. mente modicum ſucorum boraginis. ſcabioſe. fumiterre ana. ʒ. ij. ſeminis peonie. aniſi. maratri. carui. añ. ℥. j. ameos. ʒ. ſ. cuſcute. ʒ. vj. viſci. quercini. epithimi. ſene. foliorū ſticados. arabici añ. ℥. j. polipodij. ʒ. j. ⁊ ſi ſit in eſtate ponatur iter herbas ſcolopendrie. corticum geneſtre. fraxini ana. ℥. j. mezereon boni. ℥. j. mellis roſ. libram vnam. ſ. fiat digeſtiuum quod vocetur ſirupus mezerinus.

¶ Iſte ſirupus apud nos non eſt in vſu. Mezereon auteʒ herba eſt que apud Diaſ. vocaꝛ camelea. ⁊ eius ſemen eſt cocognidiū. Uide ſupra de ipſo in electuario de mezereō.

Sirupus de rubea tinctoꝝ ſʒ eundē in capitulo de ſterilitate. ℞. arthemiſie rubee maioris ſauine ana. lib. ſ. tamen ſauina amara eſt iō pōt poni in minori quantitate. foliorum mente. foliorū abſinthij. ſummitatum origani. ⁊ calamenti añ. ʒ. ij. ſpice nardi. ʒ. j. ſquinanti. ʒ. ij. calami aromatici. ʒ. iij. aniſi. maratri. carui añ. ʒ. . i. ſileris montani. ameos ana. ʒ. ij. peonie. ʒ. ſ. mellis ro. li. ij. fiat ſirupus quo vtatur mane ⁊ ſero.

¶ Iſte ſirupus non eſt in vſu. Rubea autem maxime tinctorum eſt herba cuius radix vſui medicine cōpetit. Diaſ. autem de ipſa duo capitula facit. vnum ſub nomine eriſtrodanum. aliud ſub nomine rubea. ⁊ hec herba apȯ ruſticos dicitur roſa. ⁊ ab aliquibus dicitur vena tinctorum. ſʒ vena citrina aliud eſt.

Sirupus macedonicus ſm eundem ⁊ ibidē. ℞. radicum petroſelini domeſtici. ⁊ macedonici. apij. feniculi. ariſtologie lōge. ireos. lilij. enule campane rubee maioris. añ. m. ſ. arthemiſie. pulegij. calamenti yſopi. epatice. origani. diptami. ſolſequij. ana. m. j. cinamomi. aniſi. carui. peonie. dauci. maratri. ſ. ſemis ameos. ana ʒ. j. ſpice celti. ʒ. ij. ſpice nardi. ʒ. j. caſſie lignee. coſti. ana. ʒ. ſ. liquiritie. ʒ. ij. mellis quod ſufficit ⁊ fiat.

¶ Iſte ſirupus apud nos non eſt in vſu. macedonicum autem eſt olixatrū. ⁊ eſt ex ſpēbus apij. ⁊ eſt quā Dia. hipoſelinū vocat. alij apiū agreſte vocant. ſiue vt latini obſaſtrū melius eſt hortino. ⁊ albidius. radix eſt illi groſſa ⁊ alba ⁊ mollis. folia habēs obrotunda ⁊ viridia. in capite plenum eſt flore. in quo ſemen eſt viride ⁊ oblongū ⁊ viſcidū aromaticū habēs odorē. radix eius odorata ⁊ alba ⁊ euſtomacaꝛ naſciꝛ in locis vmbroſis humidis ⁊ in hortis. herba hec cibis apta eſt cruda ⁊ cocta comeditur ſicut apium. Hec apud modernos alexandrum vocatur. Nicola. etiā dicit alexandrum vel olixatrum eſt macedonicū ſeu petroſelinum macedonicum quod idem eſt. Matheus ſiluaticus de ipſo loquitur in capitulo de apio.

¶ Solſequium ſcd̄m Simonem Ianuenſem a multis vocatur intuba. ergo eſt endiuia. nam incuba eſt nomen grecum. ſed a latinis endiuia nūcupatur. circa inſtās in capitulo de ſponſa ſolis ait. ſponſa ſolis eliotropia intuba cicorea dioniſia ſolſequium idem ſunt. Mat. ſil. in ca. de cicorea dic̄ cicorea latine vel ſponſa ſolis vel ſolſequia. ſm Nicolaum ſolſequiū eſt miraſol. i. ſpōſa ſolis ſiue cicorea. hic textus Nicolai nō videtur ſonare bene. quia miraſol non eſt cicorea. immo eſt pentadactilus. hic vero plāta ab aliquibus pentadactilis vocatur ⁊ ab alijs eliotropia. Ioan. vero anglicus ſeu compoſitor in cap. de paraleſi ait kalendula. i. ſolſequium vel primula veris. ergo eſt herba dicta a vulgo herba blanca. ⁊ hec videtur habere plura nomina. nam cicorea poteſt dici ſolſequium elitropia idem. kalendula idem. ſed quia intentio compoſitoris eſt q̄ ſolſequium ſit kalendula ergo debemus eam ponere.

Sirupus de pulegio ſm eundē ibidē. ℞. arthemiſie. i. altilie. m. iij. ſanamunde calamenti. caprifolij. origāi. pulegij. camomille. meliſſe. coſti. balauſtiarum. ſinſibri. i. mente aquatice: radicum feniculi petroſelini leuiſtici. i. cordumeni lapacij. radi. lilij. capillorum veneris recentis adianthos. enule campane añ. m. . j. maratri. ſeminis petroſelini. calāi. aromatici. vtriuſq̄ ſticados anthos thimi. epithimi. nuciſmuſcate. macis ſeminis baſiliconis. camedreos. endiuie. paſtinace ana. ʒ. ij. mellis lib. ij. zuccari lib. ij. vini albi quar. i. ſ. fiat ſirupus ſecundum artem.

Iſte ſirupus non eſt in vſu. ſecundum vero intentioneʒ compoſitoris iſte ſirupus eſt de mente albuchaſim qui ipſum deſcribit in ſua practica.

Pulegium aūt herba eſt ſatis nota. circa inſtans in ca. de pulegio ait: pulegium in tempore florum colligitur. per annum ſeruatur. Diaſ. in capitulo de diptamo dicit. diptamum multi dicunt pulegium agreſte eſſe. ſine dubio pulegium eſt ſpecies diptami ſicut apparet apud Serapio. in capitulo de origano. Idem in capi. de calamento de pulegijo loquitur. Plinius iquit. pulegium femina efficacior eſt autē flore purpureo. mas candidum habet ⁊c̄. ſilueſtri ea que de domeſtico dicta eſt efficacior vis eſt q̄ ſi mille eſt origano minoribus folijs q̄ʒ ſatiuū ⁊ a quibuſdam diptamos vocatur. guſtatum a pecore capriſq̄ʒ balatum cōcitat. vnde quidā greci litteras mutantes ibeconon vel bliconō vocauerunt. ſm autem modernos pulegiū regale eſt vſuale. ſed pulegium indum ſeu ceruinum eſt diptamum.

Sanamunda. i. gariofilata ſeu aſſara bacara agreſtis ſiue auātia. vt inquit compoſitor in cap̄. de vulneribus recentibus in carne ⁊ neruis. ⁊ hec apud herbaticos dicitur pes leporinus. ſed non recte. vide in ſirupo de ſanamunda quod de ipſa aliquid oſtendam.

Caprifolium ſm Nicolaum eſt matriſſilua. matriſſilua auteʒ apud Dia. periclemenon vocaꝛ. ⁊ ex folijs ipſius apud quoſdam ſit licium: ⁊ eſt herba que iuxta hortos inueniꝛ ⁊ eſt illa quā ruſtici vocant cezolo infra in vnguento de matriſſilua melius oſtendam ſi deus voluerit.

Adianthos ſeu adianthos ſm Dia. adiāthum ſiue galitricon ſiue politricon eſt herba que habet folia ſimilia coriandro ſciſſa in ſummitate habet ramos ſubtiles duos in longitudine vnius palmi nigros ⁊ non habet ſtipitē. neq̄ʒ floreʒ neq̄ʒ ſemen hoc vı̄ eſſe capi. de capillo veneris: nam adiāthos ſeu politricō. ſpecies ſunt capilli veneris. ⁊ ſunt ex hominibus qui ponunt vnum pro alio. Hic compoſitor in iſto ſirupo habet adiāthos quod poteſt dici eſſe florem roriſmarini. vel poteſt dici adianthos confectio de floribus roris marini. ſed quia compoſitor in iſto ſirupo iterum inferius habet anthos. ideo idem non ſunt.

Anthos vero apȯ grecos ē flos. vñ anthos. i. flos roriſmarini ⁊ adianthos: eſt ſpēs capilli veneris. de qua vide circa inſtās in cap. de roremarino q ſic ait. cū aūt reperiꝛ. recipe anthos vel roriſma. debēt poni flores. ⁊ ſic eſt.

Sirupus columbinus ſecundum eundem in capitulo de ſterilitate. ℞. radicum feniculi petroſilij. yſopij recentis radicum lilij. radicum apij. capillorum veneris recentium ceterach. i. aſplenon. politici adianthos. radicum ſcabioſe bugloſe. ana. m. j. herbe ſancti chriſtofori. amaruſce. pedis columbini. pimpinelle. conſolide minoris. vtriuſq̄ʒ lactis corticum mori celſi fumiterre ipericon. ideſt herba ſancti Ioannis ana. m. ſ. liquiritie munde. ʒ. j. maratri ideſt feniculi florum boraginis florum camomille. ſeminis bruſci. ſeminis. ſparagi. florum violarum. ana. ʒ. j. zuccari libra. ij. fiat ſirupus quo vtatur mane ⁊ ſero.

¶ Iſte ſirupus non eſt in vſu. ſm aūt intentionem cōpoſitoris curat omne apoſtema. ⁊ omnem inflationem tempore frigido. ⁊ a veneno liberat. dicitur auteʒ ſirupus columbinus a pede columbino qui ingreditur.

¶ Pes aūt columbinus ſm Serap̄. eſt amomū. ſed hic alius intelligitur. apud modernos pes columbinus eſt herba de quo infra in troc. diacoralli de forma ipſius apparebit

¶ Herba ſancti Chriſtofori. ſm Nicolaum eſt filius ante patrem vel oculus conſulis. ſecundum vero Matheuʒ ſilnaticū filius ante patrē eſt herba que ex auctoritatē Pli. dicitur gariofilon. ⁊ eſt herba faciens florem ſicut butalmos cuius ſtipites faciunt ramulos plurimos. ſed ramus poſt natus excedit longitudine ante natuʒ. ⁊ ob hoc filius ante patrem vocatur. Similiter oculus chriſti. hec herba apud nos in pratis inuenitur. ſed flos eius non eſt ita. vt inquit Matheus ſiluaticus. quia eius flos nō eſt ſicut butalmos. nam butalmos habet florem citrinum ſimile flori camomille ⁊ oculus conſulus habet florem nigrum. ergo nō ꝯueniunt. ſed error eſt hic. nam butalmos ſecundum antiquam tranſlationem habebat flores nigros. ſicut habet oculus chriſti. ſed ſecundum tranſlationem noſtram butalmos ſiue oculus bouis hʒ flores citrinos. ⁊ oculus chriſti ſeu herba ſancti Chriſtofori hʒ flores nigros vt ē notū.

¶ Amaruſcus ſeu amaracus ſm Diaſ. ⁊ Pli. ⁊ Iſido. eſt ſanſucus que alio nomine maiorana vocatur. ſm aūt modernorum opinionem amaracus eſt alachoen ſeu vchuen vt apud Auicen. in ſecundo canonis. ⁊ eſt illa que a Diaſ. parthemon dicitur. ⁊ apud Serap. matricaria. ⁊ ſic credo quod intentio compoſitoris ſit q̄ amaruſcus ſit matricaria. quia in illa materia multum valet.

Sirupus de ſcolopendria ſecundum magiſtrum Petrū de tuſſignana in capitulo yctericia. ℞. ſcolopendrie. lingue ceruine. endiuie. epatice. abſinthij. cicoree ana. m. ſ. cuſcute. ʒ. j. ſeminum cōmunium . ſ. maiorum. florum boraginis. bugloſe ana. m. j. capillorum veneris. radicum feniculi. petroſilij. bruſci. ana. m. ſ. ⁊ cum zuccaro fiat ſirupus ſecundum artem qui aromatizetur cum iſto puluere. ℞. folij loco eius ponitur macis. ſpice. ſ. nardi. lacce. caſſie lignee ana. ʒ. ij. ligentur in panno lineo ⁊ bullant in ſirupo ⁊ vſui reſerua.

¶ Scolopendria ſm Sera. auctoritate Diaſco. nominatur hoc nomine propter ſimilitudinem cuiuſdam vermis dicti ſcolopendria. ⁊ eius expoſitio eſt quatuordecim pedum habet folia multa egredientia ex vna radice ⁊ naſcitur in petris in muris edificiorum. ⁊ non habet ſtipitem nec florem. nec ſemen. ⁊ folia eius ſunt ſicut folia polipodij ⁊ pars eius inferior eſt quaſi rubea. ⁊ pars ſuperior viridis ⁊c̄. hec eſt quā Diaſ. aſplenon vocat ⁊ ſic ſi legis bene illud capitulum de aſplenon apud Diaſcori. cum capitulo de ſcolopendria apud Serapioneʒ videbis quod idē ſunt. ſed moderni pro aſplenon intelligunt ceterach. ſed ego credo q̄ in tempore antiquo vera ſcolopendria erat ceterach que a modernis herba dorata vulgariter vocaꝛ. ⁊ ſic in iſto ſirupo pro ſcolopendria intelligitur ceterach ſiue herba dorata. alia vero ſcolopendria que inuenta fuit a modernis vocatur lingua ceruina ⁊ ambe in iſto ſirupo ingrediuntur.

¶ Lingua ceruina. ſm modernorum opinionam eſt vera ſcolopendria que folia magna longa ⁊ lata habet ab vno latere rugoſa. ⁊ hec ſecūdum herbaticos eſt vera ſcolopendria alie vero ſpecies non habent cognitionem per ſcolopendriam. ſed ſi tu vocas ceterach ſcolopendriam negant. ⁊ falſa eſt opinio vt oſtenſum fuit.

Sirupus de ſebeſten ſecundum Bartholomeum montagnanam in ſuo antidotario Recipe ſebeſten. ℥. ij. rubee tinctorum. ℥. ſ. aniſi. cimini. liquiritie. ſeminis lactuce. melonis. cucumeris. maluarum ana. ℥. ij. alchechingi. fenugreci. ſticados. praſſij ana. ʒ. iij. ſeminis apij. ameos. ſeminis petroſellini. radicum tribali marini. dauci. feniculi. meu. ʒ. ij. ſanguinis ericij. preparati ſcordeon ana. ʒ. v. lapis ſpongie. iudaici. corticum auellanarum ana. ʒ. vj. coquantur in libr. ij. aque vſq̄ʒ ad conſumptionem medietatis. deinde coletur ⁊ colature addatur aceti ſquilliticí. ℥. ij. ſ. zuccari ſecunde decoctionis lib. ij ſ. coquatur lento igne. ⁊ fiat ſirupus.

Iſte ſirupus apud nos in vſu non eſt. Sebeſten ſicut dictum fuit in electuario de ſebeſten quidam fructus ſicut granum oliue. hic fructus colligitur ⁊ exſiccatur donec fiat paſſus. ⁊ ſic vtimur.

Tribuli ſecundum Diaſ. genera ſunt duo ſiccus ⁊ humidus. ſed humidus eſt ille quo nos vtimur. ⁊ gerit ſemen ad modum caſtanee. ⁊ propter id a multis caſtaneolus dicitur. ⁊ dum ſunt recentes comeduntur. ⁊ dixit Matheus ſiluaticus q̄ ex ſemine eius ſit panis. nam ipſe eſt dulcis ⁊ nutrit ⁊ ſic vtimur loco panis tritici. ⁊ apud Auicennam in ſecundo canonis vocatur haſck.

Ericius alius eſt marinus alius eſt terrenus. Iſido. ait. eritius animal ſpinis coopertum qȯ exinde dı̄ nominatū: eo q̄ ſubrigit ſe qñ ſpinis ſuis claudiꝛ quibus vndiq̄ʒ protectum eſt cōtra inſidias ⁊c̄. Aui. in ſcd̄o cañ. dicit eritius ſilueſtris eſt notus ⁊ mōtanus eſt alduldul habens ſpinas ſagittales propinquus nature ſilueſtris vel terreni. ille vȯ qui eſt marinus eſt ſpecies habentium oſtraca. Guliel. placenti. dicit eritius eſt trium ſpecieruʒ. vnus qui eſt notus alius qui habet ſpinas ſagittales. ⁊ appellatur porcus ſpinoſus. ⁊ alius eſt marinus. ⁊ eſt ſpēs piſcium habentium oſtracum. ille qui eſt notus eſt ille quem intelligere debemus. ⁊ de modo preparandi dicunt quidam ſapientes q̄ modus preparandi eſt ſicut modus ſanguinis hirci.

Iudaicus. ſ. lapis qui dı̄ iudaicus cuius figura eſt ſimilis glādi albus bone figure multum habens lineas angulatas in longitudine protendentes ⁊ nominatur ſummitates lacerate ⁊ eſt lapis qui diſſoluiꝛ in aqua. ⁊ nō habet ſaporem. ⁊ diciꝛ iudaicus. q2 in partibus iudeorū reperiꝛ.

Sirupus de cicorea ſm Gulielmum placentinū in ſuo antidotario. ℞. foliorum cicoree. m. i. foliorum boraginis. lactucarum. violarum. ſcariole. lingue bouine. i. bugloſe acetoſe bactiſoſere. ⁊ eſt herba cuius flos eſt celeſtis ⁊ eius ſemen eſt vt ſemen ſcariole. ⁊ agreſtis. ſed non eſt album neque nigrum. ⁊ naſcitur in bladis vt plurimū. credo q̄ ſit ſcariola agreſtis. añ. m. ſ. reubarbari. ʒ. ij. piſtentur herbe ⁊ coquatur in lib. ij. aque donec tertia pars cōſumpta fuerit ⁊ coleꝛ. ⁊ addanꝛ in illa aqua lib. ij. zuccari. ⁊ cuʒ diſſolutū fuerit zuccarū ad ignē cum aqua iterū coleꝛ ⁊ ponaꝛ ad ignē cū reubarbaro pulnerizato ⁊ ligato in vna pecia. ⁊ ſepe exprimaꝛ cuʒ manu pecia reubarbari. tandiu permittatur decoqui q̄ bene ſirupizatum fuerit totum. ⁊ tunc ab igne deponaꝛ ⁊ reſeruꝛ.

Iſte ſirupus eſt ille quo vtimur ⁊ maxime ſm iſtam deſcriptionem. ⁊ ſic adhuc in mediolano vtuntur ipſo. ⁊ ſic faciunt in alijs ciuitatibus. ſed colegium noſtrorū doctorum papienſium magis laudat vnam deſcriptionem quaʒ deſcribit Nicolaus florentinus. ⁊ dicunt q̄ illa Nicolai eſt nobilior iſta Gulielmi. ⁊ hoc eſt q2 ipſe Nicolus habet plura ſimplicia in ſua deſcriptione q̄ʒ Gulielmus. ⁊ ſic de reubarbaro maiorem quantitatem habet Nicolus q̄ʒ Gulielmus. Si autem facere volueris ſirupum de cicorea ſm Nicolaum infra apparebit eius deſcriptio.

Cicorea ſm quoſdaʒ eſt intuba. alij ſolſequiū. alij. ſponſam ſolis vocant. Columella in libro de cultu hortorū ait. Cicorea iā teneris frōdens lacticula fibris. Pli. ait. Intubum erraticum apud nos quidā ambulant. In egypto cicorium vocant ⁊c̄. Cicorea vȯ ſʒ ꝯpoſitorē eſt roſtrū porcinum. ⁊ eſt herbā. cuius flos eſt celeſtis. ⁊ ſic eſt ſʒ verita-

tem ꝙ vera cicorea ſm ſententiam modernoꝝ habet flo-
res azurinos. ⁊ eſt ſpẽs endiuie. de qͥbus Guliel. in iſto ſi
rupo nõ hꝫ niſi tres ſpẽs. ſ. cicoream. endiuiã. ⁊ ſariolã. ſꝫ
Nicolaus in ſua deſcriptione habet ſex. de qua infra.
¶ Scariola etiã eſt ſpẽs endiuie vel cicoree. Matheus ſil.
in cap. de lactuca inquit. ꝙ ſunt eius tres ſpecies. vna eſt
que vocatur agreſtis. quam greci ſarraliam vocant. nã ſi-
ne dubio ſarralia ſm Iſidorum eſt lactuca agreſtis. vt ait
in capi de oleribus vbi inquit. lactuca agreſtis eſt quã ſar
raliam nominamus. eo ꝙ dorſum eius in modum ſerre
eſt. Simon ianuẽſis dicit. ſcariola ſm modernos eſt velut
lactuca agreſtis. niſi quia in dorſo coſtarum habet ſpinas
paruas. pro endiuia ponitur ſm Serap. ⁊ circa inſtãs. ſca
riola eſt endiuia. ⁊ ſm Petrum de creſcentijs. endiuia eſt
ſcariola vel lactuca agreſtis. infra in alia deſcriptiõe de ſpe
ciebus endiuie ſi deus voluerit oſtendam.
¶ Bactiſoſere apud noſtros auctores non reperio aliquẽ
de ipſo loqui. ſed ſm intentionem ꝯpoſitoris eſt quedam
herba. cuius flos eſt celeſtis. ⁊ eius ſemen eſt vt ſemen ſca-
riole agreſtis. ſꝫ nõ eſt albũ neqꝫ nigruꝫ. ⁊ naſcit in bladis
vtplurimũ. ⁊ credo ꝙ ſit ſcariola agreſtis. qd aũt ſit cõiter
ignorat. ſꝫ ſm plures eſt illa herba que in bladis reperitur
quã nos vulgo moneghetaꝫ vocamus. ⁊ ſic meo tpe vidi
eã poni in iſto ſirupo. ſed ſꝫ plures ſapientes errãt illi apo
thecarij qui ponũt ipſam. etiã male faciunt medici qui di-
mittũt ipſam poni. ⁊ hoc aduenit. qꝛ non hñt cognitionẽ
quot ſpẽs endiuie vel ſcariole ſint. ſed ſm modernoꝝ opi-
nionẽ ſpẽs ſcariole ſunt. vj. vel. vij. de quibus tres vel q̃tu
or ſunt que faciũt florẽ celeſtẽ. ⁊ vna de ipſis hꝫ florem ac
ſemen. vt dicit cõpoſitor. ⁊ in bladis repit ſicut moneghe-
ta. Uerum exiſtimauerunt aliqui ꝙ monegheta ſit bactiſo
ſere. eo ꝙ apud tuſcos ita vocetur. ſed error eſt. nec eorum
ſermo apud ſapientes acceptatur. nã opinio compoſitoris
eſt apte ꝙ ſit ſcariola agreſtis que ſilis eſt mõeghete. vt in-
nuere videt in preſenti loco. Si ergo compoſitor credit ꝙ
bactiſoſere ſit ſcariola agreſtis nos debemus itelligere ſca
riolã agreſtẽ que formã hꝫ vt ipſe docet. ⁊ non moneghe-
tam. que nõ hꝫ nec odorẽ nec saporẽ ⁊ pro bactiſoſere ſiue
ſcariola agreſti intelligit cicorea agre. ſiue ſcariola agreſtis
que florem celeſtem gerit. preterea omnes ſpecies endiuie
vel ſcariole vel cicoree ſunt laudate in iſto ſirupo.

Sirupus de opio ſm eundeꝫ in eodem tractatu
. ℞. opij. pondus gr. ordei. iiij. iuſquia
mi. pondus gra. viij. ordei. corticuꝫ mandragore. gr. j. ſ. ſe
minis apij. ℈. iij. ſeminis papaueris. ſeminis lactucarum
añ. ℥. j. ſ. foliorum lactucarum endiuie. vel cicoree. añ. m. j.
folioꝝ papaueris. ⁊ mercurialis añ. m. j. piſtent groſſo mo
do ⁊ bulliant in lib. iij. aque donec conſumatur medietas
⁊ colet ⁊ addatur zucca. ⁊ inſpiſſet ⁊ clarificet ⁊ reſeruet.
¶ Iſte ſirupus in vſu nõ eſt. Opiũ ſꝫ Aui. in ſcđo cañ. eſt
ſucus papaueris nigri ⁊ egyptij ipꝫ ſeminãt. Macer in ca.
de tribus generibus papaueris inqͭ. ex vulſis teneris opiũ
faciunt capitellis. inciſa leuiter ſumma cute lacqꝫ quod in
de deflũt excipiũt cocleis ſiccũ ſiccũqꝫ reſeruãt. antidotis
multis aptũ varijſqꝫ medelis ſunt q ꝯtundũt cũ lacte ſuo
capitella. de quibus expreſſum ſiccãt in ſole liquorem ⁊c̃.

Sirupus de plantagine ſm Raſnal. de villa no
ua in lib. ij. in cap. de diſſenteria epati-
ca ⁊ inteſtinoꝝ. ℞. ſuci plantaginis depurati. ℥. iiij. aque
pluuialis vel roſarum quod melius eſt. li. i. ſpodij. nucis
cipreſſi. balauſtie. ſumac ſanguinis draconis. gummi ara-
bici. maſticis thuris. gallarum ipoquiſtidos. lapidis ema-
titis raſure eboris añ. ʒ. ij. terantur omnia in predicto ſu-
co ⁊ aqua roſata vſqꝫ ad medietatem coquantur ⁊ addito
zuccaro fiat ſirupus.
¶ Iſte ſirupus apud nos non eſt in vſu. Plantago vero
apud Auic. in ſcđo cañ. vocatur lingua arietis. ⁊ ſunt ei
due ſpecies. ſ. maior ⁊ minor. maior eſt quam ruſtici noſtri
bletam ſilueſtrẽ dicunt. ⁊ minor eſt quinqꝫ neruia que alio
nomine lãceola vocatur. ⁊ hec eſt illa que apud falſos her
baticos pro lingua canis habetur. ſed errant. Diaſco. ait.
vocatur arnogloſa ſiue eptapleuros. i. ſeptem coſtarũ. Se
ra. ait. liſen alkamel ideſt lingua arietis ⁊ dicitur arnoglo

ſa. ⁊ eius expoſitio eſt lingua agni. ideo quod greci nomi
nant arnon agnum ⁊ gloſam linguam. ⁊ dicitur etiã epta
pleuron. ideſt habens ſeptem coſtas. nã in folio eius ſunt
ſeptem coſte ⁊ epta in greco eſt ſeptem ⁊ pleura. i. coſta.

Sirupus de iua ſm Nico. florenti. in lib. tertio
in capitulo de paraleſi. ℞. iue. m. ij. ſal
uie. maiorane. roriſmarini. polij. ideſt polij montani. origa
ni. calamenti. mentaſtri. pulegij. yſopi. thimi. ruthe dome-
ſtice. ⁊ ſilueſtris. betonice. ſerpilij ana. m. j. radicum acori.
ariſtologie longe ⁊ rotunde. paucedani valeriane brionie
gentiane diptami. ana. ℥. ſ. radicum feniculi. petroſilij. apij
ſparagi. bruſci. ana. ℥. j. ſticados. aniſi. feniculi. leuiſtici. ſa-
meos. carui ſileris montani ana. ʒ. iij. piretri. ℥. i. ſ. paſſula-
rum. ℥. ij. aque ⁊ mellis quantũ ſufficit ⁊ aromatizẽtur cũ
cinamomo. nucemuſcata. ⁊ cubebis. ⁊ fiat. Iſte enim ſiru-
pus in hac materia eſt optimus.
¶ Iſte ſirupus nõ eſt in vſu. Iua vero vt dictũ fuit eſt ve-
rum camepitheos ⁊ nõ eſt camedreos. vt quidaꝫ credide-
runt generaliter tenetur ꝙ iua nõ ſit camepitheos. ſed er-
rant. Nam ego vidi apud multos apothecarios in ſaccu-
lis cãepitheos. ſꝫ nec in ſapore nec in odore nec in forma
non eſt caempitheos. de quo loquunt noſtri auctores. ſed
loco camepitheos hñt camedreos. vñ per hoc dico ſi aſpe-
xeris illã iuam qua moderni vtuntur pro iua muſcata. vi-
debis ꝙ in forma ⁊ in reliquis eſt verum camepitheos.
¶ Ioan. angli. in ca. de dolore iuncturaꝝ ait. ꝙ ꝓdeſt gut
toſis. vñ verſus. Si capias iuaꝫ guttam tolet tibi viuam
¶ Serpiliũ ſꝫ Pli. a ſerpendo putant dictũ ꝙ in ſilueſtri
euenit in petris maxie ſatiuũ nõ ſerpit. ſꝫ ad palmi altitudi
nẽ creſcit. dia. ſerpillũ ſiue vt alij herpillũ latini cicer erra-
ticum vocant ⁊c̃. folia ⁊ florẽ ſꝫ circa inſtãs medicine cõ-
¶ Ualeriana ideſt fu. (petunt.
¶ Brionia ideſt cucurbita agreſtis. Papias ait ampellos
leucos ſeu brionia quam latini albam vitem vocant vide
de ipſa in confectione de alfeſtera.

Sirupus de lilio ſecundum eundem in lib. quin
to. in capi. de bolis. ℞. flores lilij. albi.
⁊. decoquant in aqua nã quidẽ ſoli qꝛ nocent. ſto. cũ. pro-
prietate eoꝝ. ſed cũ alijs aroma. corrigentibus malicia eo
rũ ⁊ fiat ſirupus cũ zuc. ⁊ decoctio eorum ſm artem.
Iſtius ſiru. ſicut inquit. ibi Nico. non reperitur deſcri-
ptio apud aliquos auctores. ſecundum intentionem ipſi-
us poteſt fieri ſicut ipſe docet.
Liliũ. ſ. liliũ albũ qđ florem albũ gerit. Roſa anglica hꝫ
vnã deſcriptionem ſirupi de lilio. ſed ibi non habet niſi ire
os. i. lilium celeſte. ⁊ ꝓpter id ille eſt ſirupus de ireos vt di
ctũ fuit. Macer ait. lilia iure ſequi que nec ſpecie nec odo
re. cedere credũtur roſeo colata decori. nec minus in mul-
tis hominũ ſunt apta medelis eius radicis bulbus qui li
lia profert ⁊c̃ hoc lilium ſatis eſt notum.

Sirupus optimus ad oẽm emoroſagiam vnde-
cunqꝫ fiat ſꝫ eundẽ in lib. qnto in ca.
de preſeruatione a ſputo ſanguinis ⁊ cura eius. ℞. ipoqui
ſtidos chimolee. boli armẽi. acatie. coralli albi ⁊ rubei. mu
mie. pſidie. galle. mẽthe. balauſtie. gũmi arabi. dragãte. ſim
phiti. corigiole. ſeis arnogloſe. i. ſeis plãtaginis. ſumach.
radicum pẽtaphilonis. i. quinqꝫ folij. ſanguinis draconis.
ana. ℥. j. decoquantur in aqua pluuiali vſqꝫ ad tertiã ⁊ co
lentur ⁊ addantur libr iij. zuccari. ⁊ fiat ſirupus.
Iſte ſirupus apud nos non eſt in vſu. ſed ſm intentio
nem Nicolai eſt optimus in illa materia.
Chimolea ſꝫ Dia. eſt gicimolia cuius alia eſt alba atqꝫ
denſa alia purpurea. Apud Auic. vocatur lutuꝫ chimolea
vide de ea ſupra in confectione eſdre.
Pſidia eſt cortex maligranati ſꝫ pſigia eſt ſtorax ligdar
Simphituꝫ de ipſo dictũ fuit ꝙ eſt conſolida maior ſi-
ue anagalicũ. vide de ipſo in ſirupo de pimpinella.
Corrigiola. i. poligonia ſiue centũ nodia ſiue virga pa-
ſtoris. Dia. vocat ipaꝫ poligonos maſculũ. ⁊ ibi ẽt deſcri-
bit aliã que dr̃ poligonos femina. Petrus de creſcentijs
inquit. virga paſtoris eſt cardus ſilueſtris. ille textus non
videtur bene ſonare. nam virga paſtoris nõ eſt cardus vt
ipſe ⁊ alij dicũt. nã ſi legis capl̃ꝫ de poligonos apđ Dia

cũ cap. de virga paſtoris apđ Sera. ⁊ Aui. videbis ꝙ idẽ ẽ
⁊ idẽ Ioã. Sera. i ca. de lapide vocat ipſã dimiriſiõ: ⁊ hec
herba in vijs mltũ reperit. Matthe. ſil. in cap. de dipſaco
. i. cardo fulonũ dicit ꝙ eſt virga paſtoris: ſed non recte.
Quidã vocãt corrigiolã ſanguinariã: ſed ſm aliquos ſan
guinaria eſt illa herba quã hodie burſam paſtoris vocamꝰ
ſiue a vulgo herba gugiarolla.

ſirupus aromaticꝰ ſꝫ eũdẽ i eodẽ libro i caplo de
debilitate digeſtiõis. ℞. cubebaꝝ: garioſi
lorũ. zinzi. cina. nuciſmuſca. cardamõi: macis: cãlami aro
matici ana. ʒ. i. ſ. ſpice maſticis: aſſari ſquinãti folij ana. ʒ.
. vi. amomi: ameos: coſti: cipi carpobalſa. i. fructꝰ balſami
xiloaloes. i. ligni aloes ana. ʒ. iiij. ſuppiſtata infundant in
vino albo veteri põderis lib. x tribꝰ diebꝰ decoquat ad ter
tiam partẽ ⁊ cũ frigeſcũt manibus fricentur ⁊ colentur ⁊
cũ lib. iiij. mellis decoquant in vaſe bene obturato repo-
nantur ⁊ cum muſco aromatizetur.
¶ Iſte ſirupus non eſt in vſu. dicitur autẽ aromaticus ꝑꝑ
ſpecies odoriferas que in eo ingrediuntur. Iſidorus in ca
pitulo de arboribꝰ aromaticis inquit. aromata ſũt queqꝫ
fragrantis odoris q̃ india ⁊ arabia mittit ſiue alie regiõis
nomẽ aũt aromata traxiſſe videntur ſiue quod aris impo
ſita diuinis inuocationibus apta videantur: ſeu quod ipa
aeri iſeri ac miſceri ꝓbãt. nã qd eſt odor niſi aer cõtactꝰ.

ſirupus de cicorea ſm eundẽ in eodẽ libro in capi
tulo de opilatione epatis. ℞. endiuie do-
meſtice ⁊ ſilueſtris: cicoree ⁊ taraxacõ añ. m. ij. cicerbite:
epatice: ſcariole: lactuce. fumiterre. lupinorũ añ m i. ordei
nõ excorticati alchechingi ana. ℥. iiij. liquiritie. capilloruꝫ
veneris. ceterach. politrici. adianti. cuſcute ana. ʒ. vi. radi
cum feniculi. ⁊ apij. ⁊ ſparagi ana. ℥ ij. ferueant in aq̃ ſuf-
ficienti ⁊ colentur. ⁊ cum zuccaro albo ſolido fiat ſirupus
ꝑ cuius vnaquaque libra ponat ad coquẽdũ. ʒ. iiij. reubar
bari electi ⁊. ℈. iiij. ſpice ligate in pecia rara que ſepe expri
mat donec ſirupꝰ ſit ꝑfecte decoctus. doſis. ʒ. iij. cũ aqua
mulſionis ſeminum cõmuniũ frigidorum.
¶ Iſte ſirupus ſm collegium noſtrorũ doctorũ ticinenſi-
um ẽ ille quo vti debemus. aliqui tamen magis laudãt de-
ſcriptionem Gulielmi placentini. ⁊ ea vtunt ſicuti medio
lanenſes qui deſcriptionem Guliel. ꝑparãt. Io. Matthe-
us gradi in capitulo de cura malarũ diſpoſitionuꝫ epatis
habet vnam aliã deſcriptionem que quaſi idem ẽ cum illa
Nicolai licet aliqua ſimplicia mutauerit: aliqua omiſe-
rit. nunc vero intendo declarare omnes ſpecies endiuie
cicoree vel ſcariole.
¶ Endiuia nomen latinũ eſt poſt grecũ intuba. arabes eti
am poſt grecum hundebe dicunt. In hac vero volo oſten
dere oẽs ſpẽs cicoree vel endiuie vel ſcariole. ſꝫ primo vo
lo oſtendere illas ſpẽs de quibus ipſe Nicolꝰ in ꝓprio li-
bro loquitur. nam i capi. de debilitate epatis ait ſic dixit.
Auicenna teraxacon quam Gentilis dicit eſſe cicerbitam
ſiue roſtrum porcinum. ⁊ Guliel. dixit ipſam eſſe cicore-
am: ⁊ eſt illa ſpecies que a multis vocatur planta leonis:
hic textus Nicoli videtur corruptus. nam ipſe Nicolus
debebat dicere ꝙ dens leonis que eſt ſpecies cicoree ⁊
non plãta leonis que eſt herba dicta ſlaura vl̃ herba mau
ra que odorem aſpalti habet. ⁊ hec eſt ſpecies trifolij qđ
eſt conſonum. idem in capitulo de opilone epatis dicit. te
raxacon eſt ſpecies ſponſe ſolis ⁊ inferius in eodem ca. in-
quit. roſtrum porcinum eſt ciberbita ⁊c̃. habita opinione
Nicoli ſequitur opinio Ioannis anglici in cap. diſcraſie
calide epatis que eſt quod altaraxacon eſt roſtrum porcinuꝫ
vel cicorea. idem ſentit in capitu. de ſiſtula vlcere cancro
⁊ ſanie oculorum.
¶ Poſtquam oſtendi verba Nicolai ⁊ Ioannis anglici
de taraxacon ⁊ roſtro porcino etiam volo oſtendere opi-
nionem aliorum. ⁊ dico quod ſpecies endiuie vel cicoree
ſunt ſeptem ad numerum de quibus ipſe Nicolus ſex ſpe
cies in iſto ſirupo ponit. Guliel. autem in ſua deſcriptio-
ne non ponit niſi tres. ſcilicet cicoream ſcariolam ⁊ bacti-
ſoſerẽ ⁊ per ordinem oſtendam.
¶ Endiuia dõeſtica. i. vſualis ẽ herba ſatis nota. ſilueſtris
vo põt dici ꝙ ſit criſpinꝰ herba. cicorea vero ſm ſniaꝫ mo

dernoꝝ hꝫ flores azurinos vertentes ſeipſos ad ſolem q̃re
ſpõſaꝫ ſolis ⁊ ſolſequꝫ vocauerũt. de q̃ circa inſtãs ait. ſpõ
ſa ſolis ẽ cicorea vel ituba vl ſolſequꝫ hec ẽt ſatis ẽ nota.
Sera. i ca. de endiuia inqͭ. vndebe ſũt ſpẽs. nã ẽ ex ea dõe-
ſtica ⁊ ẽ ſcariola. ⁊ ẽ ex ea ſilueſtris q̃ ẽ taraxacõ. ⁊ ẽ tertia
ſpẽs q̃ dicit cãdarec. ⁊ ẽ amirõ. etiã ſm circa inſtãs ⁊ Pe-
trũ de creſcẽtijs. endiuia ẽ ſcariola Bal. in octauo ſimpli-
ciũ dicit. ſeris. i. endiuie inferius dicit.
¶ Condrine eſt ſpẽs cicoree vel lactuce. Aui. i ſcđo cano. i
cap. de endiuia ait. ꝙ ẽ ex ea ſilueſtris ⁊ hortulana ⁊ ẽ dua
rũ ſpecieꝝ. ⁊ magis iuuatiua ex eis epati ẽ illa q̃ ẽ magis
amara. ego credo ſit cicorea. idem aliud capitulum facit
de taraxacon: ⁊ dicit quod eſt ſpecies endiuie. Etiam iſta
nota eſt.
¶ Scariola vero ſm Simonẽ ianuenſeꝫ eſt velut lactuca
agreſtis. niſi quia in dorſo coſtarum habet ſpinas paruas.
ſed Mattheus ſiluaticus. ⁊ Iſidorꝰ volũt ꝙ lactuca agre
ſtis ſit ſcariola. vt dictũ fuit: ẽt hic dicã herba Iſidori q̃ in
ca. de oleribus dicit lactuca agreſtis ẽ quã ſarraliaꝫ nomi-
namus: eo ꝙ dorſum eius in modũ ſerre eſt. Simõ in hac
errat. nã in capitulo de ſcariola dicit ꝙ ipſa eſt velut lactu
ca agreſtis. ⁊ in cap. de ſarralia inquit. ex auctoritate Iſi-
dori ꝙ ſarralia eſt lactuca agreſtis ⁊ in fine dicit ꝙ eſt ſca-
riola ⁊ ſic volunt multi moderni.
¶ Cicerbita vero ſicut dicit Nicolus ẽ roſtrum porcinuꝫ
ſecundum gulielmum eſt cicorea. ⁊ eſt herba. cuius flos eſt
celeſtis etiam reperiuntur due alie ſpecies que florem cele
ſtem habent. ⁊ omnes in bladis reperiuntur. ⁊ ſic ſi bene
conſideretur videbis ꝙ ſpecies endiuie vel cicoree ſunt ſe
ptem. ſunt iſte videlicet endiuia domeſtica: ideſt vſualis ci
corea que ab omnibus nota eſt. roſtrum porcinum ⁊ dens
leoninus differunt parum inter ſe ſecundum modernoruꝫ
opinionem in pratis reperiuntur cum flore croceo. niſi ſo
lum in folijs differunt. poſt maturationem ſlorum produ
cunt quandam lanuginem albam que cum tangitur euo-
lat. ⁊ alia eſt dicta criſpinum a vulgo ⁊ hec apud quoſdaꝫ
eſt lactuca aſini. quod non credo. ſicut patet ſi legis capi-
tulum de anchuſa apud Diaſcori. videbis ꝙ cum capitu.
de criſpino non conuenit. ⁊ eſt alia ſpecies que dicitur ci
coriaſtrum ⁊ eſt ſcariola que in bladis reperitur ⁊ omnes
iſte ſpecies vocantur endiuia vel cicorea vel ſcariola. ⁊ he
note ſunt apud ſapientes.
Alchechingi vel chechingi eſt ſtrignus agreſtis. ſecun-
dum Dia. ⁊ eſt herba proferens granum rubicundum ſi-
mile ceraſo in veſica incluſum citrina in colore que a mľ
tis veſicaria dicitur. ſed apud lombardos ſiacho nomina
tur ⁊ in vijs reperitur. Aduertendum eſt in deſcriptione
pñtis ſirupi ꝙ in omnibus codicibus Nicolai quos vidi
deficit doſis ordei ⁊ alchechingi ingredientium dictã de-
ſcriptionem quod credo accidiſſe errore ſcriptoris potius
q̃ꝫ alia cã: ſed vt haberetur modus doſandi predicta duo
ſimplicia volui conferre hanc deſcriptionem cũ illa quaꝫ
ponit Ioã. Mattheus gradi qui etiam predictum ſirupuꝫ
deſcribit. ⁊ inueni eas in ordine pondere ⁊ in oĩbus alijs
concordare ⁊ ipſum doſare ꝑdicta duo ſimplicia hoc mõ
ſumit enim ordei non excorticati. ℥. ij. Alchechingi capil.
veneris ⁊c̃. ſm ordinem Nicoli ana. ʒ. vi. iõ ⁊ nos debe-
mus ẽt ꝓculdubio eo mõ doſare illa duo. vꝫ. ordei nõ ex-
corticati. ℥. ij. alchechingi. ʒ. vi. quãuis preter noſtrã volũ
tatẽ appoſuerint impſſores equale põdus eorũ. nã ſi ſume
remꝰ. ℥. ij. hechingi excederet debitũ põdus. ne bene pro-
portionaretur alijs.
Ceterach. ſicut dictũ fuit in ſirupo de ſcolopẽdria ẽ her
ba que a modernis herba dorata dicitur. politricõ eſt her
ba que in puteis ⁊ in locis humidis reperit: vt dictũ eſt ſu
pra in ſirupo de pimpinella.

Sirupus de ficubꝰ ſꝫ eũ in eodẽ libro i ca. de cu
ra colice ex fece. ℞. ficuũ albaꝝ: ℥. i. aq̃
. ℥. x. coquant ad lentum ignem vſqꝫ quo venerint ad ſtatũ
iulep de quo accipiat omni die. ℥. iij.
Iſte ſirupus apud nos nõ eſt in vſu. Ficus. i. cariaca. Se
rap. in cap. de ficu ex auctoritate Gal. inqͭ ꝙ ficut ex eis
domeſtice ⁊ ſilueſtres ⁊ montane: ⁊ ex domeſticis quedaꝫ

ſunt recentes. ⁊ quedā ſicce. virtus recētium ē debilis. qꝛ admiſcef eis de humiditate. ſicce ſunt meliores maxie carnoſe. ſiluestris vero ficus ſm quoſdā vocaf caprific⁹. ⁊ dicit Pli. q huius fructus nunquam matureſcunt.

Sirupus de arthemiſia ſm eūdē in lib. vj. in ca. de retētiōe menſtruoꝝ ꝑter nām. ℞. arthemiſie. m. ij. pulegij. calamēti. mētaſtri origani. meliſſe pſicarie. ſauine. ſanſuci. i. maiorane. camedreos perforate camepitheos. matricarie cū flore. cētauree minoris. ruthe betonice. meliſſe ana. m. i. radicū feniculi. apij. petroſilij. ſparagi. bruſci. ſaxifragie. enule. diptami. ciperi rubee tinctoꝝ. ireos. peonie ana. ʒ. i. ſeis iuniperi. leuiſti. petroſilij. apij. aniſi: nigelle: carpobalſami: coſti: aſſari. i. aſſarebacare piretri: caſſie: lignee: cordumeni: calami aromatici: ſu. i. valeriane ana. ℥. 5. cōquaſſentur ⁊ infundanf in aqua pluuiali ſufficiēti ꝑ diē ⁊ noctem. poſtea decoquantur ad medietatis aque cōſumptionē. tūc deponaf ab igne ⁊ dimittaf donec aqua tepuerit. tūc manib⁹ in ipſa aqua poſitis fricētur. poſtea colef: ⁊ in colatura addaf mellis vel zuccari q̄ꝫ tum ſufficit: ⁊ fiat ſirup⁹. ⁊ ſi humor fuerit viſcoſus acetoſetur cū aceto acuto vel ſquillitico. ⁊ fiat ſirup⁹ aromatizatus cū cinamomo ⁊ nardo. i. ſpica nardi. cui⁹ doſ ſit. ℥. ij.

℃ Iſte ſirupus apud modernos in vſu nō eſt: ⁊ maxie ſm iſtam deſcriptionē: ſed illa deſcriptio q̄ vtimur ē magiſtralis quā moderni practicātes maxie Papienſes multū laudāt: ⁊ multū valet ad ea q̄ dicit Nicolus. Io. Mattheus gradi in capitulo de ꝓuocatiōe menſtruoꝝ hꝫ vnā aliā deſcriptionem que ab hac non differt.

℃ Arthemiſia ſm circa inſtans eſt mater herbarum cuius folia magis cōpetūt vſui medicine q̄ꝫ radix. Dia. in caplo de arthemiſia dicit. arthemiſie tria ſunt genera. vnū eſt q vocaf arthemiſia monodos. i. mater herbarum que eſt fructuoſa ⁊ ſimilis abſinthio. folia piguiora ⁊ maiora habēs ⁊ haſtas lōgas. naſcif i maritimis locis lapidoſis ⁊ ſabuloſis. altera arthemiſia tagetes noiatur q̄ tenera eſt: ſemē habens minutū: ⁊ vnā haſtā folijs plenā ⁊ nos lingua latiā vocamus tanaſiam: vel ſm quoſdā athanaſiā: eſt ⁊ tertia arthemiſia q̄ leptafilos dr. naſcif circa foſſas ⁊ agros floſculū eius ſi cōtriueris ſanſuci odorē hꝫ. Gal. i. 6. ſimplicium ait. berēgeſif. i. arthemiſia: ſed textus. Aui. 2. canonis: non videf multū conſonus. qꝛ ponit q eſt abrotanū q cōmuniter nō credif niſi ſumpſiſſe abrotanū ꝑ arthemiſia.

℃ Melliſſa ſꝫ modernoꝝ ſniaꝫ eſt ozimū citratū. cui⁹ folia odorē citri hñt ēt citraria dr miror q Nicol⁹ in iſto ſirupo habeat. ℞. melliſſe ⁊ iferi⁹ iterū replicat eādē. credo q ſit error ſcriptoris vt oſtendā in alia littera.

℃ Perſicaria. i. herba ſcē Marie. ⁊ ē herba q̄ hꝫ folia ſimilia pſicis ſignata. apō nos iuxta hortos reperif. exiſtimāt quidā q hec ſit zinziber caninū vt videf ſentire. Aui. i. 2. canon. ēt putauerūt qdam q ipſa ſit piper aque.

℃ Perforata. i. herba ſancti Ioā. ſiue fugademonum ſiue ipericon. ⁊ dicitur perforata. qꝛ folia ei⁹ hñt foramina pua in locis domeſticis reperif. Auerroys in. v. col. ait heuſericon. i. ipericon nelifricon. ⁊ quidam appellant hāc herbam cordialem eo q aſſiſtatur cordi.

℃ Matricaria etiam ē arthemiſia. ⁊ ē illa quā Dia. vocat leptafilos. ſed Aui. in. 2. canon. vocat ipſam vehuen aliqñ alacoen. ⁊ hec eſt quam lombardi criſpulam dicunt. de ipſa melius oſtendam infra in capitu. de trociſcis alindaracaron. ſi deus voluerit.

℃ Melliſſa vt dictum fuit eſt ozimum citratum. miror q Nicolus in iſto ſirupo hꝫ ſuperius melliſſam ⁊ inferius iteruꝫ hꝫ melliſſam. ſed exiſtimo q ſit errore ſcriptoris. nā Io. Mat. gradi loco eius hꝫ abugilliſſam. i. lactucam aſini. ſicut pꝫ apud Aui. in. 2. cañ. in ꝓprio ca. de abugilliſſe. ⁊ idē de ipſa quatuor ca. fac vnū ſub noie abugilliſſe. aliō ſub noie hearſelli. aliō ſub noie lactuce aſini. aliō ſub noie ſciniar. ⁊ hec apō Dia. vocaf ancuſa. ſapiētes vō exiſtimāt q Nicol⁹ volebat dicere abugilliſſe. vt dic̄ Io. matthe⁹ ⁊ dicūt q loco eius pt poni lactuca vſualis.

℃ Leuiſticum apud Aui. vocatur cheiſim. ⁊ ē ſemen ſatis notum. ſed eius genera ſunt duo. ſ. hortulanū ⁊ campeſtre hortulanum vero eſt proprium illud quod notū eſt. cāpeſtre ſcōm modernoꝝ opinionē ē cordumenum ſiue carui agreſte. ⁊ ambe in iſto ſirupo ingrediuntur.

℃ Cordumenū ſm Sera. ē carui agreſte. Ioā. archulan⁹ in ca. de epilenſia in electuario qꝺ valꝫ ad omnē epilēſiaꝫ inquit qꝺ cordumenū eſt cardamomū. ſed mihi non placet. liber qui dr albuchaſis in tractatu. 2. in ca. de forma ſtī pticādi oleū ad faciēdū oleū de lino ait. carui agreſte. ⁊ eſt cordumenū. ſic ait. Sul. pla. in diſtinctione de tyriaca vt dictū fuit. ⁊ ꝑ pro cordumeno intelligit ſemē leuiſtici campeſtris. ⁊ hoc ē ſemē quod reperif ſub planta paucedani. ⁊ hoc eſt ex ſecretis ſimpliciū.

Sirupus de endiuia cuius inuentor fuit gētilis ō fuligico. ℞. ſuci endiuie. ſuci epicē. an. lib. iij. clarificentur predicti ſuci ad ignem vt expedit. roſarū violarū. lenticule. ordei mūdi. ſeminū cōiū maioꝝ frigidoꝝ an. ʒ. i. fiat ſirupus cū zuccaro. q̄tū ſufficit ſecundum artē ⁊ aromatizetur cum ſandalis albis ⁊ rubeis ⁊ berberis ſeminū citoniorū. ligni aloes. cinamoī. corticū citri anʒ. i. ⁊ vſui reſeruetur.

Iſte ſirupus ſm plurimū eſt iſte q̄ vtimur ꝑ ſirupo ō endiuia ꝑpoſito. tñ ſūt q̄ faciunt ipſm ſm deſcriptionē quaꝫ ſuperius poſui ex auctoritate Franciſci de pedemontiū. ⁊ ſic ābo hñt efficaciā. Epatica ē herba ſatis nota Dia. vocat ipſā licenā. vt dictū fuit in ſirupo de epatica.

Sirupus ad matricem magiſtralis. ℞. matricis carpobalſami. calami arōatici. xilobalſami. ſileris montani. caſſie lignee ana. ʒ. iij. aniſi. feniculi ſeminis carui. pulegij. calamēti. roriſmarini. ſerpilli ana. m. i. ligni aloes. dronici. cinamomi an. ʒ. ij. ſemis agni. coſti. cuſcu. an. ʒ. iij. radicū mādragore iuſquiami an. ʒ. 5. mellis deſpumati. quātū ſufficit fiat ſirupus ſm artē. dentur mulieribus habentibus malum ſtomacū ſm ⁊ ad paſſionem matricis mirabiliter valet.

Iſte ſirupus ſm iſtam deſcriptionem eſt in vſu. In partibus mediolanenſibus ⁊ debet fieri decoctio cum aqua ferrea ad pondus lib. i. vini albi odoriferi. ⁊ omni coquantur vſq; ad conſumptionem medietatis. Mattheus ſiluaticus de ipſa loquitur in littera ferugo. matricaria ē arthemiſia ⁊ illa quam Dia. vocat parthemon. ſed Aui. vocat ipſam vehuen. aliquando alacoen. q idem eſt. ⁊ hec eſt herba quā lōbardi criſpulam vocant.

Agnus caſtus. i. ſemen notum eſt. Dia. inquit agnus ſiue aliqos latine alexādrina appellata. Sera. ō ipſo duo capitula facit. vnum de arbore qꝺ dicit agnus caſt⁹. aliꝺ de pipperelle que ē ſemē eius. ſicſra apparebit ſcriptio troc. de agno caſto. ⁊ tūc meli⁹ oſtendam ſi dño placuerit.

Sirupus de arthemiſia. ℞. floꝝ arthemiſie. m. i. calamēti. folij ſaturegie. origani. thimi tamariſci. ſticados ana. m. i. florum camomille. florum melliloti. ſanſuci. i. maiorane. anthos ana. ʒ. i. blacte biſancie. calami aromatici añ. ʒ. ij. celtice. i. ſpice celtice. ʒ. i. camedreos. matricarie minoris. betonice. abrotani ana. m. 5. acori. paſſuli. foliorum rubee maiorum. ſileris montani ana. ʒ. i. aſſari ſquinanti. aniſi. marathri idest feniculi. ameos ana. ʒ. vj. fiat decoctio ex iſtis ⁊ cum melle q̄tum ſufficit fiat ſirupus.

Iſte ſirupus eſt ille qui generaliter in vſu ē. tñ hodie ſunt vnā aliam deſcriptione quā deſcribit Nicolus ſloretinus que ē eſt laudata apud nros doctores. de q vide ſup. tñ vide vtranq; ⁊ elige quam volueris.

Arthemiſia. i. altilia ſiue berengeſif. Papias ait. arthemiſia ab inuētore dicta. vt Pli. placet herba a gentilibus diane conſecrata. nā grece arteme dicitur diana dicitur. Macer inquit in principio libelli ſui herbarū quaſdaꝫ dictur⁹ carmine viſo. herbarū matrē dedit arthemiſia nomē. cuius ſermo iuſtum puto ponere primo. hui⁹ opē fertur prior inuenitſe diana arthemis grece que ſit ideq; nomē herba tenet ⁊ c. ſm circa inſtans eſt mr herbarum.

Foliū. i. malabatrum. loco eius ponaf ſpica aut macis ſaturegia. i. timbra Pli. inquit timbra vero q̄ ſit cuniſla hec apud nos hꝫ vocabulum ⁊ illud ſaturegia dicta ī gdi mētario genere ſerif menſe februario.

℃ Anthos grece ē flos vn alofanthos. i. ſalis flos. ſꝫ hic ꝑ athos intelligif flos roriſmarini. inde Nico. dīathos dicit q̄ ſit de floribus roriſmarini. et flos eius dicitur alchilil.

℃ Matricaria minor hꝫ plurimū eſt ſecūda ſpecies arthemiſie. Dia. de forma ipſius deſcribit. ⁊ hec eſt illa que dicitur tanacetum ſiue taneta vocant.

℃ Abrotani herba ē ſatis nota. Ioan. Sera. i capitulo ō retētiōe mēſtruoꝝ ⁊ cura ei⁹ ingr. ſanguaſora ē abrotanū i antidotario i decoctiōe ad idropicos dicit: belēgeſif ē ſguaſora hic textus. Sera. nō vr verue: nā ipſe vult q ſanguaſora ⁊ abrotanū ⁊ berengeſif ſint idē: ſed nō eſt: quia berengeſif: apud Gal. ac Simonem eſt arthemiſia ⁊ non eſt abrotanum vt dicit Ioan. Sera. ⁊ Auic.

Sirupus cordialis. ℞. melliſſe: lingue bouiſe. i. bugloſe: boraginis: endiuie: lactuce an an. m. ij. ſeminū cōium frigidoꝝ maioꝝ ſandaloꝝ rubeoꝝ acetoſe ana. ʒ. ij. fiat decoctio cū aq roſata: aq melliſſe aq bugloſe: aq endiuie: aq boraginis: vini granatoꝝ: vini berberoꝝ: agreſti: ſuci citrioꝝ ana. ʒ. vj. zuccari albi lib. vj. miſce. ⁊ fiat ſirupus ſm artem.

℃ Iſte ſirupus in Papia nō eſt valde in vſu: ſed in Mediolano magis. ⁊ ſine dubio eſt cordialis: q̄ cōfortat cor ⁊ cuſtodit pericula que accidunt in corde.

Sirupus de acoꝝ: ſm intentionem dñi magiſtri Hieronymi ō caſali phyſici clariſſimi. ℞. radicū acori. ʒ. iij. yſopi: calamēti: origāi ſicce. melliſſe bugloſe ana. m. 5 ſticados. arabici. polipodij. piretri. boꝝ ana. ʒ. vij. piperis longi ⁊ nigri ana. ʒ. iij. cinamōi ſini ʒ ſi beris ſini. ſene bone ana. ʒ. 5. mirab. chebuloꝝ. indoꝝ. emblicoꝝ ana. ʒ. i. 5. ſanſuci. i. maiorane. ruthe. betonice pulegij. hiſſopi ana. ʒ. vi. haſce. epitimi ana. ʒ. i. zuccari lib. iiij. fiat ſirupus ſecundum artem.

℃ Iſte ſirupus a modernis practicantibus non eſt valde i vſu. ſed tpe dñi magiſtri Hieronymi magis erat in vſu. ⁊ ipſe laudat eū ad egritudines neruoꝝ. ⁊ ad multa alia. Acorus ſm Dia. eſt herba venerea vel affrodiſia ſiē piper apū Pli. ſuper hoc ait. qꝺ ſemp i aquoſis naſcif ſtca dicit hueg. ℃ Acorꝰ ⁊ nominaf ſpatella quā vocāt ipſum gelia. ⁊ ab aliis gladiol⁹ paluſtris. dr. arabice vo noiaf huegi vel ogi. radix e⁹ vſui medicie competit.

℃ Haſce. i. thim⁹ Io. Sera. i ca. de retentione mēſtruoꝝ dicit. alfohura. i. albaſce. quod idem eſt.

Sirupus ō ſcabioſa. ℞. ſuci ſcabioſe ꝺpurati li. i aque decoctionis ordei capillorum veneris ana. quantum ſufficit. zuccari lib. ij. diſſoluti in predicto ſuco. ⁊ decoctione. cui addantur corallorum rubeorum tritorum. ʒ. iij. ligatorum in pecia rara. ⁊ ex eis fiat ſirupus.

Iſte ſirupus in partibus noſtris nō eſt valde in vſu.

Scabioſa vō eſt herba ſatis nota. ſed miror q nſi auctores de ipſa non loquunt. tñ ſm intētionē Matthei ſil. dicit q ſcabioſa latine grece ſtibes vel ſtibeos. ⁊ ibi loquitur de ſcabioſa ex auctoritate Dia. ſub littera ſcabioſa. qꝺ nō reperif. verū ē q Dia. ca. vnū facit de ſtibeos. ſꝫ ignoro q illud ſit de ſcabioſa. ſed ſm intentionem Matthei idē eſt.

Concoregius in capitulo de tuſſi in fine capituli ſiquit ſic. ſed quia ſcabioſa confert in hac paſſione. ⁊ parum de ea dicitur ab auctoribus. ideo hos verſus nota. Urbanus per ſe neſcit precium ſcabioſe. Nam purgat pectus quod comprimit egra ſenectus. Purgat pulmonem lateris q ſimul regionem. Rumpit apata leniſ virtute probata. Emplaſtra foris necat antracem tribus horis. Intus potatur. ⁊ ſic venus euacuatur.

Sirupus de betōica. ℞. betonice. m. i. ruthe celidonie. fragrarie. eufragie. leuiſtici. pulegij. camedreos. roriſmarini. origani. foliorum lauri. ſalue yſopi. liquiritie rubee. i. rubee tinctoꝝ. gariofilate. i. ſanamunde ana. m. 5. ſeis aniſi. ameos. petroſilij. lactuce ana. ʒ. i. 5. roſarū florū boraginis añ. ʒ. i. fiat ex ipſis decoctio ⁊ cum zuccaro albo fiat ſirupus.

Iſte ſirupus apud nos non eſt in vſu. Sed in mediolāo vtuntur ipſo.

Betonica vō eſt herba ſatis nota Dia. vocat ipſā betonicam. Sera. in cap. de betōica dicit. plurimū quod ex ea adminiſtraf ſunt folia. Galie. in ſeptimo ſimplicū dicit. ceſtrum latine dictū betonica. Macer ait. Betonicam ſolis ſunt ceſtron dicere greci. Pli. vetones in hyſpania eā que betonica dicitur in gallia. ⁊ Italia aut ſarratula. a grecis ceſtron dicitur. Auerrois quito col. ait. alchiſom que in latino dicitur betonica ⁊ in perſica lingua berahuem.

℃ Fragraria herba eſt ferēs fragra. ⁊ granum ipſum ſm Mat. ſiluaticū eſt granū acetoſum eius planta ſimilis pētafiloni eſt: quapp Pli. in cap. de quinq; folio dicit. qꝛ q folium fragra gignere: non eſt qꝛ ſic: q ſi non eſt q nō vtimur in medicinis: ſed ad e⁹ ſimilitudinē. ⁊ a numero folioꝝ quinq; foliū appellauit. apud nos vero fragra ſunt fructus: q quādo matureſcūt rubicundi efficiunt. ⁊ ſatis nō ſunt.

℃ Eufragia eſt herba que in pratis ac alibi inuenit. ⁊ ſm Mattheum ſiluaticum eſt herba adhil. ⁊ laudat ipſam. q medetur egritudinibus oculorum.

Sirupus de lupulis. ℞. ſuci lupuloꝝ lib. iij. ſuci fumiterre lib. i. purificentur ſuci ⁊ cū lib. iij. zuccari fiat ſirupus.

Iſte ſirupus apud nos eſt in vſu. Lupulus vero ſecundum Meſue eſt ſpecies volubilis ⁊ eſt habens folia ſimilia citrulo. cuius flores ſunt ſicut ampulle adherentes. ipſa vero planta dum eſt recens in principio vtuntur comedite cima ipſius. Petrus de creſcentijs dicit humilus. i. leuertigo flos eius propter ſiccationem maximam ſuam ſeruatur per longiſſimum tēpus in virtute ſua. ita q vulgaris opinio eſt q nūquā putreſcat. ⁊ eſt acuti odoris ⁊ fortis hec apud nos in hortis reperitur.

Sirupus de bugloſa. ℞. ſuci bugloſe. ſuci boraginis ana. lib. ij. ſuci pomorum dulcium lib. i. 5. folliculorum ſene. ʒ. iij. croci. ʒ. ij. folliculi ſene ⁊ croci ponantur in infuſione per diem ⁊ noctem in parum aque ⁊ cum illa infuſione fiat decoctio: ⁊ cum ſufficit lib. iij. zuccari fiat ſirupus ſecundum artem.

Iſte ſirupus in vſu non eſt apud nos bugloſa vero herba eſt ſatis nota. Galie. in. vi. ſimpl. dicit liſen althaur. i. lingua bouis. Iſidorus ait bugloſa a grecis dicta eo q folia aſperrima ad modum lingue bouis habeat. Auicen. in. ij. cañ. de ea loquitur in tribus locis vꝫ in cap. ō chen zaugen. ⁊ in capitulo de lingua bouis: ⁊ in ca. de maru. ⁊ ſecundum quod habetur opinio q ipſe Auicen. non cognouerit veram bugloſam.

Sirupus de ſuco endiuie. ℞. ſuci endiuie depurati lib. viij. zuccari taberzet lib. v. 5. fiat ſirupus ſecundum artem.

Iſte ſirupus apud oēs generaliter eſt in vſu. ⁊ miror q deſcriptio ſua ab auctoribus aucteticis nō reperiaf. q nō doctoꝝ ordinat ſirupū ō endiuia ſimplr ō iſto ſemp intelligit. ⁊ ē ſirupo de endiuia ſimplex vel ſirupus de ſuco endiuie ſupra poſite fuerunt due deſcriptiones. ſed ſunt deſcriptiones ſirupi de endiuia compoſiti.

Sirupus roſat⁹ ex infuſione roſaꝝ ſiccaꝝ. ℞. infuſionis roſarū ſiccarū zuccari ana. lib. ij. coquat ⁊ coletur ⁊ fiat ſirupus ſm artem.

℃ Modus aūt faciēdi infuſionē roſarū ſiccarū eſt ſicut fit ex roſis viridibus: cuius deſcriptiones ipſi⁹ ſupra poſui. ⁊ ſcias quod ē iſta deſcriptio aliqñ vtimur. tñ raro. ſi eſt aliquis q velle facere ſirupū roſatum ſolutiuum videat deſcriptionem ſuā apud Aui. in tertio cañ. in Fen. xxj. i. ca. de ſolutiuis: ſed non eſt in vſu.

Rob de Ribes. ℞. ſuci ribes lib. x. decoquatur cum facilitate vſq; dum conſumatur tertia ipſius. deinde coletur ⁊ dimittetur reſidere vſq; dum clareſcat. deinde coquatur cum multa facilitate in vaſe vitreo vſq; dum habeat ſpiſſitudinem aut exponatur ſoli vſq; dū pingueſcat ⁊ conſeruetur.

Rob vō apō arabes eſt ſucus cuiuſdā fruct⁹ coct⁹ ad ſpiſſitudinem vt ſuari poſſit. Aui. in. 5. cañ. in. vi. tractatu ponit diſtam q̄ eſt inter ſirupū ⁊ robub. ⁊ ait q ſirupi ſunt decoctiōes ⁊ ſuci ſpiſſati cū dulcedine ⁊ robub ſunt ſuci ſpiſſati per ſeipſos Gal. in lib. ſecretoꝝ in ca. de freneſi ⁊ tuſſi ſicca ⁊ febre cōcluſā ait. coagulatū ⁊ rob. ꝫi ſcias.

quãdo ſimpliciter reperitur rob intelligitur muſtũ coctũ.
¶ Ribes ſecundum Serap. eſt planta habens capreolos recentes rubeos ad viriditatem tendentes. in fine cap. ait ⁊ putauerunt aliqui medicorum ꝙ ſit illa quam nos nominamus acetoſam. i. lapacium: ⁊ putauerunt alij ꝙ ipſa ſit granum acetoſuʒ quod defertur ex coraſceni ⁊ Gulielꝰ. placen. ait ribes. i. acetoſa vel acetoſella quod non creditur. nam aliud eſt ribes aliud eſt acetoſa. verum eſt ꝙ ambe videntur habere eandem virtutem: ſed non ſunt eedem. Auic. in. ij. canoñ. in ca. de ribes ait. ineſt ei virtus acetoſitatis citri agreſte. ⁊ fit in Damaſco ſirupꝰ de ribes qui defertur ad nos ⁊ vtimur ipſo.

Rob de agreſta modus eius eſt ſicut rob de ribes ſed in vſu non eſt.

Rob de cornibꝰ valẽs ſicut rob de agreſta. ℞. ſuci corniũ. ⁊ ꝓprie qbus ẽ mediatio iter maturitatẽ ⁊ acerbitatẽ ⁊ opatio eiꝰ ẽ ſicut rob. de ribes.
¶ Cornu eſt fructus ſimilis oliue: ſed oblõgius apud nos in hortis naſcitur. hoc apud Dia. vocatur carnea arbor. i. cornea. ſemen habet ſimile oliue ſed paulo oblongiꝰ ⁊ viride: qḋ cum maturuʒ fuerit ob ruffi coloris eſt. exiſtimãt qdã ꝙ iſte ſit fructus q apud Aui. in. ij. canoñ. vocaꝛ. mauran. Ouidius metha. primo ait. Corna ꝗ ⁊ in duris herẽtia mora rubetis: ⁊ Virgi. Victũ infelicem bacas lapidoſaqꝫ corna. Dant rami.

Rob de ſumach nõ eſt i vſu: ſumach ſm Aui. aliud eſt coraſceni: ⁊ aliud eſt ſeni minus coraſeno rubeum: lentis ſĩitudinem habẽs: ⁊ eſt conueniẽs ei cui conueniunt acatia: ⁊ roſa ⁊c. Sera. ca. de ſumach dicit ex auctoritate Dia. ſumach ſũt qdã q noiant ipm adiuratio ⁊ eſt ſumach cibus in arabico ⁊ eſt planta ꝗ dr ros barſodiſticos: ⁊ eſt in arabico ſumach corioꝝ: ⁊ eſt arbor naſcẽs in locis ſaxoſis: cuiꝰ lõgitudo ẽ duoꝝ brachioꝝ folia habẽs oblõga: quoꝝ color vergit ad rubedinẽ ſanguinis grana hʒ in magnitudine lẽtiſci aliquãtulũ lata. iuuamentũ eius eſt in cortice granorũ Gal. melius qḋ eſt in tota arbore ẽ cortex grani eiꝰ ⁊ ſucꝰ eiꝰ ſm circa inſtãs eius granum per quatuor annos ſeruatur.
¶ Rob de moris ſceni. i. moris celſi non eſt in vſu.
¶ Sectioni de ſirupis ⁊ robub ſecundum intentionem diui Meſue ⁊ aliorum doctorum hoc loco finem imponimus vertamus modo ſermonem noſtrum in ſectionem de decoctionibus. Illuminet igitur ſenſus ⁊ corda noſtra ille qui eſt lux veritas ⁊ vita.
¶ De decoctiõibus ſm diuũ Meſue ac alios doctores.

Decoctio capillorum ve. Meſue. in ſuo antidotario. ℞. capil. ve. ℥. i. ſ. fumiterre. ℥. i. lupuli violarum ſiccarum ana. ʒ. viij. prunorum numero. xl. iuiube numero. xx. coquantur in lib. iij. aque cum facilitate vſqꝫ dum redeant ad lib. i. ⁊ proijce in ea caſſie fiſtule: mundate a cortice ſuo. ℥. iij. tamarindoruʒ. ℥. ij. ſiracoſt. ℥. i. reubarbari boni. ʒ. iij. fricetur manibus ⁊ coletur ⁊ ꝓpinet in in mane: ⁊ qñqꝫ ponitur loco aque ſeri caprini. i. aque lactis vel caſei lib. iiij.
¶ Decoctio vero eſt apozima diuerſaꝝ medicinarũ. ſ. aq̃ in qua medicine coquunꝛ. idẽ in ca. de tuſſi humida hʒ vnã aliam deſcriptionẽ: ſed non eſt eadẽ in fine decoctionis dicit: ⁊ ſi volueris accipe ex hac decoctione lib. ij. ⁊ cũ meibueg. i. vino cocto ⁊ zuccari. ℥. x. fiat ſirupꝰ ⁊ ꝑ iſta verba que dicit Meſue exiſtimant: quidã ꝙ ex illa decoctiõe põt fieri ſirupus de capillo veneris.
¶ Capillus veneris apḋ Aui. in ſcḋo cañ. vocaꝛ beſcegnaſcen. ⁊ dicit ꝙ eſt coriãdrũ putei ⁊ ꝑſice ẽ beſcegnaſcen. ⁊ ſiriace ẽ capillus porcinꝰ: ⁊ arabice ẽ capillꝰ algul. Iſidorus dicit capillum veneris vocatũ ſiue ꝙ elapſos poſt alopiciam capillos recreat. vel ꝙ capillorũ fluores coerceat vel ꝙ ſit virgulis nigris leuibus cum ſplendore quaſi capilli eius ſpẽs ſm modernorũ opinionem ſunt tres. ſ. capillus veneris q ſatis eſt notus. politricum qḋ herba eſt que in puteis reperitur. ⁊ adiãthon qḋ ſimilitudinẽ hʒ capillorum veneris. ⁊ hec iuxta foſſos reperiꝛ. ⁊ ſic iſte tres ſpẽs in virtute differunt parum abinuicem.
¶ Siracoſt eſt ſpẽs mãne ſicut apparet apḋ Aui. in ſecundo cañ. in ca. de mãna: ⁊ dicunt quidã ſapiẽtes ꝙ ſiracoſt eſt deterior alijs ſpẽbus manne.

Decoctio de epithimo ſm Raſiʒ in nono almãſoris i ca. ḋ melãcolia. ℞. mira. idorũ. ʒ. x. polipodij. ʒ. v. ſene. ʒ. viiij. turbith. ʒ. iiij. ſticados. ʒ. x. paſſulaꝝ enucleataꝝ. ʒ. x. epitimi. cretẽſis. ʒ. x. oia excepto epithimo in tribꝰ libris aque coquẽda ſũt donec ad vnã librã ⁊ mediã redeãt. ⁊ cũ hoc factũ fuerit addaꝛ epithimũ ⁊ illico ab igne remoueãtur ⁊ dimittãtur donec infrigidari ceperint cumque ĩfrigidata fuerint manibus fricata. colentur ⁊ vſui reſeruentur.
Hec decoctio de epithimo ſm aliquos. eſt illa de qua intellexit Raſis in hoc nono in cap. de emorroidibus ⁊ fiſtulis. ⁊ ragadijs in fine confectionis de ſcoria ferri. cum dixit. conficiatur cum apozimate emblicorum. ſicut in capitulo de melancolia nominamus. ſed ſi bene conſideremus iſta non eſt apozima emblicorum. de quo Raſis intelligit. quia ibi non ingrediuntur emblici. verum potius apozima de qua intelligere debemus. eſt illa que ponitur a Raſi. in fine dicti capituli de melancolia. in deſcriptiõe electuarij letificantis in qua ingrediũtur mirabolani. chebuli. ⁊ emblici hoc modo. ℞. mira. che. embli. ana numero. xx. terantur. ⁊ in tribus lib. aque coquantur donec ad vnam redeant. ⁊ colentur. ⁊ profecto de iſto apozimate intelligere debemus. vt volunt ſapientes. ⁊ eam ponere in dicta confectione de ſcoria ferri ⁊ non decoctioneʒ de epithimo que non cõuenit. ⁊ in caſu. lʒ in declaratione dicte confectionis. dictum ſit debere intelligi decoctionem de epithimo ſuperius ſcriptam.

Decoctio cõmunis ſm magiſtrũ Petrũ de tuſſignana in cap. de paraleſi. tremore. tortura. ⁊ ſpaſmo de repletione. ℞. ordei. ℥. iiij. prunorum numero. xij. liquiritie. tamarindorum. aniſi feniculi ana. ℥. ſ. aque lib. iij. buliant ſil vſqꝫ ad ꝯſumptionem tertie partis lento igne. ⁊ conſeruetur.
Hec decoctio apud nos eſt multũ in vſu. ſʒ ſũt ex hoibꝰ q faciũt ipſã ꝑ aliã ſm voluntatẽ doctorũ. ⁊ ſi ſm iſtã deſcriptionẽ facere volueris addãtur in fine decoctionis iã dicte bugloſe ⁊ boraginis ana. parũ ⁊ vſui reſꝟua. ⁊ q̃nto recentior tanto melior. in ãpullis de vitro mellꝰ ꝯſuaꝛ: Iſido. dicit ꝙ ampulla ẽ dicta q̃ſi ampla bulla. ſilꝭ eſt eniʒ in rotũditate bullis ꝗ ex ſpũis aq̃rũ ſiũt. atqꝫ ita iſlanꝛ vẽto.

Decoctio pectoralis ſm Bart. montagnanã in ſuo antidotario. ℞. caricarũ pinguiũ. i. ſicuũ ſiccarũ. ʒ. vi. dactilorũ pinguiũ. praſſij. ʒ. i. ſeminis apij. feniculi paſſularũ. capillorũ veneris. yſopi. liquiritie ana. ʒ. v. coquãtur oia in lib. xiiij. aque vſqꝫ ad ꝯſũptionẽ medietatis. ⁊ coleꝛ. ⁊ fiat decoctio.
Hec decoctio fit ex varijs intentionibꝰ. ſunt qdaʒ qui faciunt ipſã magiſtraliꝛ. ⁊ ſunt qdã qui faciũt ipſã ſm aliã deſcriptionẽ ſicut ẽ intentio medicorum.
De trociſcis ſm ſniaʒ dñi Meſue ⁊ aliorũ doctorum.

Onfectio gallie muſca. ℞. xiloaloes crudi bõi ⁊ electi. ʒ. v. ãbre. ʒ. iij. muſci bõi. ʒ i. glutis. draganti. ʒ i. gũmi dragãti. ⁊ aq̃ roſate quãtũ ſufficꝛ ad miſcẽdũ ea. fiãt troc. ſimiles folij mirte ⁊ ſigillẽtur ⁊ reponanꝛ in vaſe vitri. ⁊ adminiſtrẽtur. ⁊ apḋ alios diſſoluaꝛ ambra i vaſe vitreo cũ oleo de ben pauco. ⁊ ꝯſiciantur cetera cum eo.
Hec confectio apud apothecarios eſt multum in vſu. ⁊ maxime ſecundum iſtam deſcriptionem. ⁊ dixerunt ſapiẽtes ꝙ iſta deſcriptio debet poni in confectionibus ac electuarijs ꝗ ſũt ex auctoritate ipſius meſue Nicolaus i ſuo antido. hʒ aliam deſcriptionẽ cõfectionis gallie muſcate ꝗ etiã ẽ in vſu. ⁊ ſapiẽtes dixerũt ꝙ etiã ſm illã deſcriptionẽ dʒ fieri ⁊ adminiſtrari in cõfectionibus ac alijs ꝗ ſunt ex auctoritate Nicolai ſunt ex hoibus q vocãt trociſcos de gallia muſcata meſue. ⁊ dicũt ꝙ gallia dr a q̃dã ꝓuincia ſic noiata Gulꝛ. placẽtinus inquiꝛ. gallia dr a q̃dã herba ꝗ galla odorifera appellaꝛ Sera. de gallia ca. facit. ⁊ dic ꝙ ẽ ſuch. Raſis in nono almãſoris deſcribit trociſcos muſcatos. ſed non ſunt idem. de quibus infra.

Trociſcus aũt dr a trocos qḋ ẽ rota. qr trociſcꝰ ẽ factꝰ ad modũ rote. Simon Januẽ. ingt trociſcꝰ dictꝰ a trocos greco qḋ ẽ rota vel aliqd ſile rotũdũ. Meſue dicit ꝙ fiãt tro. ſiles folijs mirthi hodierni apothecarij ñ faciũt ipſos illo mõ. ſʒ faciũt ad modũ rote currẽtis. vt ẽ notũ. me. dicit ꝙ predicti troc. debẽt ſigillari. liber ãt q dicitur bulchaſiʒ in tractatu ſcḋo docet modũ faciẽdi ſigillũ quo ſigillãtur trociſci. ⁊ fit ſigillũ ex ligno ebani aut buxi. aut eboris aut alteriꝰ rei. ¶ Oleũ de ben. i. de granis bẽ qḋ vocaꝛ balaninũ ⁊ nõ muſcelinum vt quidã putauerũt eius faciendi modum ponit meſue de quo infra.

Confectio gallie ſebeline nõ ẽ in vſu. tñ igreditur in ꝯfectiõe aromatici nardini. ſed loco eius ſunt qui ponunt galliam muſcatam.

Confectio gallie aleſangine. ⁊ ẽ eiꝰ iterꝑtatio ḋ aromatibꝰ. ⁊ ẽ illa de q̃ antiq ꝯſiderant. ⁊ de qua plurimũ loquunꝛ. ℞. bonoꝝ emblicorũ ablectis oſſibꝰ. ℥. iiij. cõteranꝛ cõtritiõe groſſa. ⁊ ponantur in vaſe vitreo ⁊ fundatur eos aque roſate bone ⁊ electe infuſionis roſarum ſiccarum ⁊ corticum citrorum lib. ſ. ⁊ ſtringatur os vaſis ⁊ dimittatur per dies tres: deĩde fundãtur in eis aque predicte infuſionis. ℥. iiij. ⁊ in craſtinum fiat ſilr vſquequo emblicorum virtus in aq̃ ipreſſa ſit. tũc vero. ℞. ligni aloes boni. ʒ. viij. ramic. ℥. i. ſ. roſarũ. ʒ. x. gariofi. ʒ. x. ſpice inde. ʒ. ſandali citrini aromatici ʒ. iiij. gummi ara. ʒ. vi. teranꝛ omnia ſicut alcohol. i ſubtiliter: ſicut ſunt athomi ſolares ⁊ fundaꝛ ſup ea paꝝ ſuci iſuſionis ꝑdicte ẽblicoꝝ ⁊ terãꝛ cũ eo vſqꝫ dũ totũ i eo paulati fũdaꝛ vltio ṽo aromatizeꝛ cũ. ʒ ſ. camphore ⁊ ambre. ʒ. ij. muſci boni. ʒ. ij. fiant inde trociſci ⁊ ſigilleꝛ. ſicut diximꝰ ⁊ ponatur in vaſe vitreo ⁊ adminiſtrentur.
¶ Hec confectio iſtius gallie ſm intentionẽ Meſue eius interpretatio eſt de aromatibus ꝗ apud nos eſt in vſu. Liber qui dicitur bulchaſis docet modum faciẽdi trociſcos de gallia ⁊ inquit: ſi vis facere trociſcos alios de ſuch. i. gallia: ſed non ſunt idem. infra ait. quando auteʒ tranſiuerit ſuper eos annus erit gallia bona: ⁊ quanto amplius tẽpus habuerit tanto erit gallia melior ⁊ gallie quatuor ſũt ſpecies. ſ. gallia ex muſco ⁊ gallia ex ventribus ⁊ ex corio ⁊ ex aqua operatio. gallie ex muſco eſt illa quam dixi: ⁊ iterabo operationem eius breuiter quando ramich fuerit ſiccum ⁊ eſt ꝙ accipias ex muſco ⁊ teras ipſum per ſe: ⁊ terras ramich per ſe ⁊ cribra cum cribro medioeri ⁊ ꝓiice ſuper ipſum muſcum ⁊ malaxa in vaſe quod arabice dicitur ſalachia cum oleo de cheiri aut zabath: ⁊ fac trociſcos ⁊ exiſtimant qdã ſapientes ꝙ iſti trociſci ſũt illud qḋ nos zebeth vocamus. Simon Januenſis inquit. in littera gallia muſcata dicebat iudeꝰ vocari zebeth arabice nos ſenetam vocamus ⁊c.

Confectio trociſcorũ diarodon. ℞. foliorũ roſarũ rubearum aur. vj. ſpice aromatice. i. nardi aur. ſ. ligritie aur. iij. ligni aloes aur. ij. ſpodij aur. i. croci aur. ſ. maſticis. ʒ. ij. confice cum vino albo. ⁊ fiant inde trociſci.
¶ Trociſci diarodon ſecundum Mattheum ſiluaticum ſunt trociſci de roſis: tamen ſecundum intentionem Meſue aliud ſunt troc. diarodon: ⁊ aliud ſunt troc. de roſis: vt apparebit quod ipſe Meſue aliã deſcriptionẽ facit. ⁊ ḋ hac debẽt fieri due deſcriptiões quarũ vna ẽ iſta dñi Meſue: que ſolum debet adminiſtrari in ſuis confectionibus vt ẽ in diarodon. ⁊ in electuario de gẽmis: ⁊ in alijs. Alia vero deſcriptio eſt ex auctoritate Nicolai. ⁊ illa debet adminiſtrari in ſuis confectionibus vt docet ipſe Aui. in qnto canonis habet trociſcos de roſis nominatos diarodõ: ſed non ſunt in vſu.

Confectio troc. de roſis. ℞. foliorũ roſaꝝ. ʒ. x. ligritie. ʒ. v. ſpice aromatice. i. nardi. ʒ. ij. ſ. cõfice cũ vino albo. ⁊ ſi laxatiuũ facere volueris addé ſcamonee. ʒ. iij. ⁊ reſeruentur.
¶ Iſti troc. ſunt illi quibus nos vtimur. idẽ iferiꝰ hʒ vnã aliã deſcriptionẽ: ſed hec eſt nobilior illa. Aui. in quito canonis hʒ multas deſcriptiones: quaꝝ pria deſcriptio ẽ de roſis vniuerſalis. ſcḋa eſt de roſis aſclepiadis. tertia ẽ ḋ roſis cum ſcamonea: ⁊ iſte eedem ſunt cum illis dñi Meſue addendo ſcamoneã: vt dicit ipſe: alij faciunt cum ſpodio: alij cum ſpica: ⁊ ſic de ſingulis: ſed non ſunt in vſu. Raſis in nono almãſo. in ca. de his que cõfortãt ſtomacuʒ. ⁊ ciboꝝ ꝑficiunt digeſtionem. habet vnã aliã deſcriptionẽ ⁊ i decimo Almanſoris in ca. de quottidiana ꝗ vocaꝛ flegmatica habet vnã aliam deſcriptioneʒ quã nominat de roſis completis: ſed non eſt in vſu.

Confectio troc. de roſis ⁊ de eupatorio. ℞. folioꝝ roſaꝝ. ʒ. viij. ſpice. ʒ. iij. rauedſeni. i. reubar. ʒ. iiij. ſpodij. ʒ. i. ſ. ligritie. ʒ. iij. ſ. ⁊ ſuci eupatorij. ʒ. x. fiant troc. cum tereniabin. i. mãna.
¶ Hec deſcriptio iſtorum trociſcorum de roſis ⁊ de eupatorio apud nos eſt multum in vſu. roſa flos eſt ſatis notũ Pli. ait. roſa naſcitur ſpina verius q̃ʒ fructice: i cibo quoque prouenſens illic etiam iocundi odoris q̃ʒ vis anguſti ſecundum circa inſtans roſa ſicca ⁊ viridis competit vſui medicine ⁊ eſt magne efficacie. ſpecies autem roſe ſunt multe. nam eſt roſa aſini que neremiſch dicitur ſiue peonia: ⁊ eſt roſa regia. i. ſtraphiſagria: ⁊ eſt roſa vinee. i. flos ſpine ⁊ albe: ⁊ eſt roſa zamen. i. maluauiſci: ⁊ eſt roſa perſica. i. rubea: quoniam a ꝑſia habuit ortum. ⁊ eſt roſa canina. i. planta in cuius radice naſcitur fungus ex quo fit ſpoquiſtidos: ⁊ eſt roſa marina que apud quoſdaʒ corona mõtis ſiue roſis marini dicitur. ⁊ ſic de ſingulis.

Trociſci de roſis. ℞. roſaꝝ. ʒ. iiij. ligni aloes. ʒ. ij. maſticis ʒ. i. ſ. ſpice. ſ. nardi. cĩamõi. caſſie lignee. florum ſquinanti ana. ʒ. i. fac troc. ʒ. ij. cũ vio antiquo ⁊ aqua decoctionis radicum.
¶ Iſta vero deſcriptio apud nos nõ eſt in vſu. ſed illã qua vtimur. ſupraſcripſi. Meſue ingt quod ꝑdicti troc. debẽt fieri cum vino ⁊ aqua decoctionis radicum. ſed nõ ſpecificat ꝗ ſint ille radices que debẽt poni: ſed ſapiẽtes credunt ꝙ qñ ſimpliciter reperitur radicũ intelligitur de quinqꝫ que ſũt ꝓprie iſte. ſ. feniculi. apij. bruſci. petroſelini ⁊ ſpagi ⁊ ſic iſte qnque radices debẽt bulire in aq̃. ⁊ de illa aq̃ que erit decoctio debent fieri predicti trociſci.

Sucahal ertiꝛ. ⁊ eſt gallia magna ſiue regalis. ℞. ſuci albelach lib. vnã buliat. ebulitiõe vna. deinde coletur ⁊ proijciatur ſuper ipſum gallarum recentium contritarum contritiõe vltima. ℥. iij. ⁊ buliat donec fiant ſicut mel currens. deinde. ℞. foliorum roſarum ℥. ſ. cardamomi. lingue auis. i. ſeminis fraxini. gariofilorum. nuciſmuſcate. maſticis ligni aloes añ. ʒ. vij. ſ. darſeni. ʒ. iij. ſãdali. mahazari. i. citrini. ʒ. v. croci. ʒ. v. gũmi ara. ℥. i. terantur ⁊ cribelentur: ⁊ miſce cum predictis. ⁊ expãde ſuper marmore inuncto oleo amigdalarum donec ſiccetur. deinde puluerizetur ſicut alcohol. ⁊ aromatizetur cum muſci auꝛ. ſ. deinde cum aqua roſata fiãt trociſci ſubtiles ⁊ ſiccentur in vmbra.
¶ Hec deſcriptio iſtius gallie non eſt in vſu ſm intẽtionẽ meſue eſt gallia magna ſiue regalis. i. iperialis.
¶ Albelach ſm multos ſunt dactili immaturi. Supra poſui ſirupũ de albelach. ⁊ ibi oſtendit ꝙ Aui. in ſcḋo cañ. i ca. de gallia ingt. gallia vera ẽ ſinia facta ex emblicis nũc autem quoniã illud eſt difficile ſumitur pondus ipſorũ ḋ gallis ⁊ albellam. quod ẽ albelach. vt dicit gentilis. ⁊ ſũt ꝓprie dactili immaturi.
Darſeni eſt cinamomum groſſum. ſed lumen apothecariorum vel verius tenebra exponit quod eſt cinamomum electum quod non eſt ſicut oſtenſum fuit ſupra in confectione de cinamomo.

Confectio ramich ꝗ eſt medicina cõpoſita. ⁊ recipitur in alijs medicinis. ℞. ſuci herbe acetoſe. ℥. xvi. buliat ebulitione vna cũ. ℥. i. roſarũ ⁊. ℥. ij. granorũ mirtilorũ. ⁊ coletur. ⁊ miſce cũ eo gallarũ recẽtiũ ⁊ humidarũ tritarũ vltima cõtritione. ℥. iij. ⁊ coquatur adhuc deinde pulueriseꝛ ſup ea foliorũ roſarũ. ℥. i. ſãdali mahazari. i. citrini. ℥. i. ⁊ quarta. i. ʒ. iij. gũmi arabici. ℥. i. ſ. carniũ ſumach. i. roris ſiriaci. ſpodij ana. ʒ. viij. ſuci agreſte. ʒ. vij. ſuci granorũ mirti tritorum cõtritione vltima. ʒ. iiij. ligni aloes. gariofilorum. macis. nuciſmuſcate ana. ʒ. iiij. inuoluantur omnia ſimul. ⁊ expande in ſcutella lapi-

dea vſq; du₃ ſiccetur. deinde tere ſicut alcohol.i. ſubtiliter ſicut athomi ſolis. ⁊ cū cāphore aure .i. ⁊ aqua roſata fac troc. ſubtiles ⁊ exſicca i vmbra. ⁊ apud alios loco ſuci acetoſe ponit̄ ſuci citonioꝝ acetoſorū imaturorū tātūdē. ⁊ q̄dam ſunt qui aromatizant cum muſci.ʒ. vnius quarta.

¶ Hec cōfectio ramich ſeu trociſci ď ramich ⁊ apđ nos ē multū in vſu: ⁊ vtimur multū in alijs ꝯfectionib⁹ ſ₃ ďſcriptiones ipſius ſūt diuerſe ſm̄ diuerſitatē medicoꝝ. nā ei⁹ deſcriptio reperit̄ etiā apud Sera. in ſuis ſimplicib⁹: q̄ ſic ait. ramich eſt gallia ſeu materia ex qua ſit gallia: ⁊ dicit ꝙ accipit̄ ex multis ſpēbus: ⁊ aliquādo accipitur ex dactilis imaturis: ⁊ aliquādo accipit̄ ex galiis: ⁊ aliquādo accipit̄ ex corticib⁹ granatorū ⁊ ex herbis aſperis ⁊ oēs ſpecies ei⁹ ſūt frigide ⁊ ſtiptice ⁊ ipſū ē radix ſuch. i. gallie ⁊c. Inferius docet modū faciēdi: ſed non ē ſimilis iſti. Meſue liber q̄ dr̄ albuchaſis in tractatu ſecūdo habet vnā aliā deſcriptionē que ſit ex paſſulis bonis rubeis ⁊ alijs: ſed non ſit. nobilior vero omnium eſt hec. ď. Meſue.

¶ Meſue igit: ſuci herbe acetoſe. i. lapacij acuti q̄dā crediderūt ꝙ eſſet ribes: ſed nō ē: ſi autē habere nō poteris ſucū acetoſe pōe ſucū citoniorū immaturorū ad pond⁹ eorū₃.

Trociſci de camphora. ℞. foliorū roſarū. ʒ. iiij. ſpodij. ʒ. ij. ſādalo. citri. ʒ. ij. ſ. croci. ʒ. i. liquiritie. ʒ. ij. ſeminis citrulli. melōis cucumeris ⁊ cucurbite: dragāti: gūmi. ſ. gūmi ara. ſpice añ. ʒ. i. ligni aloes: cardamomi: amili. i. amidi: cāphore ana. ʒ. i. partes duas ſcilicet. ℈. ij. zuccari taberzet. i. albi. ⁊ terenſabin. i. māne añ. ʒ. iij. cōfice cū mucillagine pſilij: ⁊ aqua roſata.

¶ Hi trociſci apud nos ſunt in vſu. ⁊ maxime ſecundum iſtam deſcriptionem Aui. in q̄nto canonis habet quinq; deſcriptiones: ſed non vtimur illis etiam. Raſis i decimo almanſoris in capitulo de febre ethica habet vnā aliā deſcriptionem: ſed non eſt in vſu.

¶ Camphora ſm̄ Auic. ⁊ Sera. eſt gūmi arboris. ſed Serapi. de ipſa melius loquitur dicens. ꝙ camphora eſt gūmi arboris naſcens in partibus illis. ⁊ eſt gummi maculati coloris rubei ⁊ lignum eius eſt album tenerū quaſi velit fieri nigrum. ⁊ camphora reperitur in corde ligni arboris in pecijs ligni que ſunt ibi intus extenſe. Auerrois in quinto colliget dicit. ambra eſt vna ex ſpēbus cāphore q̄ oritur in fontibus maris.

¶ Modus faciendi mucillaginē pſilij qđ ē ſemē factū ađ modū pulicis op₃ ꝙ accipiat̄ pſiliū ⁊ mūdetur a ſordibus ſuis in pōdere lib. i. ⁊ poſtea ponat̄ ſupra ipſum aq̄ calide lib. iiij. aut minus. ſm̄ ꝙ tu volueris magis vel min⁹ pinguem mucillaginē. ⁊ dimitte per noctē in mane vero calefacias parum predictum pſilium cū aq̄ poſt hoc pone ipſū in pecia. vl' ſaculo facto ex tela lini forti noua ⁊ groſſa ⁊ ſtrīge os ſuū cū ligamēto fortiter ne aliq̄d de pſilio lubricet extra. deīde fortiter exprimat̄ tantū ꝙ ibi nihil de mucillagine remaneat. ⁊ vtere vbi oportet.

Trociſci de Reubarbaro. Recipe raued boni. i. reubarbari. ʒ. x. ſuci eupatorij. ʒ. iiij. roſarum. ʒ. iij. ſpice aniſi. rubee tinctorum. ſeminis apij. abſinthij. aſſari ana. i. amigdalaꝝ amara. ʒ. iiij. ⁊ fiāt troc. au͞r. i.

¶ Hi trociſci apud nos ſūt multū in vſu: ⁊ maxīe ſm̄ iſtā deſcriptionem Aui. in quinto cañ. habet vnā aliā deſcriptionem que quaſi idem eſt. Raſis in nono Almanſoris i cap. de dolore epatis habet troc. de raued. i. de reubarbaro ſed non ſunt in vſu. Meſue non ponit cum quo liq̄re debeant fieri iſti trociſci. ſed ſcđm quoſdā debēt cōponi cum ſuco de eupatorio. ⁊ ſic conficiuntur.

Trociſci de ſpodio. ℞. ſpodij. ʒ. iiij. roſaꝝ rubearū. ʒ. vij ſeminis portulace. ſuci liquiritie ana. ʒ. ij. confice cū mucillagine pſilij ⁊ fac trociſcos. ʒ. i. ⁊ da cū ſuco maligranati. ⁊ alij addiderūt q̄tuor ſeminū gūmi ara. draganti. croci ana. ʒ. i. ſ.

¶ Iſti trociſci ſunt in vſu. ⁊ maxīe ſcđm iſtā deſcriptionē ipſe meſue dicit qđ debent fieri predicti trociſci ex illis q̄tuor rebus iferius vero ait. qđ alij addiderūt q̄tuor ſeminum. i. quatuor ſemina cōia frigida maiora. gūmi ara. dragātum ⁊ crocū. ⁊ ſic debent fieri. quia ſūt multe efficatie Auic. in quīto cañ. habet vnā deſcriptionē. ⁊ dicūt troc. de ſpodio cū terenſabin. ⁊ ſūt q̄ſi idē. Raſis in. 9. Almāſoris in ca. de fluxu vētris h₃ vnā aliā. ⁊ in decio almāſoris in ca. de febrib⁹ ex q̄b⁹ accidit frig⁹ ⁊ calor ſimiliter habet vnā aliā. ⁊ in eodē tractatu in cap. de febre ethica h₃ vnā aliam. ſed non ſunt in vſu.

¶ Spodiū ſm̄ Aui. in ſcđo cañ. eſt radix cannarū aduſtarū Auer. autem in quinto colliget. dicit tñ baiſir. i. ſpodiū carbo eſt nodorū arundinū aduſtarū. nos v̄o loco ſpodij vtimur oſſe elephantis cōbuſto. de quo circa inſtans ait. ſpodium os eſt elephantis cōbuſtum. elefas habet oſſa ſolida. vt ſunt dētes. ⁊ illa nō cōburuntur. ſed ad diuerſa officia ⁊ artificia ſeruantur. ſophiſticantur ſepe ex radice cuiuſdam cāne cōbuſte. q̄nq; ex oſſibus canis cōbuſtis. q̄nq; ex marmore cōbuſto. ſed hoc nimis ponderoſū ē. vnde eligēdū ē ſub albidū ⁊ valde leue ⁊ groſſū. q: in puluere facile adulteratur ⁊ vix cognoſcitur.

Trociſci de ſpodio cū ſemine acetoſe. ℞. roſarū rubearū. ʒ. xij. ſpodij. ʒ. x. ſei₃ acetoſe. ʒ. vj. ſeminis portulace. ſcis coriādorum iſuſorū in aceto ⁊ torrefactoꝝ. ⁊ pulpe ſumach añ. ʒ. ij. ſ. amili. aſſi. balauſtiarū berberoꝝ añ. ʒ. ij. gūmi ara. aſſi. ʒ. i. ſ. ꝯfice cū ſuco agreſte.

Iſti troc. etiam in vſu ſūt Aui. in quinto cañ. hab₃ iſte. troc. de ſpodio cū ſale acetoſe. ſed idē non ſunt.

Coriandrum eſt ſemen ſatis notum. Infuſorū in aceto. i. preparatorū. modus terrefaciendi coriandrum o₃ calefacere patellam ad ignem. deīde ſupra ſemē coriādri ponatur. ⁊ cū aliquo inſtrumēto miſceat̄. ⁊ hoc facias tātū ꝙ ſit bene torrefactum. ⁊ vtere vbi oportet.

Gūmi arabicum ſm̄ Sera. ex auctoritate Dia. eſt gūmi quod reperit̄ ſup arborē acatice ſicut alie ſpēs gūmi. ⁊ melius ex eo ē illud qđ ē ex hac arbore qđ ē ſile vermiculis i figura ſua. color eius eſt ſicut vitrum clarum. ⁊ non h₃ lignum. Modum aſſandi ipſum docet liber q̄ dr̄ bulchaſis in tractatu ſecundo. ⁊ eius mod⁹ iſte ē. accipiat̄ gūmi arabicum ⁊ frangatur in fruſta ad magnitudinem orobi. deinde accipiatur patella ⁊ calefiat. ⁊ auferatur ab igne. ⁊ ponatur ſuper ea gūmi arabicū ⁊ miſceatur bene ſine itermiſſione donec albeſcat. ⁊ ſi nō albeſcit pria vice fiat iterū vt prius donec fiat album. eodem mō de dragāto ac gummi amigdalarum dicendum eſt.

Trociſci de berberis. ℞. berberorū aut ſuci eorū ſpodij. ſuci. liquiritie. ⁊ ſeminis portulace añ. ʒ. iij. roſaꝝ. ʒ. vi. ſpice. croci amili. i. amidi. draganti ana. ʒ. i. ſeminis citruli. ʒ. iij. ſ. cāphore. ʒ. ſ. confice cu₃ terenſabin. i. manna.

Iſti troc. apud nos ſunt in vſu: maxime ſecundum iſta₃ deſcriptionem. q: idem inferius deſcribit vnam aliam deſcriptionem ſed iſta eſt nobilior Aui. in q̄nto cañ. h₃ ſeptē deſcriptiones que in vſu non ſunt. ēt Raſis i nono almāſoris in ca. de dolore epatis h₃ vnam aliā deſcriptionem que non eſt in vſu.

Berberi apud Aui. in ſecundo cañ. nominantur amirberis ⁊ apud Dia. vocant̄ oxiachantos. i. ſpina acuta. ⁊ ē arbor que in partibus noſtris iuxta aquas naſcitur eius fructus exprimitur. ⁊ ſit ex eo vinum. quod apud herbaticos dicitur vinum de criſpino. etiam apud modernos ex ſuco ipſius ſit litium. ⁊ ſcđm multos hec ē arbor maligranati ſilueſtris que a ⁊ era. darſiſahā vocat̄. Sapiētes habent hoc pro ſecreto.

Citrullus ē cucumer. cui⁹ forma lōgior ⁊ maior ē nr̄o ⁊ ſunt q̄ loco ei⁹ ponūt ſemina cucumeris vſualis: ille v̄o q̄ de nouo ſcripſit dicit ſeminis citrulli añ. ʒ. iij. ſ. ille textus huius tenebre eſt falſus. nā regula ē inter medicos ac apothecarios ꝙ ana ſignificat duas vl' plures res eē acceptas ſed hic non intelligit̄ niſi ſemē citrulli. quapropter illa dictio ana non conuenit.

Trociſci ď abſinthio. ℞. roſa. abſinthij. aniſi añ. ʒ. ij. raued. i. reubarba. ſuci eupatorij. aſſari. apij. amigdalarū amararū. ſpice maſticis. ⁊ folij añ. ʒ. i. fac troc. cum ſuco endiuie.

Iſti troc. in vſu ſunt. ⁊ maxīe ſm̄ iſtā deſcriptionē Aui. in quinto canonis habet duas deſcriptiones. ſed nulla earum eſt eadem huic.

¶ Abſinthium ſm̄ Dia. eſt notū. cuius ꝓbabilius eſt ponticum ⁊ capadocium naſcens in montibus. vñ nomen accepit a terra. infra habentur due alie ſpēs. Pli. dicit plura ſunt eius genera ſandonicum appellatur a ciuitate gallie ponticum de ponto. vbi pecora illo pingueſcūt. ⁊ ob id ſine felle reperiuntur. neq; aliud preſtantius multum italico amarius. ſed medulla pontici dulcis. ſed illud abſinthium quod hic intendimus eſt abſinthium ponticum vel romanum vel commune. quod ſatis eſt notum.

¶ Folium. i. malabatrum. raro inuenitur. ſed loco eius ponimus macem. aliquando ſpicam.

Trociſci de eupatorio. ℞. terenſabin. i. māne. ſuci eupatorij. añ. ℥. j. roſarum. ℥. ſ. ſpice. i. nardi. ʒ. iij. raued. i. reubar. aſſari. i. aſſarebacare. aniſi. ana ʒ. ij. ſ. ſpodij. ʒ. iij. ſ. fac troc cum ſuco herbarum.

¶ Iſti tro. ſunt in vſu. Eupatorium vero ſm̄ Guliel. placenti. ⁊ circa inſtans eſt ſaluia agreſtis. ſed hoc videt̄ alienum a ſententia Dia. nam dicit ipſe eupatorium vocant greci radicem agrimonie. eo ꝙ diuretica ſit valde. etiam ſecundum eundem marubium. quidam eupatorium vocauerunt. ſed moderni diſtinxerūt per alias herbas. Gal. in ſexto ſimplicium inquit. caſich ideſt eupatorium. ſed melius eſt dicere gaſith quod idem eſt Meſue inquit. quod predicti troc. debent fieri cum ſuco herbarum. ſed non ſpecificat cum quo ſuco herbarum fieri debeant. ſed ſecundū modernorum opinionem fieri debent cum ſucis qui fiunt ex quatuor herbis. ⁊ ſunt proprie ille que ingrediūtur deſcriptionem ſirupi de biſantijs. ⁊ ſunt iſte endiue. ⁊ apij. ℥. j. lupuli ⁊ bugloſe vel boraginis. ℥. ſ. ⁊ ſimul miſceātur. ⁊ fac troc. de eupatorio ⁊ alios. ⁊ quando non habemus predictos ſucos loco eius ponatur ſirupus de biſantijs.

Trociſci de aniſo. ℞. aniſi. eupatorij. ana. ʒ. ij. ſeminis aneti. ſpice. maſticis. folij. i. malabatri. abſinthij. aſſari. ap j. amigdalaꝝ amara. añ. ʒ. ſ. aloes ſcilicet ſuccotrini. ʒ. ij. confice cū ſuco abſinthij ⁊ apij.

¶ Iſti troc. ſunt in vſu. ⁊ maxime ſcđm iſtam deſcriptionem Auicen. in quinto canonis habet vnam aliam deſcriptionem que quaſi eadem eſt.

Trociſci alij de aniſo ⁊ ſunt de decem medicinis ℞. aniſi. ʒ. iiij. maſticis. ſpice. apij. abſintij romani. aſſari. folij. añ. ʒ. j. amigdala. amara. ʒ. i. ſ. aloes boni. ʒ. ij. ſuci eupatorij. ʒ. iiij. ꝯfice cū decoctiōe abſinthij.

¶ Iſtis troc. vtimur ſub nomine troc. de decem medicinis. ⁊ nominantur de decem medicinis. quia ibi nō ingrediuntur niſi decem ſimplicia ad numerum. Auic. in quinto canonis quaſi in fine habet troc. de decem medicinis. ⁊ idem ſunt. oportet autem ſcire ꝙ quando doctor ſimpliciter ordiat trociſcos de aniſo de pria deſcriptiōe itelligi o₃.

Trociſci de lacca. ℞. lacce munde. ſuci liquiritie abſinthij berberis ſuci eupatorij. raued ideſt reubarbari. ariſtologie lon. coſti. aſſari. amigdalarum amararum. rubee tinctorum. aniſi. apij. ſquinanti ana. ʒ. j. fac troc. de. ʒ. j.

Iſti troc. ſunt in vſu maxime ſm̄ iſtam deſcriptionē. Aui. in quinto canonis habet vnam aliam. ſed eadem non eſt. Raſis in nono almāſoris in capitulo de dolore epatis habet vnam aliam ſed non vtimur illa.

¶ Lacca v̄o eſt gūmi rubicundū quo tincture fiunt. arbor eius eſt in arabia ſilis arbori mirre. dixerūt q̄dā ſapientes ꝙ lacca nō d₃ poni in medicinis ſi abluta nō fuerit. ⁊ eius modum abluendi oſtendi ſupra in confectione dialacce. ⁊ de predicta decoctione. poſſunt etiam fieri iſti trociſci.

Trociſci de terra ſigillata ex inuentione noſtra. ℞. ſanguinis draconis. gummi arab. aſſi. ramich. folioꝝ roſaꝝ ⁊ ſeminū earum. amili. aſſi. ſpodij acatie. ipoquiſtidos. lapidis ematitis. balauſtie. boli arme. terre ſigillate. ſehedenegi coralli. ſ. rubei. charabe. ana. ʒ. ij. margaritarum draganti. papaueris nigri ana. ʒ. j. ſ. portulace. aſſe. cornu cerui aduſti. thuris. gallarum. croci ana. ʒ. ij. fiant troc. cum aqua arnogloſe.

Iſti troc. ſunt in vſu. Terra ſigillata ſm̄ Dia. ⁊ Aui. eſt terra rubea. ſ₃ hodie quidā₃ vtunt̄ vna alia que eſt albi coloris. ſed nō eſt tāte virtutis. Serap. in cap. de terra ſigillata ait. ꝙ eſt ſigillum marinum. quidam ſigillū laice vocāt.

Semen roſe ſm̄ plurimum eſt illud ſemen. quod reperitur in fructu cinoſbatu. Ioānes anglicus in capitulo de fluxu ventris in febre inquit. anthema. i. ſemen roſarum.

Sehedenegi ſecundum Auic. eſt ſemen arboris canapis etiam Serapio in cap. de canape dicit ſchedenegi eſt canapis. ſi autem reperitur ſcriptum ſcedenegi ſine. h. nō eſt idē ſed eſt lapis ematitis. Chriſtoforus de honeſtis ſuper hoc paſſu dicit. ꝙ ſedenegi eſt fumuſterre. ſed hoc mihi nō multum placet. quia ſed ſi diceret ſceheteregi bene eſſet fumuſterre. ſed compoſitor dicit ſchedenegi. quod eſt verum ſemen canapis. ⁊ ſic debet poni.

Trociſci halandahal qui ponuntur in ſera hermetis ⁊ in alijs confectionibus loco coloquintide. ℞. pulpe coloquintide albe ⁊ leuis. ⁊ munde a granis. ℥. x. incidantur cum inciſorio inciſione conuenienti ⁊ fricentur cum. ℥. i. olei roſati. deinde recipe draganti. gummi bdelij. ana. ʒ. vj. infundantur cum aqua roſata per dies quatuor ⁊ conficiantur coloquintida inciſa cum glutino eorum. ⁊ fiant inde troc. ⁊ exſiccentur in vmbra. deinde iterum terantur contritione bona. ⁊ iterum confice cu₃ glutino eorum. ⁊ fiant troc. ⁊ adminiſtrentur.

Iſti troc. ſunt in vſu ſub nomine trociſcorum. Alandahal. ⁊ ſub nomine troc. de coloquintida. ⁊ ſm̄ intentionē ipſius debent poni de ſera hermetis ⁊ alijs cōfectionibus loco coloquintide. ⁊ ſic genrealiter faciunt apothecarij.

Gummi. ſ. gūmi ara. quidam crediderunt ſed non recte ꝙ eſſet gummi bdelij. ſ. lachrimum eius quod non eſt.

Trociſci de ſandalis. ℞. trium ſandalorum ana. ʒ. viij. ſpodij. ſeminu₃ cucumeris. cucurbite. citruli. portulace añ. ʒ. iiij. roſarum. ſ. rubearum. ʒ. vij. camphore. ʒ. i. berberorum aut ſuci eius. ʒ. vj. boliar. ʒ. iiij. confice cum aqua portulace.

Hos troc. nos nō habemus nec ſunt valde in vſu Meſue habet duas deſcriptiones: ſed iſta eſt illa qua magis vtimur.

Sandalus ſm̄ Seraꝑ. defertur ex ſin. ⁊ eſt album rubeum ⁊ citrinum. ⁊ idem Seraꝑ. ex auctoritate iſahac eben amram inquit: ſandalum eſt lignum quod defertur ex ſin: ⁊ ſpecies eius ſunt tres. ſ. album rubeum ⁊ citrinum. ⁊ omnes ſandali competunt vſui medicine. ⁊ ſic hic per trium ſandalorum de illis tribus intelligitur.

Trociſci de ciperis. ℞. zinziberis: heil. i. cardamomi maioris. nuciſmuſcate: cubebe. macis gariofilorum gallie. ſ. muſcate añ. au͞r. i. corticum citri: maſticis: florum ſquinanti. ciperi ſpice. cinamomi: emblicorū extremitatum mirthi ana. au͞r. ij. ⁊ in alio muſci charates. ij. confice cum melle paſſularum ⁊ fiant.

Iſti trociſci ſunt in vſu. Ciperus ſecundum modernorū ſententiam eſt iuncus triangularis in pratis ac iuxta foſſos reperitur. Galienus in ſeptimo ſimpliciu₃ inquit. ciperi vtiles maxime ſunt radices. Circa inſtās in capitulo de cipero ait. eſt autem radix iunci triangularis que in tranſmaritimis partibus naſcitur. eius radix cōpetit vſui medicine per annum ſeruatur. Haliabbas autē in tertio practice ſcripſit ſuadum pro cipero. Differentia aute₃ magna eſt inter ciperum cupreſſum ⁊ ciprum. quia ciperus eſt iuncus triangularis. cupreſſus eſt arbor ex qua fiunt capſule ſic odorif. ri. ⁊ gerit fructum dictum nux cupreſſi. Ciprius etiam eſt arbor que apud arabes alchanna vocatur. vnde oleum de alchanna grece vero vocatur oleum ciprinum.

Charates vl' cherates ſiue chirat eſt pondus ſumptū a ſemine xilocaracte ſiue ſilica. Iſidorus dicit. ſilica vigeſima pars ſolidi eſt ab arbore ſuum vocabulum tenens. Charactes oboli pars media eſt habens ſiliquam vnam ſemis. hinc latinitas ſemibolum vocat. cherates autem grece latine ſilica cornu interpretatur. nos vero vocamus chirat pondus quatuor granorum ordei.

Trociſci de capparibus. Recipe corticum capparis. ſeminis agni caſti. ana. ʒ. vj. nigelle calamenti. ſuci eupatorij. acori. amigdalarum amararum. naſturtij. armoniaci. foliorum ruthe. ariſtologie rotunde. ana. ʒ. ij. ciperi ſcolopendrie ana. ʒ. j. armoniacu₃ diſſolua-

tur in aceto.⁊ aliarum rerum puluis conficiatur cum eo:
ſunt qui duplicant armoniacum ⁊ eſt melius.
¶ Iſti troc.apud no[n] ſunt in vſu.maxime ſm iſtam deſcri
ptionem Auicen.in [q]uinto canonis habet vnam aliã de-
ſcriptionem.ſed eadem non eſt ſed vna deſcriptio que re-
peritur apud raſim in nono almanſoris in capitulo de do-
lore ſplenis videtur quaſi eſſe eadem.
¶ Capparis ſm circa inſtãs cortices radices folia ⁊ flores
competũt vſui medicine.debet colligi cortex in vere.⁊ in
vmbra ſuſpendi ⁊ deſiccari.vel etiaʒ ad ſolẽ.per ſex annos
in multa efficacia ſeruatur.Columella in li.de cultu horto
rum ait.Capparis ⁊ triſtes inule feruleqʒ minaces.

Trociſci de charabe.℞.charabe aur.vj.cornu
ceruĩ aduſti.gũmi.ſ.arabici.coralli.adu-
ſti.draganti.acatie.ipoquiſtidos.balauſtie.maſticis.lacce
papaueris nigri.aſſi.añ.aur.ij.thuris croci.opij.añ.ʒ.j.ſ.
fac trociſcos cum mucillagine pſilij.
¶ Iſti troc.ſunt in vſu.maxime ſcðm iſtam deſcriptionẽ.
Raſis in nono almãſoris in capitulo de mictu ſanguinis
⁊ puris habet vnam aliam deſcriptionẽ.ſed non eſt in vſu.
apud noſtros doctores.
¶ Charabe vel cacabre eſt gummi arboris ſm Auic.⁊ Se
rap.dicte haur romi.⁊ ſm Diaſ.eſt ſpecies populi arboris
iuxta rhodanum fluuium naſcentis ſm Simonem ianu-
enſem electrum eſt.charabe ⁊ eſt gummi arboris dicte agi
ros.apud.Diaſ.⁊ eſt ſpecies populi arboris.Iſido.in capi
tulo de pino dicit in fine.huius arboris lachrima electruʒ
gignit.Bartholomeus montagnana in conſilio de regi-
mine ardoris vrine p medicinalia dicit.adminiſtratio eſt
troc.de charabe ⁊ proprie illorum qui ſcribuntur nono al
manſoris allegato cap.quorum deſcriptio hec eſt.℞.cha-
rabe gũmi arboris tremule ⁊ eſt populus.hic textus Bar
tholomei non videtur ſecurus.nam arbor tremula non eſt
populus.ſed arbor maligranati ſilueſtris vt dicit Mathe
us ſiluaticus.charabe auteʒ dicitur quaſi rapiens paleas.
¶ Corallus eſt arbor naſcens in mari ⁊ eius ſpecies ſecun
dum Auicennam ſunt tres.ſ.albus rubeus ⁊ niger ⁊ mo-
dus combuſtionis ipſorum eſt.vt docet bulcaſis in tracta
tu primo.⁊ eſt iſte.terantur coralli groſſo modo ⁊ ponan-
tur in olla terrea ⁊ ponantur in furno per noctem.ſi bene
comburuntur bene eſt.ſi non autem iterum ponantur do-
nec comburantur ⁊ reſeruentur.

Trociſci de alchechingi.℞.granorum alchechingi
ʒ.iij.ſeminis citruli ⁊ albatheche.cucur
bite añ.ʒ.iij.ſ.boliarmeni.gũmi ara.thuris.ſanguinis dra
conis.papaueris albi.amigdalarum amararuʒ.ſuci liqui-
ritie.draganti amili.granorum pini añ.ʒ.vj.ſeminis apij.
charabe boli.iuſquiami.opij añ.ʒ.ij.⁊ fiant trociſci.da.ʒ.
ij.cum iuleb.aut cum aqua mellis.
¶ Iſti troc.ſunt in vſu.maxĩe ſm iſtã deſcriptionem.⁊ poſ-
ſunt fieri cum opio ⁊ ſine opio ſm voluntatem medicorum.
Auic.in.v.cañ.habet duas deſcriptiones.ſed non ſunt in
vſu etiã Raſis in lib.diuiſionum.in cura medicinarũ vri-
ne hʒ vnã aliã deſcriptionẽ que eadẽ nõ eſt.nec eſt in vſu.
¶ Alchechengi vero eſt ſpecies ſolatri ſicut apparet apud
Diaſ.in cap.de ſtrigno.⁊ ipſa eſt ſcða ſpecies ſtrigni.i.ſo-
latri.eius granum inuenitur in quadam re ſimili veſice ru
bicundũ.⁊ eſt id quod a noſtris ruſticis fiacho vulgariter
dicitur.Haliabbas autem in quarto cap.de electione gra
natorum ſcripſit caquenegi pro alchechengi.Simon ianu
enſis dicit ꝙ troc.diaſiſalidos ſunt trociſci de alchechen-
gi.qð nõ nego.nec affirmo ſicut oñſuʒ fuit in ſiloãtropos
Albatheca ſiue batheca.vt apud Auic.in ſcðo cañ.quid
ſit cõiter ignoratur.Gulielmus lombardus inquit.batheca eſt
quedã ſpẽs melonis.⁊ ſic eſt.ego exiſtimo ꝙ ſit anguria.⁊
ſine dubio ſic eſt.ſicut reperitur apud Guainerium in capi.
de tertiana cõtinua.⁊ eius cura qui inquit.batheca eſt me-
lon magnus qui a venetis vocatur languria.Auenzoar in
cap.de ſahaphat dicit.℞.cucumerũ ſaracenorum.i.anguria-
rum.Simon ianuenſis dicit.batheca arabica eſt melõ ma-
gnus viridis qui anguria a qbuſdã dĩ.⁊ ſic eſt ſm moder-
norum opinionem.eius ſemen vſui medicine competit.
Bolus vel boli quidã falſo putauerunt ꝙ iſte bolus nõ

debet hic ingredi.⁊ dicunt ꝙ eſt bolus ar.quod non credi
tur.nam ſupra in pdictis troc.habet.Recipe boli ar.⁊ in
ferius iterum habet boli.quod indicat.ꝙ idem non ſunt.
Sapientes vero exponũt ꝙ boli ſit terra rubea qua vtun-
tur carpentarij ad ſignandũ ligna.Auerois in quinto col.
dicit balmogra.ideſt bolus cum quo tinguntur muri ſeu
parietes.Item aggregator patauinus dicit.bolum ideſt ſi
nopodia vel macra lutum carpentariorum.vel lutum pi-
ctorum.⁊ ſic eſt.⁊ hec terra eſt quam Auic.vocat macra.
⁊ apud Diaſcori.multa ſinopodia.⁊ apud Serap.dicitur
ſinopodia.⁊ ſic ſi legis illa capitula videbis ꝙ eadeʒ ſunt.
verum moderni loco eius ponunt terram ſigillatam rube
am.quia exiſtimant ipſam eſſe ſpeciem.
Opium ſucus eſt papaueris nigri.vt dictum fuit predi-
cti troc.poſſunt fieri cuʒ opio ⁊ ſine opio.ſi ſine opio face-
re volueris non diminuatur ex illa deſcriptione niſi opiũ.
⁊ tunc dicuntur troc.de alchechengi ſine opio.⁊ debet fie
ri cum aqua mellis.

Trociſci alchadicon in practica Meſue in capi-
tulo ð poliſpo.qui ſit in naribus.Recipe
calcis non extincte.arſenici.citrini añ.ʒ.ij.colcotar.floris
eris.aluminis.ſ.aluminis iameni añ.ʒ.j.gallarũ.chachie.
balauſtie.añ.ʒ.ſ.tere ea in mortario eneo.i.eraminis cum
aceto forti contritione vltima vſqʒ ad quinqʒ dies.deinde
fiant ex eis tro.⁊ cõſeruentur in vaſe vitreo in loco frido.
Iſti troc.apud nos non ſunt in vſu.Ioannes Serapi.
in capitulo de alcola dicit.calidicon ſunt troc.facti cuʒ ar
ſenico.⁊ ſecundum Almanſorem dicũtur achali.quod re-
cipit.tamen Meſue in ſua deſcriptione non habet chali.
verum eſt ꝙ vnam deſcriptionem que reperitur apud Di
num florentinum ingreditur chalide quo infra declarabo
quid ſit ſi deus voluerit.
Calcis ſecundum Auicennam in ſecundo canonis per
calcem ſignificatur cinereitas corporũ lapidoſorũ ⁊ oſtra-
corum natura.illa quidem quam non tetigit aqua.⁊ illa
quam aqua tetigit cum remanet extincta duobus diebus
aut tribus.tunc non adurit.immo calefacit.tamen ablu-
ta quidem eſt ſicca ⁊c.
Arſenicum ſm Dia.naſcitur in metallis vbi ⁊ ſandara-
co verum optimum eſt latiores laminas habens.⁊ aureũ
colorem.⁊ venas ſeparabiles ſe vt ſeparari videãtur mun
dum ſine ſorditie.tale in heleſponto naſcitur.cuius gene
ra ſunt duo.vnum eſt equale ſupradicto ⁊ aliud fuſcũ apð
Auic.ſunt tria genera.ſ.album.citrinum.⁊ rubeum.albuʒ
vero ſm modernorum opinionem eſt arſenicũ criſtallinũ
rubeum eſt rezagala.citrinum eſt auripigmentum vſuale.
⁊ omnia tria nota ſunt.
Colcotar apud Auicennam in ſecundo canonis.in ca-
pitulo de atramento eſt vitriolum citrinum.⁊ ibi ponit ꝙ
ſpecies vitrioli ſunt quatuor.ſ.colcotar ideſt citrinum.cal
cadis.i.album.calcantum ideſt viride.alſurit ideſt rubeũ.
Ioãnes arculanus in capitulo de ſ[a]bel dicit.colcotar vſtũ
ideſt vitriolum romanum.⁊ hoc eſt notum.
Flos eris ſm intentionem Simonis nõ eſt viride eris.
ſed moderni generaliter loco floris eris ponũt viride eris
Sera.in capitulo de ziniar inquit.ziniar.ideſt erugo eris
ſiue viride es.quod idem eſt in capitulo vero de ere.⁊ que
ex eo fiunt docet modum faciendi florem eris.de quo in-
fra in emplaſtro apoſtolicon erit ſermo.
Chachie credo ꝙ vult dicere acatie.nam Dinus ⁊ alij
loco eius habens acatie.⁊ ſecundum modernoruʒ ſenten
tiam ſucus prunellorum ſilueſtrium.vt eſt notum.

Trociſci orobi in cap.de vlceribus ⁊ vulneribus
gingiuarum.℞.farine orobi qʒtum volue
ris ⁊ miſce cũ ea tm̃ mellis.vt confici poſſit ex eis ſicut pa
ſta dura.⁊ fac troc.⁊ pone ſuper laterem ⁊ mitte in furnuʒ
vſqʒ dum maturantur.bonam faciunt naſci carnem.
Iſti trociſci apud nos non ſunt in vſu.Raſis in octauo
almãſoris in capitulo de morſibus viperarum habet vnã
deſcriptionem troſ.de herbo ideſt orobo.ſed eadem non
eſt.de qua infra.orobus ideſt herbum ſiue herba iudai-
ca.de ipſo vide ſupra in electuario de orobo.Raſis in li-
bro de experimentis in capitulo de medicinis que ornat

faciem dicit ꝙ orobus dicitur carthena.Bulchaſis docet
modum faciendi amidum ex orobo.

Trociſci de gariofilis in capitulo de fetore oris.
Recipe gariofilorum corticum citri.ci-
peri ſpice.nucis muſcate.ſuchelemeſe.xiloaloes.i.ligni alo-
es cinãomi.macis.heil.cubebe.ana.ʒ.j.muſci chirat.i.fac
ex eis trociſcos cũ aq̃ malorum.⁊ teneat in ore ſuo ſup cibũ.
¶ Iſti troc.nõ ſunt in vſu.Aui.in tertio capitulo de cura
fetoris oris hʒ deſcriptionem pillularum de gariofilis de
quibus infra.Gariofilus vel chariofilus eſt ſatis notus.
¶ Suchelemeſe.i.gallie muſcate ſicut reperiẽ apud Sera.
in pprio capitulo de gallia.Liber qui dicitur bulchaſis in
tractatu ſecundo inquit.modus faciendi troc.de gallia.ſʒ
ſi vis facere troc.alios de ſuch.ideſt gallia.⁊ ſic arabes di-
cunt quod ſuch eſt cõfectio ex qua fit gallia vel ipſa gallia
grecus vocat ſocum.
¶ Chirat ẽ pondus grão[rum] q̃tuor ordei.vt dcm̃ fuit ſupra

Trociſci de violis in cap.de aſmate.℞ foliorum
violarum mediocriũ in exſiccatõe ⁊ hume
ctatione.ʒ.vj.turbith bõi arundinei.ʒ.iiij.ſuci liquiritie
terenîabin.i.manne.añ.ʒ.ij.ſcamonee.ʒ.ij.⁊ fiant troc.
¶ Iſti troc.ſunt in vſu.maxime ſm iſtaʒ deſcriptionẽ.ſunt
ṽo ex hoibus qui faciũt troc.de violis ſm vnaʒ ðſcriptio
nẽ qʒ idem in cap.de turbith ponit ex auctoritate hamech.
ſʒ iſti ſunt nobiliores.Raſis in li.diuiſionũ ca.ð medicis
colice hʒ duas deſcriptões.ſʒ nõ ſunt eedẽ.nec in vſu ſunt

Trociſci nri de agarico ſm Pe.de ebano i ca.de
vomitu.℞.agarici boni vigorati.ʒ.v.
zin.ʒ.i.ſaliſgẽme.ʒ.i.ſ.maſticis.ʒ.i.calami arõati.ʒ.i ſ.tur
bith.ʒ.ij.aniſi.ʒ.i.aceti.ʒ.ij.fiant ex eis tro.da cũ aq̃ calida
¶ Iſti troc.apud nos non ſunt in vſu.maxime ſm iſtam
deſcriptionem.illa vero deſcriptio que ẽ magis vſualis eſt
vna deſcriptio quam deſcribit Meſue in lib.de cõſolatio
ne medicinarum in proprio cap.de agarico qui ſic inquit
⁊ Gal.dixit.fiant troc.ex eo.ſ.agarico cũ vino infuſionis
zinziberis in quo puluis ipſius ſepe ſubmergatur.⁊ fiet
operatio eius completa.⁊ ex rebus ſibi additis vigoranti-
bus ipſum eſt ſpica ⁊ aqua caſei.⁊ proprie ſumpta ex ca-
pris.Gal.non ponit in ipſis ſalgẽma.ſed generaliter mo-
derni addunt cum infuſione zinziberis parum ſaliſgẽme
⁊ fiunt inde trociſci.⁊ ad minus debent fieri tribus vici-
bus.⁊ ſi predicti troc.fiunt cũ agarico prauo.tũc illi troc.
in colore efficiuntur nigri.⁊ quando fiunt cum agarico al
bo leui ⁊ frangibili ⁊ dulci in primo guſtu.tunc in colore
ſunt albi.⁊ etiam ſunt meliores.dicunt quidam differenti
am eſſe inter trociſ.de agarico ⁊ agaricum trociſcatum.ſʒ
medicorum modernorum opinio eſt vera ꝙ inter agaricũ
trociſcatum ⁊ troc.de agarico nulla ſit differentia.maxi-
me ſi fiant ſm deſcriptionem quam dixi de mente Gal.ſei
as etiam ſi loco infuſionis zinziberis addas oximel.⁊ faci
as inde trociſcoſ.ſicut priores.tũc vocaẽ agaricũ trociſca-
tum cũ oximelle.cuius etiã eſt magnificata operatio.De-
mocritus autem dicit ꝙ agaricus eſt medicina familie.qa
ad ſingulas partes corporis commoditatem affert.

Trociſci de ſpica ſecundum Fran.de pedemonti
um in capitulo de medicinis apoſtema-
tum ſtomaci.℞.florum ſquinãti.tapſie.ligni aloes.cina.
reubarbari.añ.ʒ.iij.croci.mirre.apij.aniſi.pipis.coſti ana
ʒ.j.ſeminis calami aromatici.ſpice nardi.añ.ʒ.iij.bdelij.
ſubalbidi.ʒ.ij.maſticis.ſtoracis liquide añ.ʒ.j.armoniaci.
ʒ.ſ.fiant troc.in pondere.ʒ.j.
Iſti troc.non ſunt in vſu.Raſis in nono almanſoris in
capitulo de dolore ⁊ apoſtemate ſtomaci habet vnam aliã
deſcriptionem ⁊ fere eadem eſt.
Spica.ſ.ſpica nardi ſiue ſpica aromatica.ſiuẽ ſpica auiũ
vt dicit Aui.Macer inquit.Eſſe gradu primo calidã ſic-
camqʒ piti.Teſtanẽ ſpicã que dĩ indica nardus.Iſido.nar
dus ẽ herba ſpicoſa.vñ a grecis nardos tacos appellata.
quarum alia indica alia ſiriaca vocatur.non ꝙ in ſiria na
ſcatur.ſed ꝙ mons in quo inuenitur alio latere indiã ſpe-
ctat alio ſiriam.Gal.in octauo ſimplicium inquit.nardo-
ſtochis.i.nardus ſpicatus ſiue ſpica nardus celtica ſimilis
aliquantulũ eſt ſm genus in ṽtute predictis.nardus oria

que in thilaricis ⁊ piricis noiaẽ generaĩ qdẽ in ſicilia ⁊c.
Tapſia dĩ qr primo in tapſo inſula inuenta fuit.arabes
corrupte dicunt teſſiſie.vt apud Auic.in ſcðo cañ.⁊ expo-
nit qð ẽ gũmi ruthe agreſtis.⁊ ſm cõpoſitoreʒ eſt ſetara-
gi.vt dicit in capitulo de cura opilonis ſplenis.
Setaragi vero vt dictũ eſt in triſera ſaracenica eſt hibe-
ridos.i.naſturtiũ agreſte ſiue ſenatiõ.Raſis loco eius ibi-
dem hʒ xillocaſſie.i.caſſie lignee.tu vero cõſidera ꝙ opi-
nio frã.eſt ꝙ tapſia ſit ſeitaragi.⁊ opinio Gẽtilis eſt ꝙ ſit
caſſia lignea.credo ipſa nõ inueniẽ certitudo quid ſit:ſed
hodie ſunt qui loco eius ponunt caſſiam ligneam:quidaʒ
ſenation quidã ruthã agreſtẽ.vt dictũ fuit ſupra in confe
ctione anacardina conferens ad egritudines neruorum.
Seminis calami puto ꝙ vult dicere calami aromatici.
nam loco eius habet calami aromatici.

Trociſci de ſiliquis ſm eundẽ in ca.de tenaſmo-
ne ⁊ medicinis eius.℞.gallaruʒ ſiliqua
ruʒ.nabati.fructus tamariſci.thuris balauſtie añ.ʒ.j.gum
mi.ſ.gummi arabici.opij.añ.ʒ.ſ.fiant troc.cum aqua plu-
uiali ponderis.ʒ.ij.ſ.⁊ vſui reſeruentur.
Iſti troc.nõ ſunt in vſu.Siliqua nabatia.i.ſeptẽtriona
li parte ſiue regione.⁊ eſt fructus lõgus ad ſĩitudineʒ fabe
magne.ſed magis ſunt lõgiores.groſſiores.intus habent
ſemen ad modũ caſſie fiſtule.⁊ hic fructus deferẽ de ianua
ad nos.⁊ vocamus ipſuʒ carobas.quidã vocãt barlamas
marinas.⁊ eius arbor eſt ſpecies darſiſabã.Iſido.ingt.ſili
con quã latini corrupte ſiliquam vocãt.ideo a grecis tale
nomen accepit.eo ꝙ ligni eius fructus dulcis eſt.Serap.
vocat ipſam xilocaractã.Dia.ſiliquã.Gal.in.vij.ſimplici
um inquit.ceratonia.i.arbor xilocaracte.Siliqua etiã eſt
pondus ⁊ ponderat vigeſima quarta pars ſolidi.

Trociſci de alumine ſm eundẽ in cap.ſupradicto
.℞.gallarum.aluminis.acatie.balauſtiarum
corticis granatorum.ſuci ipoquiſtidos añ.partes equales.te
rantur ⁊ cliſterizentur cũ decoctione mediã corticis glan
dium balauſtiarum ⁊ roſarum.⁊ fiant inde troc.
Iſti trociſci nõ ſunt in vſu.Raſis in libro diuiſionuʒ in
capi.de medicinis ſolutionis ventris habet vnam aliam
deſcriptionem que eadem eſt.
¶ Aluminis ſm Dia.ſpẽs ſunt multe.ſed medicine tres
ſunt neceſſarie.ſcilicet rotũdum ſciſſum ⁊ liquidũ.rotun-
dum dĩ pp ſimilitudinem zuccari.ſciſſum.i.iamenum di-
ctum a vulgo de pluma.liquidum.i.de rocha vel lippari-
num.quando vero ſimpliciter reperitur alumen de ſciſſo
intelligitur.vt dicit Math.ſilua.in cap.de alumine.⁊ per
alumen ſciſſuʒ intelligiẽ alumen dictũ de pluma.qð apud
quoſdã dĩ fiore de preda.⁊ qñ extinguiẽ ipm in oleo facit
lumen ſicut bombax.⁊ non conſumitur.

Trociſci de dactilis ſm eundẽ in capitulo de cu-
ra ethice febris.℞.dactilorum immatu
rorum.ʒ.ij.ſpodij armeni.i.illius regionis aur.iiij.roſa-
rum.ʒ.vj.portulace citruli ⁊ eſt ſpecies cucumeris cucur-
bite charabe añ.ʒ.iiij.fiant ex eis trociſci.
Iſti troc.apud nos non ſunt in vſu.dactilus ſm Aui.⁊
Pe.de creſcentijs ſunt fructus palmarũ.Circa inſtãs ait.
oxifenicia.i.fenicon indi vel dactili.dactilus apud medi-
cos venetos ſignificat vnum bollum caſſie.

Trociſci diarodon ſm Nicolauʒ.℞.croci.℈.ij.
gr.vij.cãphore.gr.xij.roſarũ viridiũ.ʒ.
iiij.ſpodij.ʒ.ij.ſandali rubei.ʒ.j.ſ.gr.vij.ſandali albi.ʒ.i.
gr.xij.conficiantur ſic in marmorea pila recentis roſe ſine
intermiſſione terãtur:deinde ceterarum ſubtiliſſimus puluis
ſpẽrum ſuper ponatur.⁊ cum ſufficienti rodoſtomate con
ficiantur ad vltimũ adhibeatur camphora:deinde troc.in
formentur ⁊ ad vmbram exſiccentur ⁊ vſui reſeruentur.
Trociſcus ſm intẽtionẽ Nicolai eſt rotũda cõfectio vt
dictũ fuit.Iſti troc.reperiunẽ ẽt in antidotario Meſue:ſʒ
nõ ſunt idẽ:⁊ pp id ambe deſcriptiones debent fieri.nam
iſta deſcriptio Nicolai nõ debet adminiſtrari niſi ſoluʒ in
ſuis receptis:vt eſt in diamargariton:⁊ in diarodõ:deſcri
ptio Meſue nõ dʒ adminiſtrari niſi i receptis ſuis.ſʒ ſunt
quidã q faciũt vnã pro alia.⁊ nõ faciũt differẽtiã ponere
troc.diarodõ deſcriptiõe Nico.in receptis Me.⁊ deſcri

ptione Meſue in receptis Nicolai.ſed recte non faciunt.
¶ Rodoſtoma ſm compoſitorē eſt aqua roſa. quidam di-
xerunt ꝙ eſt mel roſatum.ſed non credo qꝛ idem in deſcri
ptione pillularum de cinogloſa inquit. temperentur cum
rodoſtomate.i.cum aqua roſata.⁊ ſic eſt.

Trociſci diani ſʒ eundē Nicolaū.℞. floꝝ viola-
rum albaꝝ viridiū.ʒ.v.amili.i. amidi.ʒ.
iij.ſeminis papaueris albi.ʒ.ij.⁊.℈.j. balſami.℈.j.reubar-
bari.℈.j.ſeminis plantag nis.ʒ.j.rodoſtomatis.i.aque ro
ſe quod ſufficit conſice ad modum precedentium.
¶ Iſti trociſci ſm intentionem Nicolai dicūtur a violis
albis que ibi ingrediuntur.⁊ ſic debēt fieri de violis albis
⁊ debēt poni in diamargariton.⁊ predicte viole apđ Dia.
vocantur leucis.nam leucos album interpretatur.

Trociſci idiocri ſm eundem.℞.amomi.ʒ.j.cina
momi.croci.folij.mirre caſſie.i. caſſie li
gnee añ.ʒ.ſ.ſpice.ſ.nardi.℈.j.opobalſami.i.ſuci balſami.
coſti.ſgnāti.calami aromatici.xilobalſami.i.ligni balſami
aſſari.fu.i.valeriane.añ.gr.xv.maratri.i.feniculi.maſticis
añ.gr.x.tamariſci.gr.vj.vini aſcalōis qđ ſufficit.hec oia te
re cū vino albo.trociſcos iforma.⁊ cū fumo ſtoracis ſicca.
¶ Iſti trociſci ſunt in vſu.ſed non multum. ingrediuntur
in rubea trociſcata ⁊ in ſotira. Gilibertus de anglia in ca
pitulo de cura arthetice ſm magiſtros habet vnam aliam
deſcriptionem que eadem eſt.⁊ dicuntur idiocri a compo
ſitore qui idiocritus dicebatur. Guliel.placentinus habet
vnam aliam deſcriptionem que eadem eſt.
¶ Uinum aſcalonis ſecundum compoſitorem eſt vinum
optimum tendens parum ad rubedinem. Gilibertus eodē
loco habet halcaloni. Guli.autem ait. conficiantur cū vi-
no in quo diſſoluta eſt ſtorax ſicca.i.calamita.

Trociſci croci magnetis ſʒ eundē.℞.croci.ʒ.iij.
roſarum ameos.mirre añ.ʒ.j.ſ.xiloalo-
es.i.ligni aloes.℈.ij.informentur cum aqua roſa.
¶ Iſti trociſci ſunt in vſu.qꝛ ingrediuntur in rubrica tro-
ciſcata ⁊ dicūtur a croco qui ibi ingreditur. Iſido.inquit.
crocū magna expreſſus aromatibus crocini vnguenti atqꝫ
informato ſedimine in pānuſculos fit.⁊ id ſic appellatur.
Auic.in ſcđo cañ.ingt crocoma eſt fex olei de croco. repiť
etiā vna deſcriptio troc.croci magna.ſʒ nō eſt eadē. ⁊ am-
be debēt fieri.ſed vna ingrediť in rubea trociſcata.alia in-
greditur in confectione diarundinis. vt oſtenſum fuit.

Trociſci diacoralli ſm eundē.℞.coralli rubei ci
namomi.mirre.amomi papaueris añ.ʒ.
iij.ſquināti.croci añ.ʒ.ij. calami aro.xilobalſami.i. ligni
balſami caſſie.folij. maſticis. fu.i. valeriane. polij.i. polij
montani.aſſari.i.aſſarabacare.pedis columbini añ.ʒ.j. de
illis omnibus facto puluere cum vino tēpera.⁊ troc. pen-
ſantes ſolidos ſingulos informa ⁊ in vmbra ſicca.
¶ Iſti trociſci ſunt vſuales apud illos qui facere volūt ty-
riacā que fit de mēte Gal. Andromacus loco troc. diaco-
ralli hʒ troc.aliandaracaron.ipē Gal.in tractatu ſeptimo
memiri.in cap.de expuitiōe ſanguinis hʒ vnā aliaʒ deſcri-
ptionē.ſʒ nō eſt eadē nec in tyriaca illa deſcriptio dʒ poni
¶ Amomū ſemen eſt minutū nigrū qđ ab oriente deferť.
Serap.in cap.de amomo dicit.ameuie.i. pes colūbi. ⁊ eſt
amomum. miror verbis Serap.nam in iſtis troc. ingredi
tur amomum ⁊ pes columbinus.ergo non ſunt idem. Ue
rum eſt ꝙ pedis columbini ſunt ſpecies quatuor.de quaꝝ
vna illarum poteſt dici ꝙ ſit amomum.
¶ Pes vero columbinus ſm Serap.eſt amomū. ſʒ vero
opinionē eſt herba habēs folia rotunda. pua diuiſa in ma
gnis ⁊ paruis inciſuris.ſtipites ipſius ſunt ſubtilis colo
ris ſubrubei hñtes nodos raros.in quibꝰ ſunt duplicia fo
lia.⁊ ſemina tria vel quatuor vel qnqꝫ cōiuncta in medio
eoꝝ ſicut acus. Hec apđ nos naſciť in vijs ac pratis. Aue-
rois in quinto colľ.dicit.elnegat.i.pes colūbinus eſt qua-
tuor ſpērum ⁊ parum diuerſificantur vna ab alia.
Solidus ē pōdus ſʒ ꝯpoſitorē dragme vnius cū dimi-
dia.ēt exagiū ē idē.vñ exagiū a ſolido differt in noie ſolo.

Trociſci de tiro ſm eundē inuenias tiros longi
tudine vnius palmi. oculos rubeos ha-
bentes.⁊ linguā mobilē.⁊ cornua in modū grani frumen
ti.caput ⁊ caudā tribus digitis menſuratis: abſcinde me-
diū qđ remanet excoria.⁊ inteſtinis proiectis optime dul-
ci aqua laua.⁊ ſic coque donec ſpine a carnibus ſeparenť.
⁊ ſpinis proiectis caro in marmoreo mortario terať ⁊ cō
miſceať tantundē de farina orobi vel panis aſſi.⁊ cum iu-
re ipſoꝝ tempera. ⁊ fac trociſcos penſantes ſolidos ſingu
los.⁊ diligenter ſiccentur in vmbra.⁊ vſui reſeruentur.
Hos trociſcos apud nos habemus in vſu.
Tirus autem eſt animal.cuius forma eſt.vt dicit Nico-
laus.eius ſpecies ſunt tres.ſ.thirus vipa ⁊ idria. Andro-
macus inuentor iſtius animalis ſcripſit etiaʒ de forma ip
ſius ⁊ ait.quod tyriaca nō dicitur niſi a tiro ſerpēte Aui.
in quinto cañ.ponit trociſ.de viperis. ⁊ ibi deſcribit for-
mam vipere ⁊ idem eſt.de quo infra. Iſidorus in capi.de
ſerpentibus dicit.vipera dicta quod vi pariat. nam cum
venter eius ad partum intumuerit catuli non expectantes
maturaʒ nature ſolutionē corroſis eius lateribus vi erum
punt cum matris interitu. Lucanus. Uiperei coeunt abru
pto corpore nati. Fertur autem quod maſculus or inſer-
to vipere ſemen expuat. Ex vipera autem fiunt paſtili qui
tiriaci vocantur a grecis. Nicolaus dicit.admiſceatur cuʒ
tiro panis aſſus. Andro. Aui.habent tortellas.i. tortellas
de ſeni.de cuius modo infra apparebit.

Trociſci de herbo ſm Raſim in octauo almāſo-
ris.in capitulo de morſibus viperaruʒ.
℞.ſeminis andachoche.ariſtologie rotunde.pigami.fari-
ne herbi.omnium añ.partes equales.ex iſtis tritis: ⁊ cum
aceto commixtis fiant trociſci.de quibus pondus vnius
aurei cum vncia vini veteris in potu tribuatur.
Iſti trociſci non ſunt in vſu. Supra poſita fuit vna de-
ſcriptio trociſcorum de orobo ideſt herbi. ſed eadem non
eſt herbum apud Auicennam eſt herba iudaica. ſed apud
Diaſcoridem herbum eſt orobum.
Andachoche vel andachocha. vt apud Auic.⁊ Serap.
eſt trifoliū:cuius alia eſt ſilueſtris ⁊ alia domeſtica. ⁊ alia
eſt egyptiaca.⁊ fit ex ſemine eius panis.
Ariſtologia rotunda dicitur ꝙ radicem rotundam ha-
beat. Iſidorus inquit.ariſtologia dicitur ꝙ mulieribus fe
tis optima ſit.nam ſuperſeſſa poſt partum matricem bene-
ficio vaporis expurgat. ⁊ ſunt due ſpecies. vna eſt rotun-
da dicta propter ꝙ rotundam radicem habeat.altera lon-
ga quia longam radicem habeat. Dia.habet tertiam ſpeci
em que dicitur dermaticis.
Pigamum ſm Gal.in octauo ſimpliciū eſt rutha ſilue-
ſtris. Macer in ca.de rutha quaſi in fine ait. Pigamuʒ in
greca noſtra quia rutha vocatur.ſine dubio pigamū eſt ru
tha.nam greci pigamum ruthā dicunt. Itē circa inſtās in
capi. de rutha ait.ruthe duplex eſt maneries .ſ. domeſtica
⁊ ſilueſtris que pigamum dicitur.⁊ cum inuenitur. Reci-
pe pigami folia.ſilueſtris ponuntur cuʒ ſemine.pigami ſe-
mina collecta per quinqꝫ annos ſeruātur.

Trociſci muſcati ſm eundem in cap̄.de tremore
cordis.℞.maſticis ſpice.ſ.nardi.xiloa-
loes.i.ligni aloes.cinamomi gariofiloꝝ gallie muſcate nu
cis muſcate cubebe cardamomi maioris.⁊ ibelohe.corticis
citri.omnium añ.pondus vnius aurei. muſci ſextā.ʒ.j.ex
iſtis omnibus cū vino redolente conſperſis fiant trociſci.
Hos trociſcos nō habemus in vſu.ſupra habita eſt cō-
fectio gallie muſcate Meſue. ⁊ confectio gallie muſcate
Nicolai.⁊ ſm illas deſcriptiones facimus.
Ibelohe vel ibeleuche eſt cacula vel cardamomum mi-
nus ⁊ eſt illa qua nos pro cardāomo magſaliter vtimur.

Trociſci de olibano ſm eundē in nono Almāſo
ris in ca.de paſſiōe colerica.℞.bolli co
raſceni.i.cretēſis inſule.thuris amboꝝ.añ.ʒ.x. cubebe.car
damomi ana.ʒ.ij.ſ.cāphore.gallie.gariofilorum omnium
añ.ſextam.ʒ.j.fiant trociſci pondere aurei vnius.
Hos trociſcos nō habemus in vſu. Raſis vero inquit.
trociſcorum de olibano.ſʒ nō habet olibanū : verum loco
eius hʒ thus.qđ idem eſt.tñ quidā admirantur dicentes ſi
trociſci de olibano ⁊ trociſci de thure ſunt idē. quare idē
ponit ēt troci.de thure.vnde ad hoc dico ꝙ ſi doctor ordi
nat trociſcos de olibano nō dēt intelligi troci.de thure. ſi
niſi modo eſt differētia inter pillulas de raued ⁊ pillulas
de reubarbaro. ſed moderni non habent cognitionē verā.

Trociſci de agno caſto ſecundum eundem Ra-
ſim in nono almanſoris in capitulo de
dolore ſplenis.℞.ſeminis agni caſti.ſeminis tamariſci.i.
carmezith añ.ʒ.x.ſeminis endiuie.ſeminis portulace añ.
.ʒ.v.ex his fiant trociſci.de quibus quotidie detur vnus
cum ſirupo acetoſo de zuccaro.cuius pondus ſit.ʒ.iij.
¶ Iſti trociſci ſunt in vſu multū apđ nos. Frāc. de pede-
montium in cap.de cura opilationis ſplenis habet vnam
aliam deſcriptionem que eſt eadem.
Agnus caſtus ſecundum. Serap.ex auctoritate Diaſc.
ſunt ei due ſpecies. ⁊ dicitur chiſtos.eo quod religioſi ſter
nunt hanc plantam ſub lectis ad refrenandam libidinem.
⁊ nominatur login propter duriciem virgarum eius.⁊ eſt
planta in magnitudine arborum.naſcitur prope aquas. ⁊
in locis equeſtribꝰ. Gal.ait.id quod adminiſtratur ex hac
arbore in medicina ſunt folia.⁊ ſemen eſt factum ad mo-
duʒ piperis.⁊ propter id vocatur piperella. Auerois in. v.
col.inquit pentaſuer dicitur a perſis arbor abraham. ⁊ in
latino dicitur agnus caſtus.

Trociſci de balauſtijs ſcđm Raſim i nono alman
ſorie in cap.de fluxu ventris.℞.gallaꝝ
ſilliquarum.nabati.ſeminis tamariſci. olibani.i.thuris.ba-
lauſtie.omnium ana partes equales.opij.gummi ara.am-
borum ana partem mediā.informētur troc.pondere .ʒ.ij.
¶ Hos trociſcos nō habemus in vſu. Aui.in. v.cañ habet
vnā aliā deſcriptionē ſʒ nō eſt eadeʒ. Idem deſcribit Ale-
xander in cap.de troc.ad diſſenteriam ⁊ diſſenteria.
Balauſtia vero apud Auic.in ſecundo cañ. eſt flos ma
ligranati ſilueſtris perſici aut egyptij.aliud de ipſis cap. fa
cit in littera haſceh. Dia. in capitulo de malogranato di-
cit agreſtum autem malorum flores greci balauſtion voca
uerunt.ſed Gal.in ſeptimo ſimplicium dicit contra.in ca
pi.de iulinar.qui ſic inquit.iulinar eſt flos maligranati ſil
ueſtris.ſicut balauſtia eſt flos maligranati domeſtici. nam
iulinar apud arabes ē balauſtia. Haliabbas autē gñari ſcri
bit.ſine dubio balauſtia qua apothecarij vtuntur. eſt flos
maligranati domeſtici ſeu vſualis.
Siliqua nabatia.i.illius regionis. ⁊ eſt faba marina vel
bazlane maritime.vel carobie.vel charub. vel xilocaracta
que idem ſunt. Supra de ipſis dictum fuit diffuſe.

Trociſci de thure ſm eundē Raſim in nono Al-
manſoris in cap.de ſingultu.℞.thuris.
ʒ.ſ.enule.ʒ.iij.mentaſtri foliorum ruthe ſicce.amili.i.ami
di.ana.ʒ.ij.ſeminis nemen.ʒ.iij.ſ.informentur ex his tro-
ciſci pondere vnius aurei.
Hos troc.non habemus in vſu. Dia.in ca. de thure in-
quit.thus eſt lachrimum arboris.qđ grece libanus dicit.
qđ autem de arabia deferť candidum eſt.qđ vero de india
ſubruffum.ſed vtrunqꝫ maſculū diciť.eſt ⁊ tertium genus
minutum valde ⁊ ruffum. de quo mānā maxime ſit.ergo
optimum thus qđ maſculū diciť ſubalbidū eſt ⁊ rotundū
Iſidorus.thus maſculū appellatur.eo ꝙ ſit natura rotun-
dum in modum teſticulorum.generaliter habetur opinio
ꝙ olibanum ⁊ thus idem ſunt.⁊ ſic eſt verum.
Nemen ſm Serap̄.in cap.de ſerpillo dicit.ꝙ nemen eſt
ſerpillum.ſeu Auicen.vel tranſlator ipſius errauit in hoc
in ſcđo cañ.vbi cap.facit de nemen . ⁊ exponit ꝙ eſt ſinſi-
brium.quod falſum eſt. Nam Ioannes arculanus in cap.
de cura cephalee tam calide qꝫ frigide ꝙ nemen eſt ſerpil-
lum ⁊ non eſt ſinſibrum.

Trociſci de mirra ſm eundē in nono Almāſo.in
cap.de puocatione menſtruoꝝ.℞.mir-
re.ʒ.iij.ſupinoꝝ optie tritoꝝ.ʒ.v.folioꝝ ruthe mentaſtri.
pulegij.cimini.rubee.de qua tingiť.aſſe ſerapini.opopona
cis añ.ʒ.ij.informenť troc.pōderātes.ʒ.iij.ex qbus detur
vnus in die cuʒ aqua.in qua ſemen iuniperi coctū fuerit.
¶ Hos trociſcos habemus multū in vſu. Guliel. placēti-
nus in ſuo tractatu de cōfectionibus habet vnā aliam de-
ſcriptionem que eadem eſt. Bartholomeus montagnana
in ſuo antidotario habet vnam deſcriptionē troc.optimo
rū ad prouocādū menſtrua.⁊ eſt eadem. Nicolaus florēti

nus in ſermone ſexto in cap. de retentione menſtruorum
preter naturam inquit.dixit Almanſor.trociſ. đ mirra. ⁊
ibi deſcribit infra etiam Almanſor in libro diuiſionum in
capitulo medicinarum menſtruorum ⁊ emoroidarum ha-
bet vnam aliam deſcriptionem.ſed prima eſt nobilior.
¶ Mirra latinum eſt.grecus ſmirna dicit ſecundū Auic.
mirra eſt gumma currens ſuper arboreʒ in iamēni que di-
mittitur donec congeletur . deinde colligitur ſicut galba-
num.⁊ eius quidem alia eſt pura ⁊ alia adultera. Melior
eſt illa que ad albedinem declinat ⁊ rubedinem.non com-
mixta ligno.⁊ cuius arbor eſt boni odoris.
Lupinus ſecundum Serapionem ex lupinis ſunt qui-
dam qui dicuntur regales.⁊ quidam ſunt domeſtici.⁊ do
meſtici comeduntur poſt eorum elixationem.⁊ infundun-
tur in aqua pluribus diebus.
Rubea ſcilicet rubea tinctorum. ita habent alij docto-
res.radix eius herbe eſt id quod eſt iuuatiuum in medici-
na. Pli.ait erithrodanis quam aliqui erenthodanum vo
cant nos rubeam qua tinguntur lane pelleſqꝫ perficiūtur
in medicina vrinam ciet.
¶ Aſſe.ſ.aſſe fetide.nam Bartholomeus loco eius habet
aſſe fetide quod idem eſt.in hac deſcriptione codices Ni
coli floren. depravati eſſe cernuntur.nam vbi deb nt dice
re aſſe.ſ.fetide ſcribitur haſce.quod eſt thimus.ſʒ hic ma-
nifeſte comprehendi poteſt eſſe ſcriptoris male intelligen-
tis.debemus autem ponere aſſam fetidam.⁊ non thimuʒ.
Raſis non ponit cum quo liquore debeant fieri. Bartho
lomeus dicit quod debent fieri cum decoctione ſauine ſe-
cundum artem.⁊ ſic apud nos generaliter fit ex illa deco-
ctione.etiam ſunt qui faciunt ipſos cum aqua decoctio-
nis rubee tinctoꝝ vel iuniperi.ſed prima eſt nobilior.

Trociſci de alcarmeſcit ſm eundem in libro diui
ſionum in cap̄.medicinarū ſplenis. Re-
cipe ſeminis alfagradi.ſeminis tamariſci.ſeminis endiuie
añ.ʒ.iij.ſcolopendrie quartam vnius.ſ.dragme. fiant tro-
ciſ.auř.ij.ſumatur cum ſirupo acetoſo.
Hos troc.non habemus in vſu. Raſis nominat trociſ.
alcarmeſcit ſed ibi alcarmeſcit non ingreditur. ſʒ loco eius
habet ſemen tamariſci quod idem eſt Auicen. in ſecundo
canonis inquit.charmezik eſt fructus tamariſci.etiā Se-
rap.in capitulo de tamariſco idem dicit. vnde trociſci de
carmeſcit ideſt de tamariſco.
Alfagradi vel alfagdi eſt ſemē agni caſti ſicut reperitur
apud Galie.in ſexto de ſimplici medicina in proprio cap.
de agno caſto.⁊ credo eſſe bene expoſitum.nam agnus ca
ſtus in iſta materia multum valet.

Trociſci Aliandaracaron ſm Auic.in.v.cañ.℞.
corticū radicis darſiſahan.ʒ.vj. ſuperio-
ris ſquināti.ʒ.xij.calami aromatici coſti.xilobalſami.i. li
gni balſami.aſſari.myrre.amomi polij.i.poli mōtani om-
niū añ.ʒ.xxiiij.maſticis emeruchit.⁊ eſt alacoē alba.fu.i.
valeriane añ.ʒ. vj.ariſtologie rotunde.ʒ.xx.reubarbari xi-
locaſſie.i.caſſie lignee.⁊ cinamomi.ana.ʒ.x.ſpice inde fo-
lij.ideſt malabatri.añ.ʒ.xvj.croci.ʒ.xij.teratur totuʒ ⁊ cri
belletur per ſe.⁊ conficiātur cum vino odorifero antiquo
declinante ad dulcedinem:⁊ fiant trociſci ⁊ exſiccētur in
vmbra ⁊ conſeruentur ſicut fit in trociſcis de viperis.
¶ Hos trociſcos habemus in vſu:maxime quando face-
re volumus tyriacam que eſt de mente andromaci. Auic.
ibi habet duas alias deſcriptiones ſed hec eſt prima ⁊ eſt
nobilior alijs.nam Ioan. Serap. Raſis Guliel. plancen-
tinus iſti omnes habent primam deſcriptioneʒ ſed lumen
apothecariorum vel verius tenebra ſcripſit tertiam deſcri
ptionem iſtius trociſci qui in vſu non eſt.
Galienus aūt loco troc.alindaracaron.i.andromaci hʒ
troc.diacorali ſupra in tyriaca Auic.poſui auctores q ſcri
bunt iſtā tyriacā.⁊ in quo cap.deſcribūt . Darſiſahan eſt
cortex radicis arboris maligranati ſilueſtris.ſʒ nec Auic.
nec Gētilis cognouerūt certitudinalr quid eēt darſiſahā.
ipſe aūt Auic.in ſcđo cañ.ponit loco darſiſahan fructus
aliēbuc.i.xilocaracte.ſʒ per illa verba nō cognouit qd eēt.
⁊ gentilis credidit quod darſiſahā intelligereť darſeni.i.
cinamomū,quod nō eſt.nam Gul. placentinus in predi-

ctis trociſcis inquit. ⁊ intellige per darſiſahā habentē arborem ſpinas magnas. que appellatur ſpinū album. Preterea Sera. in cap. de darſiſahan dicit ibi quod eſt arbor granati ſilueſtris ⁊ habet ſpinas in fine cap. dicit ingredif in trociſcis tyriace. ⁊ nominant eum in barbaria albal. lumen maleluceus inquit quod darſiſahan eſt arbor cornuta vel neſpilli quod eſt falſum. hec arbor apud modernos dicitur criſpinus ſiue amiberberis. i. ſpina acuta.

¶ Emerukit ſcd̄m intentionem Auicen. eſt alacoen alba. Andromacus hꝫ amaracū. Raſis hꝫ cotillam albam. Jo. Serap. habet coen rubeam. Guliel. placentinus hꝫ flores cotille albe. ⁊ dicit ꝙ appellaf anatellū fetidū. Gul. habet amaricū. Auicen. in ſecūda deſcriptione habet alacoen. in tertia hꝫ amaracon. ⁊ dicit ꝙ eſt alacoen alba. hic poſſumus videre ſi andromacus compoſitor ⁊ Auic. volunt ꝙ ipſa ſit alacoen. ſiue vchuen. vt apud ipſum Auicen. in ſecundo cañ. quid autē ſit cōmuniter ignoratur. maleluceus habet amaricū. ⁊ dicit ꝙ eſt maiorana. ſed eſt falſum. Gentilis in tractatu de febribus dicit. amaracum eſſe maioranam. Que di vchuen ſed nō eſt maiora que di ſanſucus. Matheus ſiluaticus dicit. alacoen. i. pes coruinus. qđ eſt falſum. nā pes coruinus eſt ſolutiuus. ⁊ alacoen nō. nec eſt camomilla vt quidā putauerunt. ſed veritas eſt ꝙ alacoen ſiue vchuen. ſiue partemon. vt apud Dia. ſiue matricaria idem ſunt. ⁊ qui mihi nō credit videat bene cap. de matricaria apud Sera. ⁊ videbit quod idem ſunt. preterea vide ꝙ Nicolus florentinus in lib. vij. in cap. de apoſtematibus emunctoriorū ſiue de bubonibus dicit. alacoen. i. matricaria. ⁊ ſic eſt. ⁊ hec eſt illa que a lombardis criſpula vocatur. ⁊ ſic iſta in predictis troc. debet poni.

Trociſci ſquille ibidem oꝫ vt eligant de ſquillis humidis illa que eſt grauis. ⁊ nō eſt magna ⁊ nō linias ipſam cū luto. qm̄ illud facit eam rancidā. ⁊ corrumpit ipſam. immo linias eā cū fermento. ⁊ aſſa eā in olla. donec coquatur. aut in furno iā calefacto. ⁊ extracto cinere eius. aut in patella de terra. ſuper quam coquef panis eius cum ergo extrahetur inde. tunc ſumaf interius eius leue. ⁊ teraf optime. ⁊ miſceaf cūꝫ eo farina orobi recens ſm̄ virtutē ſquille. ⁊ exitus eius. Andromacus vero miſcebat cū parte vna ſquille duas partes farine orobi. ⁊ alij equalē menſurā. cū ergo permixta eſt ſqlla cum farina orobi. tūc fac ex ea tro. ſubtiles. ⁊ vnge manus tuas. ⁊ facias ex ea troc. cū oleo roſato. ⁊ exſicca eos. ⁊ cōſerua eos ſicut dicā inferius in deſcriptione troc. de viperis.

¶ Iſti trociſci ſunt in vſu apud illos qui faciunt tyriacā.

¶ Squilla autem ſecundum Auicennam eſt cepe muris eo ꝙ interficit mures Raſis nominat predictos troc. tro. ſquilliticos. ⁊ vult ꝙ ſumatur ſquilla tempore meſſium. ⁊ oportet ꝙ ſquilla non ſit minima neqꝫ paruiſſima. Raſis ac Gulielmus volunt ꝙ ſquille ſit pars vna. ⁊ farine medis. etiam Auicenna dicit ꝙ medici ſui temporis accipiūt ſquille partes duas. ⁊ farine herbi partem vnam. ſed Andromacus dicit contrarium. hoc eſt ꝙ ſquille addere debemus duplum farine orobi. ⁊ ſic fiat.

Trociſci de viperis eiuſdē. accipiant vipere cūꝫ eſt finis veris. ⁊ incipit eſtas. ⁊ ſi fuerit ver hyemale. dimittant vſqꝫ quo cōſequaf eſtas. ⁊ vipere quidē ſunt ſerpētes capita hñtes plana que ſunt lata proprie apud propinqtatē colli minuti ſubtilis valde quorū caude ſunt curte ſtrepitū facientes. ⁊ ſonitum in inceſſu. ⁊ iſtis quidem trociſcis nō ꝯueniunt oēs vipere. imo flaue. ⁊ de flauis femine ⁊ earū ſignū eſt ꝙ maſculi in omni latere hñt vnū dentē. ⁊ femine plures vno. ⁊ oꝫ vt alienenf cornute ⁊ varie ⁊ aſpides decliues ad albedinē. ⁊ nō capiatur ex piſcinis ⁊ littoribus fluuiorꝫ ⁊ aquarꝫ. ⁊ neqꝫ petroſe. qm̄ in eis ſunt quercine facientes ſitim. immo capiāt in loco lōginquo ab humoroſitate. ⁊ nō capianf ille que ſunt debilis motus immo eligant ille que ſunt velocis motus hñtes caput eleuatū. ⁊ oꝫ vt nō morenf capiuntur ſi poſſibile eſt. ⁊ abijciaf a parte capitis eius quatuor digiti ⁊ ſimiliter a pte caude ipſius. ⁊ ani eius. ꝙ ſi currerit ⁊ ex ſanguinis plurimus. ⁊ fuerit motus eius in illa diſpoſitione plurimus. ⁊ mors ipſ⁹ tarda tūc erit electa. ⁊ ſi fuerit paruī motus. ⁊ pauci ſanguinis velocis mortis. tunc erit mala. ⁊ de ſignis eius iterum eſt. vt ſit motus eius velox ⁊ aſpectus eius aſpectus audacie ⁊ preſumptiōis. ⁊ ſit egreſſio fecis eius ex poſtremo caude eius. cūqꝫ mortua eſt. extrahantur viſcera eius. ⁊ proprie fel ipſius. ⁊ abluaf cū aqua ⁊ ſale ablutione exquiſitiſſime facta. deinde decoquantur in aqua ⁊ ſale. ⁊ ſi cū ea fuerit anetū nō erit malū in eo decoctiōe decoquente cū q̄ leuis fiat collectio carnis eius ab oſſe ipſi⁹. mūdificef ꝙ caro ipſius ab oſſe. ⁊ pijciaf in mortario. ⁊ teraf bene. ⁊ precipiaf illi qui facit illud vt odoret oleū balſami ⁊ ſimilr inungat ipꝫ ſup digitos. cū ergo cōtrita eſt miſceaf cū tortellis ſm̄ deſcriptiones diuerſas. ⁊ nō eligaf ſupra deſcriptionē Andromaci. deinde fiāt ex ea troc. minuti ſubtiles. ⁊ exſiccenf in vmbra. ⁊ reponanf in repoſitorio. ⁊ oꝫ vt nō cadat ſuper eos radius ſolis omnino. neqꝫ añ exſiccationē. neqꝫ poſt ipſaꝫ. ſol nāqꝫ deſtruit. ⁊ expoliat eos a virtute appropriata carnibus viperarū interficiente venena que ſunt ex morſione ⁊ ebibita.

¶ Iſti trociſci ſunt de vipera. i. de tyro. ⁊ ſic ꝓpter iſtā deſcriptionē iſtius troc. tyriaca deriuaf ab eis. qdā crediderunt quod trociſci de viperis nō eſſent troc. de tyro. ſꝫ errant. nā Andromacus vult qđ vipa ſit hui⁹. ⁊ vult ꝙ tro. de viperis ſit troc. de tyro. eiuſdē opinionis ē Haliabbas qui dicit ꝙ tyriaca. dꝫ eſſe in etate adoleſcens ſexu femina nō maſculus. vide ēt ſupra vbi poſita fuit deſcriptio troc. de tyro. ꝙ ſunt idē. Andromacus ⁊ Raſis melius oñdūt de forma vipe. qꝫ Auic. Raſis in tractatu tyriace inquit. ſumanf vipere femine que in hoc diſcernuntur. ꝙ plures duobus hñt dentes. maſculi vero ſexus duos tm̄ hñt dentes. ex quibus eliganf ille tm̄ que ruffo vicinantur colori ⁊ ſunt cito mobiles caput frequēter agitantes. ⁊ que ſunt bone habitudinis. ⁊ pingues. oculos hñtes rubeos. ⁊ capita lata. quarum anus iuxta caudam inuenitur. in tpe veris colliganf in eius. ſ. medio. ille tñ que in litoribus maris moranf. aut in lacubus. vel in locis que aque ſalſe vicina exiſtūt. nequaqꝫ accipiāf ſimiliter ait Andromacus. Nicolus florētinus in libro quarto. in cap. de ſpēbus ſerpentū ingt. ex eis eſt ſerpēs puus dictus tyrus vel tyriaca. cuius eſt quedā ſpēs. que ēt tactu occidit. vñ Gal. de tyriaca ad ceſarē ait. dictū regina egyptiqꝫ interfecit ſeipſaꝫ per impoſitionē manus ſup tyriā. que ipſa hora appoſitionis mortua eſt. ⁊ hoc volūtarie fecit. qr rex qui inuaſerat regnū mittebat eā cape. ⁊ dixit Ga. ego vidi hāc tyriam in alexādria. ⁊ interficere feci eā ſine mora. ⁊ poſtea iterꝫ ait de vipis ēt maris reperiunf alique apđ nos. ⁊ ex iſtis ſunt quedā curte ⁊ groſſe dicte nr̄o idiomate ſcorzoni vel ſcurtij. Scias qđ predicti tyri ſpēs ſunt tres. quarꝫ vna vulgari noie dī vipa. alia dī tyrus. alia hydria. in nr̄is partibus bone raro reperiunf. immo hodie reperif ſerpens dictus ſcurtinus qui pro tyro habef. ſꝫ credo ꝙ hodie ſint ex hominibus qui faciūt tyriacā tyro. verū tpe quo p̄dicti tyri nō reperiebanf collegiū medicorꝫ venetorꝫ ordinauit vnā deſcriptionē trociſcorꝫ qui poſſunt poni in tyriaca loco tro. de tyro. ſꝫ melius eſt ſi poſſibile eſſet ponere de tyro. ſꝫ adminus malū eſt ponere illos trociſcos. quorū modus iſte eſt. ℞. tortellarū de ſeni. i. panis aſſi. ℥. iiij. ſ. farine orobi. ℥. xxij. ſ. tormentille diptami. añ. ℥. iiij. fiant trociſci ex eis cum vino in quo infuſum ſit gummi ara. ſiccētur ⁊ reſeruentur. Auicen. dicit. miſceatur cū tortellis ſm̄ deſcriptiones diuerſas. Nicolaus loco eius habet panē aſſum. Gulielmus placentinus habet ibi tortellas. ⁊ dicit per tortellas intelligas panē de fumēto coctū. vt poſſit cōteri. ⁊ in quo nō ſit multū fermēti. immo vicinef pani azimo. ita quod nō habeat aliqđ acetoſitatis in ſe. immo ſit perfecte exſiccatiōis teraf ille panis vt alchool. i. ſubtiliter ⁊ reſeruef. moderni nō faciūt ip̄, ſm̄ illū modū. verū eſt ꝙ opꝫ ꝙ ipe ſit panis azimus. ſꝫ ſit cū decoctiōe maſticis ac paſſularū. ſicut oñdā infra in emplo diaſinicōis ſi deus voluerit.

Trociſci cochiō adminiſtrati in metridato ibidē ℞. paſſularꝫ rubearū enucleatarū. ʒ. iiij. gluctinis albotin. i. terbentine. ʒ. xxiij. ſquināti. mirre añ. ʒ. xij. cinamomi. bdelij ſubalbidi. blacte bizantie. ſpice romane. i. celtice. caſſie meliloti. cipi. baccarꝫ lauri. añ. ʒ. iij. calami arō. xt. ci. ʒ. ix. croci. ʒ. i. bituminis iudaici. ʒ. ij. ſ.

¶ Hec deſcriptio eſt ſabor filij ſehel in qua eſt additū bitumē iudaicū: ⁊ in deſcriptiōe alia eſt addif darſiſahā pōdus. ʒ. ij. ſ. ⁊ in deſcriptione alia ſunt addite aſſari. ʒ. ij. ſ.

¶ Iſti trociſci de cochion ſunt in vſu apud illos qui facere volunt metridatum ſecundum deſcriptionem communem. Raſis ⁊ gulielmus loco eius habent tyriacam diffuſio: ⁊ idem eſt. Aui. vero inquit ꝙ hec deſcriptio eſt ſabor filij ſehel in qua eſt additum bitumē iudaicum: ⁊ in deſcriptione alia darſiſahan: ⁊ in deſcriptione alia aſſarum. iſta vero duo ſimplicia Raſis ⁊ Gulielmus non habent. Auicen. non ponit modum ipſos conficiēdi: ſed Raſis ⁊ Gulielmus dicunt conficiantur ſic. ea qua mollificari poſſūt in vino veteri poſita reſoluantur donec liquida fiant. alia aut omnia trita ⁊ cribellata cum eis iungantur: ⁊ cū melle diſpumato cōfecta ⁊ mixta reponantur. Gulielm⁹ dicit. medicine eius confectionis preter mel ⁊ vinuꝫ ſunt. xiiij. hoc. n. electuarium. ſ. metridatum ſic confectum ponif in oīre loco auree alexādrine ⁊ adriani: q̄ ābe i antido. Nicolai ponunf. ¶ Bitumē iudaicū. i. aſpaltū. nā alij hñt loco ei⁹ aſpaltū: ꝙ idē eſt. Dia. aūt ingt aſpaltū. i. bitumē iudaicum. aliud aridum: aliud liquidum.

Trociſci de mezereon ibidē. ℞. aniſi: ſeis apij: calamēti hortulani: mēte: petroſelini: ameos ana. ʒ. vi. opij: caſtorei: piperis albi: ⁊ macropipis: ſiſibrij: mirre: abſinthij añ. ʒ. iiij. corticū caſſie. ʒ. ij. ꝯficiāf cū melle. ⁊ fiant trociſci.

¶ Iſti trociſci nō ſūt in vſu. ipſe Aui. hꝫ vnā aliā deſcriptionē. ſed hec ē nobilior. ſꝫ dubitaf cur iſti trociſci dicāf de mezereō cū illorꝫ dſcriptionē mezereō nō igrediaf ad h̄ pōt dici vꝫ qdā ꝙ ē nomē equiuocū. forſā. n. ſignificat nomē cōpotētis. Raſis āt in. 9. Almāſoris i ca. de hydropiſi habet vnā aliā deſcriptionē. ⁊ ipſe habet mezereon.

Trociſci de rubea ibidē. ℞. rubee. ʒ. xij. corticū radicū capparis. ariſtologie lōge. radicū liquiritie añ. ʒ. i. conficiantur cū ſirupo acetoſo. ⁊ iformentur troc. ponderis. ʒ. i.

¶ Hos troc. nō habemus i vſu. ¶ Rubea. ſ. rubea tictorꝫ qdā vocāt venā tictorꝫ. ⁊ dr̄ rubea. qr radix ei⁹ ē rubea. vñ ⁊ i colorādo lanas adhibef. Gal. i ſexto ſimplicium dicit falma. i. rubea hec medicina eſt rubea qua vtuntur tinctores in ſeptimo dicit. cocus vaſicus. i. rubea tinctorū. hec medicina apud lōbardos dicif roſani vel roſa.

Trociſci de cuſcute ibideꝫ. ℞. ſeminis citrulli. ſeminis portulace. ſemis alſecheſabrā añ. gipſi eius ſimilitudine ē vt alumē ſcariola. ⁊ hec terra añ. ʒ. iij. ſuchas. i. achantis. arabice bedoard. i. ſpine albe. fumi multis a vulgo in lombardia talcho vocatur. ⁊ ſic trociſci đ terre ana. ʒ. iiij. dragāti amili gūmi ana. ʒ. i. ſ. ſpodij turbith. ſeminis cuſcute ana. ʒ. iiij. terenſabin. ʒ. xxx. zuccari Albuſar. ʒ. xxx. croci. ʒ. iij. conficiantur cum aqua ⁊ melle ⁊ fiant troc. ⁊ adminiſtrentur.

¶ Hos trociſcos non habemus in vſu.

¶ Cuſcute vero eſt herba q̄ inuoluif circa alias herbas. ſicut circa linū. ⁊ ꝓpter id a multis podagra lini dr̄. Sera. i cap. de cuſcute. dicit ꝙ in latino vocaf tima. apud nos dr̄ a vulgo grengo eius forma eſt ſicut epithimi.

¶ Alſecheſabrā vel ſcecheſabrā. idē Auic. in ſcđo cañ. hꝫ ca. in littera. o. qđ dicif. o. almaram. ſed nō declarat quid ſit. Gentilis ſuper iſto verbo dicit. ꝙ ē herba ſimilis paritarie. neqꝫ per id credo ꝙ Gentilis cognouerit quid ſit. ſꝫ verū ſceſabram eſt ozimū carmenum. ſicut reperitur apud Sera. in proprio ca. de ozimo carmeno. de quo ſupra ē dictum in electuario quod dicitur letificans.

¶ Zuccarū albuſar apud eundē in ſcđo cañ. habef qđ eſt māna cadēs ſuper albuſar. ⁊ ē ſicut fruſta ſalis. ⁊ in ipſo quidē eſt cū abſterſione ⁊ reſolutiōe pōticitas ⁊ amaritudo. ⁊ de ipſo aliđ ē ſamenū albū. ⁊ aliud ē agizium ad nigredinē declināſ. aliud ca. facit de hauſurū. ⁊ dicit qđ ē arbor arabica armena. ⁊ eſt vnū de lacticinijs ⁊ quidaꝫ dixerūt quod deſurum eſt quedā ſpēs interficiēs ſedentem in vmbra eius. ⁊ hec arbor videtur habere ſimilitudinē cuiuſdā plante que apud Dia. vocaf taxus ſub cuius vmbra ſi quis dormiuerit aut ſederit ſtatim ſupuenit picculū vite ſic dicit Aui. Sera. i ca. đ zuccaro đſcribit formā zuccari albuſar.

Trociſci ſtelle ibidē. ℞. mirre caſtorei. ſpice. ſ. nardi caſſie. i. caſſie lignee terre ſigillate corticū mādragore añ. ʒ. iiij. opij. croci coſti. ſtelle. terre añ. ʒ. v. papaueris albi. ʒ. vi. dauci aniſi ſiſileos. i. ſileris mōtani ſemis iuſquiami albi. ſtoracis liquide. ſeis apij añ. ʒ. viij. infūde gūmas i vino odorifero. ⁊ tere medicinas. ⁊ ꝯfice cū eo. ⁊ fac troc. pōderātes. ʒ. ſ. ⁊ exſiccenf in vmbra.

Hos troc. hēm⁹ i vſu. ſꝫ nō mltū Jo. Sera. i ſuo ātidota. hꝫ vnā aliā dſcriptionē q̄ eadē ē. ēt Bartho. mōtag. i ſuo ātidota. hꝫ vnā aliā dſcriptiōeꝫ q̄ eadē ē. ſꝫ ſua dſcriptio i vno loco ē falſa. credo tñ ꝙ h̄ fuerit error ſcriptoris. ⁊ ifra oñdā errorē vbi ſit. Raſis i lib. diuiſio. i ca. medicis. ſtomaci. ponit hāc eādē dſcriptionē. dñs Me. i ca. đ tuſſi hūida ait. Gal. trociſci cognoiati aſſem⁹. ⁊ ſūt troc. ſtelle cōferūt tuſſi iuuamētū ſublime. Mathe⁹ ſil. in littera. t. ait. trociſci ſtelle. ⁊ antiq medici nominauerūt eos aluirola cance huiuſmodi nō permittūt vitā recedere.

Stella terre apđ ipſū in ſcđo cañ. vocaf lutū ſamiuꝫ. ⁊ ibi ingt ex auctate Gal. nos vtimur eo ex hoc qđ noiatur ſtella ſamia. ego āt dico ꝙ hoib⁹ videf ꝙ illud ſit talk. verū de talk iā dixerūt veridici ꝙ ipꝫ iuenif i terra grecorꝫ i iſula cipri i tertio cañ. i ca. de cura ſputi ſāguis. iterū ait lutū ſamiuꝫ. ⁊ exiſtimauerūt qdā ꝙ noiaf grece ſtella terre. ⁊ noib⁹ noiaf plurib⁹ ⁊ videf ꝙ ſit nomē altalk. ⁊ hec eſt qꝫ Dia. vocat giſſamiā. ⁊ eligēda eſt alba valde ⁊ leuis lingue adherēs leuis ⁊ aſpgēs ſe ſup chartā. ⁊ fragilis q̄lis ē ꝙ mlti colerio dicūt duo ſūt genera ei⁹. vnū ꝙ p̄dictū ē ⁊ alterū ꝙ dr̄ aſter placodes quod ē laminoſū. ābo vere đtutis ſūt aſter đo placodes ē dicta ſtella lata vl̄ plana Jo. Sera. ibidē hꝫ ſtellā terre. ſꝫ Bartho. dicit troc. ſtelle. ſed nō debet ſic dicere. imo debet dicere ſtelle terre. ⁊ hanc terraꝫ multi moderni dicunt eſſe ſpeciem de ſtella terre ſunt trociſci de talcho. idem Auerroys in quinto coll. dicit terra ſtelle. ideſt talch.

Trociſci de croco ſm̄ eūdē in lib. tertio i fen. i. in ca. đ cura ſode calide abſqꝫ materia aut aduſtione ſolis ⁊ reliqs ex materia calida aut ſanguinea. ℞. croci auf. vij mirre auf. ij. expreſſionis agreſte calcadis ana. auf. i. ſ. aluminis iameni. i. ſciſſi ſiue de pluā auf. viij. colcotar auf. v. medicine iſte bene pulueriꝫate cū vio pōtico temperentur. ⁊ ex eis troc. informentur.

Hos troc. nō habemus in vſu. Alia deſcriptio reperitur etiā in antidotario Bartho. de mōtagnana q̄ eadem nō eſt. idē dñs Meſue in ſua practica in ca. de emigranea calida ingt. Alexā. ꝯfectio troc. quib⁹ ſit linimentū ad emigraneā idē ſūt. niſi in vna re. ⁊ hoc eſt ꝙ Aui. nō hꝫ gūmi ar. Meſ. đo hꝫ i reliqs reb⁹ idē ſūt. Sed iſurgit dubitatio ex eo ꝙ dñs Me. dicit in practica ſua i cura ſode fride hec verba formalia. eodē mō trociſci de croco dci in ātido. ⁊ tñ in ātidotario nuſqꝫ repio illorꝫ deſcriptionē. tu igif ꝯſidera. Mat. ſil. i ca. de calcitis dicit Jo. meſ. i troc. de croco. ponit colcotar ⁊ calcadis. Gentilis in tractatu de febribus ait. troc. de croco. i. ſief. de croco nō iuenif ꝓpria deſcriptio. ſed neſcio cur hec verba protulerit.

Croc⁹. i. zafarā. Jſi. igt crocū dcm̄ ab opido ciliſie quod vocaf coriciū. qꝫqꝫ ⁊ alibi naſcaf. ſed nō tm̄ vel tale q̄le in cilitia. vñ ⁊ a potiori pte nomē accepit.

Agreſtū aūt ſit ex vuis imaturis. ⁊ pt̄ appellari onfāciū Diaſ. ingt onfanciū ē ſuc⁹ vuarꝫ albarꝫ imaturarꝫ. q̄ vue añ dies calculares colligēde ſūt: onfanciuꝫ āt pt̄ capi multis modis. nā pt̄ dici ꝙ onfanciū eſt oleū quod ſit ex oliuis imaturis. etiā pt̄ dici ꝙ onfanciū ē ſuc⁹ exp̄ſſus vl̄ liqr amarus ⁊ acerb⁹. vñ Gal. i lib. dinamidiarꝫ dicit onfanciū ſic ſit a cimis vue agreſtis exp̄ſſis. carnes ipſarꝫ ⁊ nucleos in ſole ſiccatos tāde. ⁊ fac pulnerē. ⁊ erit onfāciū. ēt ſit ex fructu vitis imature. exp̄mif eni ei⁹ fruct⁹ anteqꝫ matura ſit. ⁊ ſuc⁹ inde factus iſpiſſaf ⁊ reconditur.

Calcadis apud ipſum i ſecūdo cañ. in. ca. de atramēto ē vitriolū albū. qdā crediderūt calcadis ⁊ colcotar idē eſſe. ſed nō recte. nā in iſtis troc. poſſumus certificari ꝙ idē nō ſunt. verū vnū pro alio pōt pōi Jo. Sera. in cap. de erup-

tione ſanguinis ex matrice inqͥt ꝙ calcadis eſt calcātū cu ius color ē viridis. ⁊ qñ antiquaẜ calcadis fit colcotar. Jo an. arculanus in ca. de vngula ait. quatuor ſūt ſpēs vitrio li. ſ. colcotar qḋ ē citrinū: calcātum viride: calcadis quod eſt albū. alſurit rubeū. ſimiliter ait in ca. de atramēto.

¶ Colcotar. i. vitriolū citrinū apud ipſū in ca. de atramē to. Et idē dīc Nicolaus. Jo. arculan⁹ in ca. de ſebel. dīc ꝙ colcotar eſt vitriolum romanum.

¶ Vinum ponticum. i. forte vel acutū. non aūt dicitur pō ticum a ponto inſula: ſed hic dicitur ponticū in ſapore: ⁊ idem dominus Meſue loco eius habet vinum forte aut acetum: quod tantum valet.

Trociſci de eleboro in . iiij. tertij. i ca. de cura. opi lationis accidētis in aure. ℞. elebori al bi. auẜ. iij. nitri. i. ſalis nitri auẜ. xvi. croci auẜ. iij. cōſtringā tur ⁊ terantur cum aceto: ⁊ fiant inde troc.

Hos trociſcos non habemus in vſu.

¶ Eleborus ſecundū Meſue eſt herba alfugi: ⁊ eius due ſunt ſpecies. nam alius ē albus alius niger. ⁊ niger incolu mior eſt albo. Gal. in libro ad partenianū dicit. velatrum . i. eleborus. Auerroys in qnto colẜ. dicit cōdiſi. i. elebor⁹: quod non videtur verū ſicut pꝫ ꝑ Dia. ⁊ Aui. q de vtroqꝫ faciunt capl'a. eleborus vero apud teutonicos vocaẜ ve lax. ſi detur in potu de radice ipſius galinis interficit ipſaſ de qua vide Sera. in ca. de ellō nigro. in fine ait. meſaru gie elleborus albus eſt fortioris operationis qꝫ niger: ⁊ ti mor eſt ne ille qui ſumit elleborū incurrat ſpaſmū. ⁊ ipſe occidit columbos quādo infunduntur fabe aut frumentū in aqua in qua infundiẜ eleborus ⁊ datur columbis aut pullis ad comedendum.

Trociſci ḋ bdelio ſm eundem in libro tertio. in fen. xiiij. in ca. de cura apoſtematum d i rorum. ℞. roſarum tritarum. ʒ. x. ſpice aromatice: ideſt in de. ʒ. ij. mirre. ʒ. i. coſti. ʒ. i. ſ. maſticis. ʒ. i. amigdalaruꝫ ama rarum. ʒ. i. ſ. bdelij. ʒ. iij. terantur medicine ⁊ diſſoluatur bdelium cum vino: ⁊ conficiantur cum eo medicine: ⁊ fi ant inde trociſci.

¶ Hos trociſcos non habemus in vſu. Raſis in lib. diui ſionum in ca. de egritudinibus epatis habet vnam aliam deſcriptionem que eadeꝫ eſt. bdelium vero eſt gummi qḋ ſatis notum eſt. Galẜ. in ſexto ſimplicium inquit mochl. i. bdelium due ſunt eius ſpecies. vnum eſt ſethelina: ⁊ ē ma gna ⁊ mollior altera: ⁊ eius virtus eſt mollificatiua. altera vero ſpecies eſt arabica.

Trociſci de charta cōbuſta in eodē lib. i fen. xvi. i ca. de cura excoriatiōis iteſtinoꝝ ⁊ vlce rū. ℞. arſenici aduſti. ʒ. x. corticis eris: alumis iameni. gal larū calcis q̄ nō eſt extincta oiuꝫ añ. ʒ. xij. fiāt ex eis troci ſci cū ſuco arnogloſe. i. plātaginis: quorū vnuſqſqꝫ pōde ret. ʒ. iiij. ⁊ parū ex eis adminiſtretur.

¶ Hos trociſcos nō hēmus i vſu. dñr aūt trociſci de char ta: licet illorū deſcriptionē charta nō ingrediaẜ. idē ṽo i ſe cūdo cañ. de charta ca. facit. idē i ca. de papiro ait: ꝙ ex ip ſa qdē fiūt charte. ⁊ ipſa qdē ē i potētia charta ⁊ qḋ ex ea aduſtū ē: ē vehemētioris exſiccatiōis Dia. inqͥt papir⁹ vñ charta alexādrina fit vtile ē. Serap. i ca. de burchdi dicit: burchdi ē notū: ⁊ ex eo fiūt charte. ⁊ vtūẜ eo medici qñ vo lūt dilatare orificia fiſtularū. idē Sera. ait ⁊ kirtas qdē cō buſtū eſt fortioris oꝑationis qꝫ burchdi cōbuſtū. Etiā di cit Gal. hec herba nō admiſtraẜ in medicia ſola. idē Sera. infra ait burdi vis. i. iuncus. hec vero plāta ē quedā ſpēs iunci i aqs naſcētis. nō āt intelligiẜ de charta i q̄ ſcribim⁹ q̄ de pānis lineis fit. ſed ſapiētes credūt ꝙ hec ſit quedam herba i qua arabes faciūt ſextariola in qbus inuoluūt ſpe cies. ⁊ q̄ ē qdā herba viſcoſa naſcēs in paluſtrib⁹. vñ Aui. pria quarti tractatu ſcḋo ca. x. de curationib⁹ febriū acu tarum ſic inquit. ⁊ ſi domus eſt proximi temporis ex quo linita fuerit luto. ⁊ proprie illo in quo ponitur loco palee cortum papiri tunc eſt melius.

¶ Es apud ipſum Aui. in. 2. cañ. aliud eſt rubeū ad citrini tatē declinans. ⁊ eſt alchabruſi. qḋ ē melius. ⁊ aliud ē ru beū clarū. ⁊ aliud rubeū ad nigredinē declinans. ⁊ eſt ge nus eris qḋ dẜ talacon Dia. Es vſtum quod alij calcuce camenon vocāt. Sera. iqͥt in caplō de ere. dicit phus q dā faciūt ex ere vaſa ad comedēdū ⁊ bibēdū i eis ⁊ nocēt eis valde ⁊ hoc notum eſt.

¶ Troc. de cineribus deſcriptio horū ab auctorib⁹ nō re peritur: ſed noſtri medici clariſſimi faciūt ipſos cōponere cū ſpēbus electuarij de cinerib⁹ quoꝝ deſcriptio ē poſita ex auctoritate Aui. ⁊ ſic ordināt. ℞. ſpērū cōpletaruꝫ ele ctuarij de cinerib⁹. ℥. i. cū vino albo odorifero quātū ſuẜ ficit. fiant trociſci ⁊ ſiccentur. ⁊ vſui reſerua.

trociſci alcadicon ſm Dinū florentinū i ſuo tracta tu de cōpōnib⁹. ℞. calcis viue. ʒ. i. arſenici rubei ⁊ citrini. chali acatie añ. ʒ. ſ. oīa hec trita cōficiaẜ cū aqua que vocatur prima ⁊ in vſu reſerua.

¶ Hos trociſcos nō habemus in vſu. ipſe Dinus inferi⁹ deſcribit vnā aliā deſcriptionē. ſꝫ eadē nō eſt. cadicō vt di ctū fuit ex auctoritate Jo. Sera. ſunt troc. facti ex arſeni co. ⁊ ſm Almanſorem dicunẜ achali qḋ recipit. Nicolus florentinus in lib. 7. in ca. ḋ medicina diminutiua carnis ſiue corroſiua eius habet vnā aliā deſcriptionē que eſt ex auc. Galẜ. que eadem eſt.

Arſenicum rubeum ideſt arſinagal. Nicolus loco eius habet auripigmentum rubeum. credo ꝙ idem eſt. ⁊ per ar ſenicum citrinum intelligitur auripigmentum citrinum. ſeu vſuale ⁊ per arſenicum rubeum intelligitur arſenicum dictum arſinagal.

Kali vel alkali. vt hꝫ Nicolus eſt quedaꝫ plāta q̄ in lit toribus maris naſcitur ſimilis vermiculari. i. ſemperuiue minori. pinguis ⁊ ſalſa. ⁊ de cinere ipſius fit vitrū. Sera. in ca. de vſnen inquit. vſnen eſt herba chali. Auic. in ſcḋo canoñ de vſnē. ca. facit ⁊ dicit. ꝙ eſt plurium ſpecierum ⁊ ſubtilior earū eſt alba. ⁊ nominaẜ ſtercus paſſerū. nō eſt vſ nee vt quidam crediderunt. nā vſnee eſt res collecta ſuꝑ arbores glandium. ⁊ alias arbores.

Acatia ſm Aui. eſt ſucus alchariſti exſiccatus. deinde i troc. mutatus. ⁊ melior ex ea eſt que ē melioris odoris vi ridis declinans ad nigredinē pōderoſior ⁊ durior. meſue loco eius hꝫ chachie. qḋ idem eſt.

Aqua prima ſecundum intentionem compoſitoris ſic fit. ℞. calcem viuam ⁊ chali. ideſt herbaꝫ vſnen añ. partes equales ⁊ terantur. ⁊ ſeptuplum precedens ipſorum ex aq̈ eius admiſceatur. ⁊ ſeptuplum precedens ibi moreẜ quo tidie agitando. ⁊ poſtea coletur ⁊ ex ea conficianẜ. ⁊ fiant troc. ⁊ reſeruentur. Nicolus loco eius hꝫ capitellū cōmu ne qḋ fit ex cinere fabarū. ⁊ ſtiptibus eius. ⁊ calcis viue. ⁊ coletur ad modum lixiuij.

trociſci de celidonia pro ruptorio leui ⁊ bono ſecū dū Bartholomeū mōtagnanā in ſuo anti dotario. ℞. ſuci radicū celidonie. vrine pueri añ. ℥. iiij. cal cis viue. ℥. iij. arſenici citrini. ℥. i. ruptorū de capitello bulli ant ſimul ſucus ⁊ vrina: deinde ſuperaddaẜ calx. ⁊ coqua tur ad ignem lignorum. vſqꝫ ad ꝯſumptionē ſuci ⁊ vrine ⁊ reliqua addanẜ cum calce. ⁊ fiant trociſci.

Hos trociſcos non habēus in vſu. idē inferi⁹ deſcribit vnam aliam deſcriptionē. quā vocat trociſcos de celido nia cauterizatiuos: ſed idem non ſunt nec in vſu.

Celidonie vero ſm Sera. in cap. de curcuma due ſunt ſpēs. ſ. maior ⁊ minor. ⁊ dicit ꝙ nominaẜ hoc noīe. eo ꝙ icipit apparere añ aduētū hirūdinū. ⁊ deſiccaẜ qñ recedūt putāt aliq etiā ꝙ ſic noieẜ ꝓpterea ꝙ qñ exſiccanẜ pulli hi rundinū. defert eis mater hāc herbā. ⁊ dat eam illis in ci bum. ⁊ reddit viſus irūdinibus. de qua etiā Jo. Anglicus in ca. de ſterelitate inquit. ⁊ eſt hic notāduꝫ ꝙ celidōia di citur quaſi celi donū. qꝛ ipſa aufert maculaꝫ oculorū. ⁊ iō hirundo querit eā qñ pulli eius nō vident. ⁊ matricē mū dificat conceptioneꝫ preparat. hicteritiam curat ⁊ ſcabie. ſucus eius ſuppoſitus curat ⁊ aufert. vnde verſus. Icteri cos per ſe ſanat celidōia. ſucus Iniectus oculis maculas diſrumpit eorum. Aufert. ⁊ cancros qualiſcūqꝫ capiatur maior vero celidonia eſt nota minor eſt illa que apud ara bes memitem aut memite dicitur. Leonardus de preda pales in capitulo de formica ait foliorūꝫ domini dei ideſt celidonie.

Capitellum ṽo apud nos vocatur aq̄ fortis ſaponario rum. lixiuiū eſt de quo fit ſapo. ⁊ eius cōpoſitio eſt diuer ſa: ſed illud capitellum qḋ ibi ingreditur fit hoc modo. ℞. aq̄ prime ſaponis lib. ij. bulliant longa ebulitiōe vſqꝫ ad cō ſumptionē tertie partis. deinde addaẜ calcis viue. ℥. i. opij . ℥. ſ. ⁊ decoquantur. deinde addatur auripigmēti. ℥. ſ. ⁊ re ſerua ⁊ de hac facias trociſcos de celidonia.

Trociſci de calcamento ſecundum Gulielmum placentinuꝫ in ſuo antidotario. ℞. eris vſti vitrioli: de quo fit encauſtrum añ. ʒ. vi. floris eris. ʒ. ij. ſalis armoniaci: baurach. i. ſalis rubei: ſeu afronitri arſeni ci ſublimati ana. ʒ. i. ſ. terantur ⁊ dimittantur ſic per heb domadam: ⁊ fiant ex eis trociſci cum ſuco ruthe.

¶ Hos trociſcos in vſu non habemus. Gulielmus nomi nat iſtos trociſcos de calamento. i. de calcanto qḋ ē vitrio lum: de quo fit encauſtrum: ſed non recte. nam hec confe ctio eſt ſieẜ de calcanto: ſicut apparebit infra ex auctorita te. Raſis ⁊ videbis quod idem eſt.

¶ Flos eris non eſt viride eris ſecundū Simonem ianu enſem. verum multi moderni loco eius ponunt viride eris Raſis loco eius habet ziniar ideſt viride eris. ſꝫ opinio Gu lielmi eſt ꝙ flos eris ⁊ ziniar idem ſint.

¶ Arſenicum ſublimatum ſecundum quoſdam eſt argen tum ſublimatum. liber qui dicitur bulchaſis in libro pri mo docet modum ſublimandi arſenicum. vide ibi.

Trociſci de ſcolopendria ſecundum Nicolum florentinum in libro quinto in capitu lo de opilatione ſplenis. Recipe ſcolopendrie: yſopi: praſ ſij: ideſt marubij: fructus tamariſci: ideſt carmezit. corti cum radicum capparis ana. ℥. ſ. ſeminis agni caſti: ſemis ruthe: gentiane. ariſtologie rotunde. florum geneſtre añ. ʒ. ij. ſ. armoniaci diſſoluti in aceto. ʒ. i. ſ. cū quo reliqua cō ponantur ⁊ fiant trociſci.

¶ Iſti trociſci in vſu ſunt. Jo. Serap. in ſuo antidotario habet vnam aliam deſcriptionem. ſed eadem non eſt.

¶ Scolopendria vt pluries dictum eſt. eſt lingua ceruina.

¶ Geneſtra eſt frutex omnibus nota: exiſtimant quidam ꝙ hec apud Diaſ. dicitur ſpartus: eius ſemen affertur in folliculis ſicut faſeolus Gal. in octauo ſimplicium ait: ſpargamum. i. geneſtra infra de ipſa apparebit melius in vnguento geneſtrato.

¶ Armoniacum gummi eſt ſatis notum Gal. in. vi. ſim plicium inquit. armoniacum eſt gummi daltala: quod eſt vnum ex gummis arboris. idem in libro ad parthenia num ait. armoniacum eſt quaſi lacrymum herbe. que gre ce aſilius appellatur.

Trociſci de cicadis. ſcḋm eundē in eodē lib. i ca. de cura lapidis ꝑ potionē. ℞. milij ſolis pentafilonis. ſeminis vrtice. nucleoꝝ ceraſorū ſeminis na ſturtij. petroſelini alexandri. i. macedonici. tartari. vini al bi ana. ʒ. ſ. ſāguis hirci. cicadarū ana. ʒ. iij. galāge. ℥. i. olei muſcelini. ⁊ nardini. i. de ſpica nardi. ⁊ balſa. añ. ʒ. i. ſ. ſuci ſaxifragie. ʒ. iij. miſce. ⁊ fiant trociſci: ⁊ ſiccētur in vmbra. Hos trociſcos non habemus in vſu.

¶ Cicade ſunt quedā animalia de quib⁹ ſupra dixi. ex itē tione Iſidori ac aliorū. hic vero volo dicere de mēte Pli. quod cicade non naſcuntur in raritate arborū. iccirco nō ſunt cirenis circa oppidum. nec in cāpis. nec in fridis aut vmbroſis nemoribus. eſt quedam ⁊ his locorū differentia in mileſia regiōe paucis ſunt locis. ſed in cefalenia nimis. quidam penuriam earū. ⁊ copiaꝫ dirimit: ac in regio agro ſilent omnes ⁊ vltra flumen in locis canunt. pēnarū illis natura que apibus. ſed pro corpore ampliores.

¶ Vrtica ē herba ſatis nota. Diaſ. dīc acalifex. ſiue vt alij ignidia. latine dicitur. vrtica eius altera maior que ⁊ vſua lis eſt ⁊ ſimplex cū tenui ſemine ac folijs minutis aſpis. al tera agreſtis ē denſiorib⁹ folijs atqꝫ latiorib⁹ nigrioribus. Etiam Aui. in ſcḋo cañ. ait caliſe. i. vrtice. eſt etiā alia vrti ca dicta mortua. ⁊ hec apḋ modernos diciẜ Angelica ſeu archāgelica. ⁊ ē alia dicta vrtica mora. cui⁹ folia magna ac nigriora ſūt. ⁊ hec diciẜ millemorbia ſiue herba ficaria. ſed a latinis dẜ ſcrofularia.

Tartarum generatur in vino in fundo. ⁊ laterib⁹ vege tis. ⁊ eſt fex vini. vel aceti. Cōcoregius i cap. de ſurditate

in ſpeciali iqͥt. tartari qḋ adherēt in parietib⁹ vegetis in trinſecis. hoc notum eſt.

Sanguis hyrci. de ipſo dictum fuit. Nicolus non dicit hic ſi debet eſſe ꝑparatus aut non. ſed in hoc eſt regula ꝙ ipſum non oportet adminiſtrari in aliquibus medicinis ſi preparatus nō fuerit. ⁊ modus eius eſt multiplex. ſupra dixi de ipſo in electuario de cineribus ſecundum intentio nem plurium doctorum. etiam hic iterum volo oſtendere de modo ipſius ex auctoritate Jo. Sera. in ca. de illis in quibus generatur lapis. ⁊ magnificatur qui ſic inqͥt. me dicamen cum ſanguine hirci ad dolorem renum ⁊ lapidē ⁊ non eſt ei ſimile. ⁊ eſt mirabile. ⁊ modus eius iſte eſt quā do incipit vua denigrari ſumatur olla noua a figulo. ⁊ fū datur i ea aqua. ⁊ ferueat donec auferatur ab ea terreſtrei tas. deinde decoletur hircus. ⁊ accipiaẜ ex medio ſāguis qui currit ex eo in ollam. ⁊ nō accipiatur primus ſanguis neqꝫ poſtremus eius. ⁊ dimittamus ipꝫ donec coaguleẜ. deinde incidamus ipm in paruas partes eo exiſtente in cō cauitate olle. ⁊ cooperiamus ipm cū reti ſtricto. aut cū pā no ſubtili raro. ⁊ dimittam⁹ ipm ſub celo donec recipiat radios ſolis ⁊ lune. ⁊ dimittam⁹ ipm donec exſicceẜ bñ. ⁊ caue ne veniat ei humectatio ex rore. deinde teraẜ multū. ⁊ ſerueẜ ⁊ detur ex eo coclearium vnū cum decoctiōe dul cis aque. Idē Jo. Sera. ait. ⁊ ſm illud ꝙ dixit filagri⁹ in plurio ſermonū ſuorū necēe eſt vt ſit hirc⁹ iuuenis i etate ſua ex eis qbus aduenerūt q̄ſi q̄tuor anni. ⁊ ꝓijciamus in hoc medicamie foliū indū. ⁊ amomū ⁊ ſpicā ⁊ que ſunt il lis ſiſia donec aromatizetur odor eius.

Oleum muſcelinū a muſco dictū ē deſcriptio ṽo ipſi⁹ ſm quoſdā ſapientes reperiẜ in antidotario Galẜ. ꝙ apud nos nō ē. tñ deſcriptio infra apparebit. quidā moderno ꝝ crediderūt ꝙ oleū balaninū. i. de granis de been eēt oleū muſcelinum. ſed non recte.

Trociſci affodillorum ſecundum eundem in lib. ſeptimo in ca. de medicina diminutiua carnis ſiue coroſiua eius. ℞. ſuci radicum affodillorū. ℥. ſ. calcis viue. ʒ. ij. auripigmēti. ʒ. i. ꝯficianẜ ⁊ exſiccenẜ ad ſolem in menſe auguſti.

Hos trociſcos in vſu non habemus. domin⁹ magiſter Petrus argillata in capitulo de medicinis corroſiuis ha bet vnam aliam deſcriptionem. ⁊ idem eſt. Affodillus cir ca inſtans affodillus eſt centum capita. cuius radix compe tit vſui medicine. idē dicit Petrus de creſcentijs. ſed vter que falſum dicunt dicentes ꝙ affodillus ſit centum capi ta. nam ſi vis videre certitudinem. vide in ātidotario Ga lieni. in quodam antidoto. quod incipit. antidotum quod facit epilenticis. ⁊ ibi habet centum capita ⁊ affodillos. quod non eſſet ſi eſſent idem. veritas autem eſt. affodillus eſt herba dicta apud nos porrago propter ſimilitudinem foliorū. ⁊ ſm Papiā affodillus herba quā latini albuciā vocant. ⁊ centū capita eſt vna ſpēs yringi ſicut patet apḋ Serap. in ſuo caṗ. de yringo.

Trociſci de calce in eodē libro. ⁊ in eodem ca. ℞. calcē viuā puluerizataꝫ. ⁊ cōmiſce cum melle. ⁊ cōmixta in olla noua. pone in clibano. ⁊ dimitte donec comburatur. ⁊ vſui reſeruetur.

Hos trociſcos non habemus in vſu. Petrus argillata in caplō de medicinis corroſiuis habet vnam aliaꝫ deſcri ptionem que eadem eſt.

Calx ſm Gulielmū placētinū per calcem ſignificam⁹ ci nereitateꝫ corporū lapidoſorū. ⁊ oſtracorum extinctam ⁊ nō extinctam. Auerroys in quinto colẜ. inquit. mura ideſt calx viua. ⁊ eſt calx lapis decoctus.

Superno numine ducti compleuimus ſermonē i ſectio nem trociſcorum prolixam aliquantiſper. verū cōpēdioſā ſupramodū. erit vero nūc ſermo noſter circa diſtinctionē ſieẜ ſecūdū mentem diui Jo. Meſue ⁊ Raſis.

¶ De ſieẜ ſm ſententiam Meſue ⁊ Raſis.

Jeſ citrinū. Meſue in ſua practica i. c. de obtalmia. ℞. climie lote. deinde adu ſte ⁊ extīcte i lacte mulieris. ʒ. viij. ceruſe lo te. ʒ. xvi. croci. ʒ. iiij. opij. ʒ. i. dragagātis. ʒ. ij. aq̄ pluuialẜ. qḋ ſufficit vtere cū albumine oui.

¶ Sief vero apud nos ē ꝯfectio ocularis formata ad modū nuclei dactili q̄ fricaẜ ſuper cotē cū aliquo liquore cōuenienti hanc medicinam quidam coliriū vocant.
¶ Climia ſeu cadimia: vt apud Dia. dicitur quod bona eſt ciprla ⁊ botiriades: ⁊ que ſpiſſa fuerit. Serapi. capitu. de climia inquit quod eius ſpecies ſunt due: eſt lapis repertus in cipro in curſibus aquarum: ⁊ eſt petroſa: ⁊ melior alijs ſpeciebus climie: ⁊ alia generatur in fornacibus: ⁊ aggregatur in tecto fornacis quando purgatur es: ⁊ generatur ex ere quando ponitur in fornace: ⁊ liqueſit. nam reſoluitur fumus ab eo: ⁊ adheret parietibus fornacis in tecto eius ⁊c. ſecundum modernorum opinionem climia eſt fuligo: vel fumus qui adheret ſuperioribus partib⁹ fornacis in purificatione auri ⁊ argenti: vel aliorum. vnde dicitur climia auri vel argenti: de qua vide in ſecundo cañ. Auicen. qui capitu. de vtraque facit. ille lapis quem dicit Serap. credo quod ſit lapis dictus a vulgo calamina: ſeu calaminarias. de quo tingitur es.
¶ Modus autem lauandi climiam. ⁊ adurendi habetur in libro qui dicitur albuchaſis in libro primo in ca. de modo preparandi katimiam. i. tuciam. nam climia eſt ſpecies tucie: ⁊ preparaẜ ſicut tucia etiam Sera. in ca. de tucia hꝫ modū lauādi tuciā. ⁊ dicit abluitur ſic climia lauatur etiā tucia ſimilr̄: ⁊ in iſta materia lauaẜ ipſa cum aqua roſata.
¶ Ceruſa. i. biacha que ſatis eſt nota de modo abluendi docet ſeruitor in ſuo primo libro. ⁊ eius modus iſte eſt tere ceruſam in aqua ſepe. ⁊ proijce ſupra aquam ſepe. ⁊ fiat hoc ſepe tandiu quod nō appareat ſuper aquam aliquid putredinis deinde collige. ſicca ⁊ reſerua. ⁊ bona ceruſa eſt que multum eſt candida ⁊ partes eius ſunt de ſe clare. ⁊ quando tangis eam digito inuenies partes eius lenes ſine aſperitate.

Sief roſatum ibidem. ℞. folioꝝ roſarū. ſ. rubearū. ℥. xv. croci. ℥. viij. opij. ℥. ij. ſpice inde. ℥. ij. gūmi ar. ℥. viij. aque pluuialis quantum ſufficit.

Sief albū. Raſis i nono Almāẜ. i ca. ꝺ obtalmia. ℞. ceruſe ablute. ℥. x. ſarcocolle groſſe. ℥. iij dragāti ℥. i. opij. ℥. ß. fiant ex eis forme lenti ſimiles
¶ Iſtud ſief apud nos non eſt multum in vſu. ⁊ eius modus ē duplex. vꝫ quod ipſum poſſumus facere cum opio ⁊ ſine opio. ſi cum opio facere volueris addatur de opio in pondere. vt dicit compoſitor. ſin autem ſine opio facere volueris non ponitur aliquid opij. Meſue in cap. de obtalmia habet multas deſcriptiones. quarum vna eſt deſcriptio filij zacharie que eadē eſt niſi in vna re. hoc eſt ꝙ Meſue habet amilū. Raſis vero nō in reliquis ſunt idē.
¶ Sarcocolla ſecundum Auicen. eſt gummi arboris ſpinoſe. ⁊ in ipſa eſt amaritudo. ⁊ melior ex ea eſt illa que ad citrinitatem declinat. ⁊ eſt ſimilis olibano. i. thuri. medici noſtri dixerunt quod hāc medicinam in colirijs nō oportet ponere. ſi nutrita non fuerit in lacte aſine. Et eius modus iſte eſt. accipe de ſarcocolla bona alba groſſa. ⁊ pone eam in vaſe vitreo amplioris orificij. ⁊ mulge ſuper eam lac aſininum in quantitate pauca ne infundatur in ea. ⁊ liqueſiat. ſed remaneat ſic. ⁊ pone ſubito in ſole. vt cito deſiccetur. ⁊ quando erit ſicca. ⁊ oportet vt iterum mulgias ſecundum quātitatem prioris. ⁊ ſemper caueas ne cooperias eam lacte. ne aceſcat lac antequā deſiccetur ⁊ deſtruatur. ⁊ fac ita quater. ⁊ cū ħ feceris ſicca bene ⁊ conſerua: ⁊ ſi nutrire volueris in lacte mulieris eadem forma ⁊ modo facias.

Sief de thure ſm eundē in nono Almanſoris in ca. de vlceribus oculorum. ℞. armoniaci. ſarcocolle. ana. ℥. ß. thuris. ℥. x. croci. ℥. ij. conficiantur cum mucillagine fenugreci. ⁊ fiant ex eis ſief.
¶ Iſtud ſief non eſt valde in vſu. Meſue in capitulo ꝺ vulneribus ⁊ vlceribus oculorum habet vnam aliam deſcriptionem que eadem eſt.
¶ Thus vͦo eſt olibanum de quo ſupra in troc. de olibāo.

Sief de plūbo ſm eundē i eodē cap. ℞. plūbi aduſti antimonij. tucie ablute calcucecumenō gummi ara. draganti. añ. ℥. viij. opij. ℥. ß. terantur. ⁊ cum panno ſericino. i. de ſerico qui ſit ſubtiliſſim⁹ cribellētur ⁊ cōſpergantur ex aqua pluuiali: ⁊ fiant ex eis ſief.
Iſtud ſief in vſu non eſt. Meſue in ca. de vulnerib⁹ ⁊ vlceribus oculorum habet vnam aliā ex auctoritate filij zacharie. i. raſis que eadem eſt.
Plumbū ſpecies eſt antimonij. Plini⁹ vocat plūbum quādam egritudinē oculi que curatur cum quadā herba que grece dicitur molēdina quod ē dictu plūbago Auic. in ſcꝺo dicit. alaunoch ⁊ alahabat vtrūqꝫ eſt plumbum nigrū. in quo ē ſubſtātia aquoſa multa quā ꝯgelauit frig⁹. modū aūt aduſtionis eius docet bulchaſis in libro primo q̄ eſt iſte. ℞. laminas plūbeas. ⁊ pone in olla fictili. ⁊ ꝓijce ſuper eas parū ſulfuris radendo ipſum ſulfur ſup eas. deinde accipe alias laminas plūbi. ⁊ pone ſuper primas. ⁊ itē radas ſuper eas de ſulfure. ⁊ iterū alias laminas ſuper pōe ⁊ ſulfur rade. ⁊ fac ita quouſqꝫ olla ſit plena. deīde accēde ſuper eas ignem. ⁊ quando videris plūbū iſlāmari oportet ꝙ cōmiſceas cum virga ferrea donec plūbum conuertatur in cinerē. ita ꝙ nihil remaneat de ſubſtātia plūbi q̄n ſit totū in cinerē cōuerſum. ⁊ q̄n erit ita aufer ab igne ⁊ dimitte infrigidari. ⁊ oportet ꝙ ille q̄ hoc facit cooperiat faciem ſuam. nā odor multum nocet. ⁊ ſic vtere.
Antimoniū vene ē terre ſimilis plūbo. ſꝫ ātimoniū teritur ⁊ nō fundiẜ. plūbū vͦo fundiẜ ⁊ nō teriẜ Dia. vocat ipſum ſtibū. ⁊ ingt. ſtib⁹ formoſus ē ⁊ lucidus. ⁊ qui radioſus apparet cū fract⁹ fuerit. ⁊ guſtu ſalſus ⁊ fragilis nihil habens terroſuꝫ aut ſordidū. hunc multi obtalmon nominant. hec eſt medicina ocularis. que eſt ſatis nota.
Tutie vͦo nomē cadit ſuper tres res. primo ſuper id de quo Auic. in ſcꝺo cañ. propriū cap. facit ſub nomīe tutie. Et Dia. ſub nomine pōfolix. cui ſunt due ſpēs. vna quarum dicitur pōfolix a Dia. alia ſpodium. que ab Aui. dicitur ſuccudus. ⁊ ambe ſunt fuligo ex fumo eleuato in fornace. in qua ſit auricalcum. ⁊ eleuatur ille fumus a lapide calaminaris. quo es tingitur. ⁊ ſit auricalcum moderni generaliter loco ſpodij vtūtur oſſe elefantis cōbuſto Gal. in octauo ſimpliciū dicit. chadimia. i. tutia ꝺ modo ipſā abluendi vide albuchaſiꝫ in lib. i.
Calcucecamenon. i. es vſtuꝫ. ⁊ eſt nomē cōpoſitū a charcos quod eſt es cecamenon incenſuꝫ Dia. in caplo de ere. dicit es vſtum quod alij calcucecamenon vocāt. Circa inſtans es vſtū. i. calcecumenon. Auerroys in quinto colliẜ. ait. calcecumenon. i. es vſtū. idē ait. Leonar. ꝺ preda palea in capi. de vlceribus putredinis. ⁊ ſic eſt ſecundū veritatē modum aduſtionis eius docet Diaſ. in proprio ca. de ere. ⁊ idem facit Serap.

Sief rubeū ſm eundē in nono almaẜ. in ca. de ſcabie ⁊ ſebel. ℞. ematicis colcotar cōbuſti. i. vitrioli citrini añ. ℥. iij. eris vſti. ℥. ij. mirre croci añ. ℥. i. piperis. lō. ℥. ß. ꝯſpergaẜ ex vino veteri: ⁊ fiant ex eis ſief.
Iſtud ſief in vſu non eſt. ⁊ dicitur rubeū a colore ipſius propter lapidem ematitem: ideſt ſanguinariam qui ibi ingreditur. Meſue in capitulo de ſcabie oculorum habet vnam aliam deſcriptionem. ⁊ loco ematitis habet ſedenegi. quod idem eſt.

Sief viride in nono Almanſoris in capitulo de vngula. Recipe ziniar. ℥. iij. cholcotar. vſti. ℥. vi. arſenici rubei baurach. ſpume maris añ. ℥. i. ſalis armoniaci ℥. ß. armoniaci. ſ. gummi. ℥. ij. armoniacum in ſuco ruthe diſſoluatur. ⁊ ſpecies ex eo conſpergātur. ⁊ fiāt ex eis ſief. eſt enim mirabile.
Iſtud ſief apud nos nō eſt in vſu. Meſue in ca. de ſcabie oculorū habet vnam deſcriptionem ⁊ eadem eſt.
Ziniar. i. erugo eris. Liber qui dẜ bulchaſis in libro primo docet modū faciendi ipſum: ⁊ abluendi ⁊ colligēdi ex eo quod eſt bonuꝫ. Auic. in ſecūdo cañ. de ziniar capitu. facit ⁊ dicit ſpecies faciēdi ziniar ſunt cū exaſpatiōe eris i fece aceti. ⁊ rotatiōe limature eius cum aceto. ⁊ ſepultura ipſius in loco humoroſo. ⁊ inclinaẜ vas ereum ſuper vas in quo eſt acetū. ⁊ dimittatur quouſque in ipſo fiat ziniar Auerroys i quinto colli. dicit ziniar ideſt viride es. ⁊ ſic ē ſecundum veritatem meſue loco eius habet florem eris ⁊ idem nō eſt. vt dicit Simon Ianuenſis. verum hodie vnū pro alio ponitur.

¶ Spume maris ſm Aui. ⁊ Sera. ſūt q̄nqꝫ ſpēs. Idē dic̄ Dia. ꝙ ipſā vocāt alcioniū: ſꝫ Pli. q̄ ſilr̄ vocat q̄tuor ſpecies tm̄ ꝺſcribit Gal. i tractatu p̄io de memitri: i ca. de ſcriptis i alopicia ⁊c̄. ait adarchā: ⁊ i medio eoꝝ ē vocata ſpuma maris. Din⁹ florē i lib. 2. i ca. de cura ſcrofularū dic̄ pumicis. i. ſpūe maris: ſed nō mihi placet. nā vera ſpuma maris ē ſpiſſa ſolida grauis habēs odorē piſciū putridorū ſimilis ſpongie: ⁊ inueniẜ in littoribus maris.

Sief de calcāto ibidē. ℞. eris vſti calcāti ana. ℥. ß. ziniar. ℥. ij. ſalis armoniaci: baurach: arſenici ſublimati añ. ℥. i. teranẜ. ⁊ p hebdomadā vnā dimittanẜ: deinde fiant ex eis ſief ⁊ fricetur vngula cum eis.
¶ Iſtud ſief i vſu nō ē Gul. lōbard⁹ vt dcm̄ fuit deſcribit trociſ. ꝺ calamito. i. ꝺ calcāto. ⁊ idē ſūt cū ſief ꝺ calcāto: bdnō recte. Nā aliꝺ ē ſief: aliꝺ ē trociſc⁹ vt oſtēſum fuit.
¶ Calcātū apud Aui. in caplo de attramēto ē vitrio ſi viride. Idē facit aliud caplm de calcāte Ioā. arculan⁹ in capitulo de vngula dicit. calcātū. i. vitriolū viride idē. Dicit Gal. in octauo ſimplicium. ⁊ idem Gal. dicit calcantos. i. eris flos. ⁊ eſt nomē ꝯpoſitū a calchas grece qꝺ ē es. antos vero flos. vñ calcātos. i. eris flos: ſed calcātū ē vitriolū viride de quo ſit encaſtrum.

Sief de fellibus i nono almāſoris in ca. de aq̄ deſcēdēte i oculū. ℞. fellis gruis: fellis ſabot: felli ircini: fellis accipitris: fellis aqle: fellis pdicis oiuꝫ ſicoꝝ vnū aut plura ſumanẜ q̄ꝗ p oib⁹. ℥. x. iſtoꝝ ſiccoꝝ euforbij: colloqntide: ſerapini omniū ana. ℥. i. trita aggreganẜ ex ſuco feniculi teneri: ⁊ mittantur in oculos.
¶ Iſtud ſief non eſt valde in vſu: ⁊ hoc venit qꝛ ſimplicia que in eo ingrediuntur difficilia ſunt inueniri tpe debito. aliter magis in vſu eſſet. Meſue in caplo de debilitate viſus ait. ingt Galie. fella oīa abſtergunt oculuꝫ: ⁊ clarificāt viſum: ⁊ eligantur ex animalibus. ibi dn̄s Meſue allegat quedam ſimplicia que etiam in iſto ſief ingrediuntur: de quibus infra.
¶ Grus eſt auis volatilis. cuius forma oībus nota eſt.
¶ Sabot ē piſcis. nā Meſue dicit: ⁊ ex piſcibus eſt fel. ſabot quid ſit generaliter ignoratur. Bartho. montagnana in ſuis cōſilijs. in cōſilio de medicinis cōmunis iuuamētis ad nocumēta ſtomaci viſus ⁊ auditus i quodā colirio bono habet fellis ſaboth: ⁊ inquit ꝙ eſt piſcis nominatus lucius. idem in cōſilio ad malā cōplexionē frigidam ⁊ humidam ſtomaci ⁊c̄. dicit fellis piſcis ſabot: ⁊ eſt lucius vl' vairolus. iſta verba nō conueniunt eſſe idem. nā aliud eſt lucius aliud eſt vairolus. verum autē eſt ꝙ ipſe eſt vairolus: ⁊ eſt piſcis nominatus labrax. ⁊ habet plura nomina ſꝫ prouincias. nā ſabot apud romanos vocatur ſpinula a venetis vairolus. ⁊ ab alijs louacius.
¶ Accipiter auis eſt quam nos in manu portam⁹ in ciuitabus ac alijs locis. Iſido. ait. accipiter dicitur accipetris ab capiendo. eſt enim auis rapiēs alias. auis auida. ideoqꝫ vocatur accipiter hoc ē raptor. qꝛ rapit ſiquis accipit ipſū. fertur autem accipitres circa pullos ſuos impios eſſe. naꝫ dum viderint eos poſſe tentare violatus nullas eis prebēt eſcas. ſed verberant pennis. ⁊ a nido precipitant. atqꝫ a tenero compellunt ad predam ne forte aduſti pigreſcant. vñ hec auis ſatis nota eſt.
¶ Aquila eſt auis ex volatilibus quam domini italici pro ſigno victorie portant. Meſue idem laudat. hec vero auis reperitur in partibus indie. ⁊ iuxta littora oceani. etiam inuenitur apud nos tamen raro. Serapio. facit capitulum de lapide aquile. ⁊ inquit quod eſt lapis indus qui quando agitatur auditur intra ipſum lapillus alius. ⁊ minera eius eſt in montibus Indie inter chinoas ⁊ ſaradin. ⁊ greci nominant eum antarront. ⁊ expoſitio eius eſt alleuiane partum.
Perdis auis eſt que genere eius coturnix nuncupaẜ. eſt enim auis que ſatis nota ē. hec apud Aui. in ſecundo cañ. vocaẜ cubugi. Gētilis ſuper tertio cañ. ꝺ cura lubricitatis ſtomaci ait. cubugi. i. perdix. Simon ianuē. ait. cubugi. af. perdix ⁊ algel. Itē Mattheus ſil. in litterā. c. ait. cubugi. i. pdix Io. angli. in ca. de debilitate viſus. ⁊ cecitate accidētali ingt. ℞. fellis galli aut pdicis. aut faſiani qui vocatur alcubugi a Meſue. ⁊ quod cubugi ſit capo ſeu gall⁹. ⁊ ex hoc colligi videtur. nā Aui. in ſecundo cañ. in ca. hermel allegans verba Dia. dixit quod ipſa trita cum melle ⁊ vino. ⁊ felle alcubugi ⁊ gallinarum. ſed patere poteſt legenti quod Diaſ. in loco allegato non habet fel alcubugi. ſed caponis. Sera. vero etiam eodem loco ex verbo Diaſ. habet fellis galli. Item Dia. in ca. de felle laudat fel cubugi. Serapi. eodem loco auc. Dia. laudat fel galli ex quibus poſſumus comprehendere. itentionem Aui. fuiſſe quod cubugi ſit capo. ⁊ Sera. quod ſit gallus. ſed intellexit vt opinor ꝺ gallo ſilueſtri. qui faſianus appellatur. quem aliqui dicūt eſſe cubugi. licet velit ſimon quod non ſit capo. ⁊ meſue quod non ſit gallus nec perdix. nam Meſue in ca. allegato ſcripſit cubugi ⁊ galli ⁊ perdicis ex quo apparet qꝺ ſecundum eum idem non ſunt. tamen intētio arabum eſt ꝙ cubugi eſt algel aut perdix.

Sief memite ſꝫ eundem in ſinonimis que ſunt i fine ſui libri ſit hoc mō. exprimiẜ ſucus memithe. ⁊ in ſole deſiccatur. ⁊ ex eis informantur pillule in modum nuclei dactilorum. vel informantur magdaleones parui.
Iſtud ſief non eſt in vſu. tamen eius compoſitio in alijs colirijs multum operatur. Memithe vero ſcꝺm Sera. ex auc. Dia. eſt ſucus herbe eiuſdem nominis que eſt ſimilis in folijs ſuis herbe ſpēi papaueris dicti ceratides i. cornuti. niſi quia eſt in ea humiditas adherens manuẜ. ⁊ eſt propinqua terre. ⁊ hꝫ grauē odorē hꝫ multū ſucū. ⁊ color ſuci eius eſt ſimilis colori croci. hec apud Dia. ſub iſto nomine non reperitur. verum eſt quod Dia. de ipſa facit ca. ſub nomine glaucium quod idem eſt. q̄d aūt ſit cōmuniter ignoratur. ſed ſcꝺm eſtimationem modernoꝝ eſt ſpecies celidonie. ⁊ ſine dubio hoc ſonat. nam Sera. in ca. de curcuma. i. celidonia iquit minor chilodomō. ⁊ eſt memithe.
Nicolus florentinus in libro quinto in caplo de hidropiſi in ſpeciali dicit memithe. i. volubilis minor. ſed nō bn̄ ſonat hic textus. nā idem in ſeptimo libro in ca. de apoſtematibus emunctoriorum ſiue de bubonibus ait memithe. i. celidonia quod recte dicit Ioānes arculanus in ca. de cura cephalee. tam calide quam frigide dicit ſief memite. i. ſucus memithe. per decoctionem inſpiſſatus vel ad ſolem ⁊ eſt herba ſimilis papaueri dicta glaucinum. ⁊ eſt ſpecies celidonie. Ille autem ſucus ſic inſpiſſatus dicitur ſief. vꝫ. ſief memithe. ⁊ eſt medicina ocularis. Item Ioānes anglicus in cap. de ſurditate debilitate auditus ait. ſucus memithe. i. celidonie agreſtis.
Gulielmus placentinus ait. memithe eſt ſimile glandinibus coloris citrini. ⁊ eſt fructus cuiuſdam herbe que naſcitur in littoribus aquarum. Idem dicit Aui. in ſecundo canoñ. bulchaſis in libro ſecundo docet modum exprimendi ſucum ex memithe. ⁊ ignorat de ipſa inuenire veritatē q̄d eſſet. moderni vͦo habent ipſam per cognitionē verā. nā vt dictum fuit de mente Sera. ipſe vult ꝙ ſit celidōia minor. ⁊ ſic hodie generaliter habetur opinio. quāuis aliqui ꝯtradicant dicentes qꝺ memite non eſt celidonia. nā celidonia eſt calide complexionis memite vero frigide quib⁹ reſpondetur. quod ⁊ ſi celidonia ſit calide complexionis. ꝓpter hoc tamen non tolliẜ q̄n memithe ſit ſpēs celidonie vꝫ. celidonia minor. nā qui dicunt ꝙ celidonia eſt calide complexionis forte intelligunt de celidonia maiori. vel de eius ſuco vel radice. ſed hoc nullam includit repugnantiā ꝙ celidonia minor nō ſit frigide v̄tutis. non. n. repugnāt in eadem ſpecie eſſe indiuidua ſeu ſimplicia diuerſe ꝯplexionis. ⁊ hec apud lōbar. reperitur i hortis ac locis aquoſis. ⁊ eſt quam angelicam ſiue archangelaꝫ vulgo vocam⁹ ⁊ ſic ſi legis bene illa ca. videbis qꝺ angelica ē memithe i folijs in colore in radice: ⁊ in reliquis p̄terea in folijs mlt̄um ſimilatur celiꝺ. ma.
Habita ſectione ꝺ ſief cōſequenter elucubrabim⁹ ſectionem de pillulis ſecundum mentem diui Meſue. ⁊ aliorū doctorū clariſſimorū. Si modo tenues vires noſtras paululum refocillauerit. ipſe deus bonoruꝫ omniū largitor. ſine cuius nutu que ſiunt omnia caſſa atque irrita extāt. Is igitur adiutor ac protector noſter adſit.

¶ De pillulis.

Pillule alefangine ex inuentione meſue quartū interꝑtatio ait. pillule de aromatibus. ℞. cinamōi cubebe.i.mirti albe ligni aloes calami arōatici.macis: nucis muſcate: cardamōi: gariofiloꝝ: aſſari: maſticis: ſquinātī.ſpice.carpobalſami añ.ʒ.i.abſinthij.ſuci roſaruʒ añ.ʒ.v.terantur contritione groſſa: ⁊ fundaſ ſuper ea aq̄ lib.xij.⁊ coquantur vſqʒ ad conſumptionem duarum partium. deinde fricentur manibus ⁊ colentur: ⁊ exprimatur aquoſitas eius ⁊ recipe aloes ſuccotrini boni lib.i.⁊ lauetur in ſcutella lapidea vitreata cum aqua pluuiali lauationis pluribus. deinde exſiccetur ⁊ fundatur ſuper ipſum.expreſſionis predicte circiter lib.ij.⁊ terātur in ſole. deinde admiſceantur cuʒ aloe: mirre: maſticis ana.ʒ.v.croci.ʒ.iij. tere contritione bona.deinde predicte expreſſionis reſiduum ſuper ea fundatur: ⁊ conuertantur vſqʒ dum ſiccentur: ⁊ fiant ex eis pillule in modum ciceris. ⁊ da ex eis a.ʒ.ij.vſqʒ ad aur.ij.

Cerotum alexādrinū optimū ſtōmacicōfortat. ℞. cimaꝝ abſinthij. oliba. ana. ʒ. x. armoniaci: ſtoracis. calamite ana. ʒ. xij. ſpice. ſ. nardi. ʒ. iij. cere. ℥. iiij. olī camōille quātū ſufficit olibanū ⁊ armōiacum i vino ſufficiēti per diem ⁊ noctē infunde. abſinthiū autem ⁊ ſpicam tere ⁊ cribra. oleū vero ⁊ ceram ſolue ſuper ignē ⁊ cum eis reliqua miſce.

Iſtud cerotum apud practicantes papienſes non eſt multum in vſu apud nos. ſed apud Mediolanenſes eſt multum in vſu. ⁊ valet multum ad illa que dicit dominus Meſue.

Abſinthinm. ſ. abſinthium romanum cimas. i. comas. Iſidorus in capitu. de arboribus inquit. cimas vocatas dicunt quaſi comas.

Cerotum ƌ ſādalis. ℞. roſarū. ſ. rubeaꝝ. ʒ. iij. ſandalorū rubeoꝝ. ʒ. x. ſādali albi ⁊ citrini. ſ. mahazari ana. ʒ. vi. boli ar. ʒ. vij. ſpodij. ʒ. iiij. camphore. ʒ. ij. cere albe. ʒ. xxx. olei roſati lib. i. cōficiātur ⁊ adminiſtrentur. ⁊ ſunt q lauāt oleū ⁊ ceram prius. ⁊ poſtea permiſcent cum alijs ⁊ eſt melius.

Iſtud cerotum eſt multū in vſu ſub duobus nominib⁹ vz. ſub nomine ceroti ſandali ⁊ ſub nomie vnguēti ſandalini. ſed cōmuniter ordinatur ſub nomie vnguēti ſandalini magis q̄z ſub nomine ceroti. dicitur aūt ſandalinū ꝓpter ſandalos quos recipit.

† **Cerotū** Galiēi albū. ℞. cere albe. ℥. i. olei. roſ. ℥. iiij. ⁊ ſit radix olei. oleū omfancinū. aque fontium clare. ⁊ proprie vehemētis frigoris q̄ntū ſufficit. oleum multionis bñ lauetur lauationib⁹ multis. ⁊ qñ magis elaboratur in lauādo illud ſit excellentius. vltimo vero cōquaſſetur cū aceto albo claro ⁊ pauco ⁊ ſeruetur.

Iſtud cerotū eſt mltū in vſu ſub noie vnguēti al. Ga. dicitur aūt albū quis eius color eſt albus ꝓpter cerā quā recipit. ⁊ quāto albius tanto melius.

Cera alba. i. cera artificialis ⁊ ſit ex cera cōi. cui⁹ mod⁹ venetis eſt notus ⁊ ipſa faciūt in multa quātitate. iſber q dicitur bulchaſis in tractatu tertio dat duos modos faciendi ceram albam: ſed non oportet ſcribere de mō ipſius: qꝛ ſatis manifeſtus eſt.

Oleū roſatuz ꝙ ſit factum ex oleo onfancino. i. ex oliuis immaturis. Iſido. ait: oleū ſpanum qđ ex albis oliuis ſit qđ a grecis onfacō appellatur. ꝙ aūt ex fuluis ⁊ nō maturis fuerit expreſſum viride appellatur. qđ vero ex nimiū maturis cōe dicitur. hoc ad nos defertur a partibus ianue. ⁊ ibi vocant oleum onfancinū. i. oleū de oliuis nō maturis.

Aqua ſꝫ Papiā eſt ſapiētia. Dia. de aquis duo ca. facit vnum de aqua marina. aliud de aquis omnibus. ⁊ ſic ait aquarū oium nā frigida ⁊ humida. aqua q̄ de lapide emanat leuior ⁊ limpidior eſt. ⁊ ventrem ⁊ vrinam prouocat. aqua que ƌ lapidibus argilloſis emanat grauior eſt. A. autem in primo libro in fen. j. doctrina. ij. in capitulo. de diſpoſitionibus aquarum ait. aqua vnum exiſtit elementorū que ſola inter omnia elementa habet proprium. vt in eo quod comeditur ⁊ bibitur. ⁊ ibi Auic de aquis multum loquitur. idem facit in ſecundo cañ. ſed nō tantū. Meſue pōit ƀ aquā fontiū. ſed moderni doctores magis laudant aquam roſatam. ſic hodie generaliter ſit ⁊ cerotū ſandalinum. ⁊ hec multū ſunt in vſu pro renibus vngēdis.

Iſta ſupraſcripta cerota reperiuntur in antidotario diui Meſue ⁊ inferius apparebit alia deſcriptio que inuenitur in ſuo grabadin.

Cerotum de euforbio in ca. de ſpaſmo. ℞. olei de cinamomo. aut olei antiqui lib. i. cere citrine. i. vſualis. ℥. ij. euforbij boni ⁊ recentis. ℥. j. miſce ⁊ fiat cerotū. ⁊ vngatur ſpaſmatus locus ⁊ eſt mirabile.

¶ Iſtud cerotum non eſt multum in vſu.

¶ Euforbium vero eſt gūmi excedens oīa genera gummi in calefaciendo ⁊ ſubtiliādo. Pli. ait. rex iuba inuenit herbam euforbiā medici ſui fratris nomine. cuius regis de ea volumen extat. inuenit eam in monte athlante. Spectatur folijs acantis eius tanta eſt vt ſucus eius vel longinquo recipiatur inciſa conto ſuſcipitur ventriculo edino locato humor lactis videtur effluere.

Cerotum pro capite ſꝫ Bartholomeū montagna. in ſuo antidotario. ℞. laudani. gūmi. elemi. ſandarace. i. vernicis olibani. ſtoracis liqde. ⁊ ſicce reſine. i. pini. aā. ad libitū. miſce. ⁊ fiat cerotū pōt addi mirra ⁊ eſſet fortius. ⁊ hoc fac apud neceſſitatem.

Iſtud cerotum eſt in vſu multū apud chirurgicos.

¶ Gummi alemi. apud noſtros auctores non reperio ſcriptum aliquid. de eo tamen eſt notum omnibus. ſm quoſdam eſt gummi cuiuſdam arboris que reperitur in regiōe ſic appellata. alij dicūt ꝙ eſt gummi arboris dicte elimus. alij dicunt ꝙ eſt gummi cuiuſdam arboris reperitur in terris indie. cuius fructus liniei appellantur. alij dicūt. ⁊ hoc vidi ſcriptum in vno loco ꝙ gummi elemi eſt gummi citrinam ſine dubio gummi elemi eſt coloris citrini. ſed hoc nō eſt affirmatum.

¶ Storax liquida. i. ſigia. ſtorax ſicca. i. calamita in iſto ceroto debent poni ſtorax liquida ⁊ ſicca. i. calamita.

Cerotum de ſtorace ibidez. ℞. laudani. aſpalti. arthanite. mirre. calami aro. ſqnanti aā. ℥. ſ. ameos. amomi ana. ℥. ſ. picis naualis. ℥. viij. fiat ex eis cerotū ſm artem ſupra addatur ſtorax calamita.

¶ Iſtud cerotum non eſt in vſu. Storax ſꝫ Dia. lachrimū eſt arboris eiuſdē nominis. eligenda eſt aūt ſtorax que eſt ruffa ⁊ pinguis ⁊ reſine ſimilis fruſtatim ſubalbida ⁊ odore plena ⁊ perſeuerabilis. que cū malaxatione humiditatē dimittit ex ſe ſimilē melli viſcida naturaliter ⁊ odorata calefaciens. Auicenna in ſecundo canonis tria capitula de ſtorace facit. vnum quod dicitur lubne. i. arbor ſigie. aliud de ſtorace. ⁊ ibi ait. ex mente Dia. quod ipſa eſt ſpecies ſtoracis. ⁊ apud quoſdam eſt gummi oliue. ⁊ ipſius quidem ſuffumigatio ponitur loco ſuffumigationis thuris in omni re infra habet aliud cap. de ſtorace. ⁊ ibi ait. ſtorax humida alia eſt que extrahitur per ſeipſam gūma. ⁊ alia eſt que extrahitur cuz decoctione. per ſe aūt extracta eſt citrina. ⁊ quando antiquatur declinat ad aureum colorem. ⁊ eſt abundans. ſed que extrahitur ex cortice eſt nigra.

¶ Aſpaltum ſm Dia. eſt bitumen iudaicū ⁊ eius aliud eſt aridum aliud liquidū. ſed aridum gignitur in iudea fenice ſidonia. qđ eſt primū ⁊ tondi poteſt vt cetera pigmēta. liquidum vero generatur in babylonia ⁊ polonia ⁊ ſicilia. reperitur autem innatās in fontibus. ⁊ infra ſcribit aliud genus qđ neqꝫ ferrū neqꝫ aqua rumpere poteſt niſi tantum menſtrua mulierum aut ſanguis hircoruz. ⁊ ſi volueris rumpere ſic rumpe. tolle filū laneum ⁊ intinge eū in ſanguie. ⁊ ſic hinc inde circumponendo. Pli. bituminis ſulfuri proxima eſt natura. eſt alius ſimus a iude lacu emergens in ſiria circa ſidonem oppidum maritimum. aſpaltum vero quod ⁊ bitumen iudaicū eſt ſtercus demonis vocatur a quibuſdam. eſt napta ⁊ petroliū vnius generis ſunt. Bartho. montagnana in ſuis ꝯſilijs in ꝯſilio de medicinis hñtibus cōmunem iuuamentū ad nocumēta ſtomaci viſus ⁊ audit⁹ ait. ē aūt oleū de napta oleū de petris factū. ⁊ ē oleū petroleū.

¶ Pix naualis ideſt pix vſualis que nigra eſt. Pli. pix liquida in europa teda coquitur naualibus muniēdis multoſque alios ad vſus. lignum eius conciſum furuus. vndiqꝫ igni extat circūdato ferro. vt primus ſudor aque modo fluat canali hec in ſiria cedrū vocatur vel cedria cui tāta vis eſt vt in egypto corpora hominum defunctoꝝ eo pfuſa ſeruentur. Auic. pix eſt duarum ſpecierum. vna eſt marina nigra liqda que ponitur in emplaſtris. ⁊ eſt de genere picis. ⁊ alia eſt montana ſilueſtris. ⁊ ſilueſtris alia eſt liquida. ⁊ eſt ex arbore aliembuc ⁊ modis alijs pini.

Cerotum de galbano ſm eundē in ſuis cōſilijs in cōſilio de prefocatione matricie ex nocumento ipſius ℞. Galbani electi. ℥. j. bdelij. mollis ⁊ ſub albidi. ʒ. ij. puluerū matricarie. ʒ. j. ſ. mirre. ℈. ſ. diſſoluatur galbanū in aceto ⁊ diligenter coletur. deinde ſuperaddantur pulueres ſupraſcripti. ⁊ fiat cerotum.

Iſtud cerotum apud nos non eſt in vſu. ipſe Bartholo. in ſuo antidotario habet vnam aliam deſcriptionem ſed non eſt eadem. quia illa ſolum ſit ex galbano extenſo ſolū ſuper vno corio in forma rotunda ad modum vnius nebule. galbanum vero gummi eſt ſatis notum.

Matricaria ſm Seraꝑ. eſt acauē ⁊ dicit de mēte Diaſ. ꝙ habet folia ſimilia folijs coriandri. ⁊ florē albū circumquaqꝫ ⁊ in medio citrinum. ⁊ hꝫ grauē odorē ⁊ in ſapore eius eſt amaritudo. hic Serap. allegat hec verba de mente Diaſ. ſed ſub iuſto noie nō reperitur. veruz eſt ꝙ Diaſco. de ipſa facit cap. ſub noie Parthemon quod idem eſt.

Cerotum optimum ad crepatos cū pelle arietina ſm Rainaldū de villa noua in li. ij. in cap. crepatura. ℞. litargij. opij. lapidis. ſedenegi. i. lapidis ſanguinaris. ſanguinis draconis. boli armeni. maſticis. armoniaci. numie. galbani. thuris. coſti. lumbricorum terreſtrium ana. ʒ. ſ. picis naualis ideſt vſualis. colofonie. cere albe ⁊ aqua. ʒ. i. radicis cōſolide maioris medie ⁊ minoris. ana. ʒ. ij. roſarum. mirre. aloes. aā. gra. xv. palee. marine combuſte galle. balauſtiarum ariſtologie rotunde aā. ʒ. vj. viſci quercini. ʒ. ij. ſanguinis hominis ruffi lib. i. minus quarta. conficiantur hoc modo accipe vnam pellem edinam vel arietinam cum omnibus pilis ſuis. ⁊ decoquatur quaſi bulliendo per totum diem quouſqꝫ quaſi tota liquefacta ſit. ⁊ fiat ſicut colla ⁊ paruz vel nihil de aqua ibi remaneat. deinde ex illa aqua accipe libri. i. optime cū ſtaminea vel panno colatam. ⁊ adde cum eo viſcū quercinū. ⁊ in olla noua lento igne fac liquefieri ⁊ bullire. ⁊ cum baculo ſemper ⁊ continue ducas. aut per aliam ducere facias. deinde lumbricos terreſtres poſt ceraz ⁊ picem addas. deinde adde terbentine. i. gummi albotin. ʒ. ij. poſtea colofoniam maſticem myrram armoniacum ⁊ galbanum adde ⁊ liquefac in ſimul. ⁊ cum baculo ſemper ducantur. ⁊ ſignum qñ erit coctum eſt ꝙ ponatur vna gutta ex eo ſuper lapidem marmoreum ſeu ſuper cultellum oleo vnctuz qđ cum infrigidatum fuerit ſi malaxetur ⁊ optime coaguletur. tunc ſignum eſt perfecte decoctionis. ſinautem lento igne bulliat. ⁊ fiat ⁊ vſui reſerua.

Iſtud cerotū eſt illud quo generaliter vtuntur doctores ſub noie ceroti ad crepatos vel ſub nomine ceroti cū pelle arietina. ibi Rainaldus dicit. ꝙ crepatura accidit ſepe iuuēibus ⁊ robuſtis viris qui volūt nimis ſaltare vel currere vel maxima pōdera portare. vel petras groſſiſſimas iactare. vel eas viriliter eleuare. vel ex nimio ⁊ alto clamore. ⁊ Bartho. montagnana in ſuo antidotario hꝫ vnum emplaſtrum vſuale pro crepatis. ſed idez non eſt verū. differunt parum de quo infra. Gentilis in ſuis cōſilijs in cōſilio primo habet vnam aliam deſcriptionem. ſed non eſt eadem nec in vſu apud nos eſt. moderni vero practicātes magis laudant deſcriptionem Rainaldi q̄z alias.

¶ Litargiriū eſt nomen cōpoſitū a lithos quod eſt lapis ⁊ giros qđ eſt argentū. vñ litargiriū. i. ſpuma argēti. Dia litargirium naſcitur ex arena molopdinis que cōbuſta lique

fit. ⁊ ſic refunditur. multi ex argento hoc faciūt. ⁊ ex plumbo. melius eſt tamen acticum ſm hiſpanum. tertium ſiculum. quia ibi plumbum abundat. ruffum vero ⁊ limpiduꝫ criſtis dicitur exalbidum argiritis. qꝛ ex argento fit. aliud capitulum facit de ſpuma argenti. que etiaꝫ litargirios appellatur. Pli. ſpuma argenti genera eius ſunt tria optima que criſti vocatur que ⁊ acticaeſt. hec ex ipſa vena fit ſꝫ argiritim vocant que hiſpanenſis eſt. hec ex argento fit ſicut dicit Diaſ. de litargirio. alias duas ſpecies vide ibi.

¶ Lumbrici terreſtres ſecundum Serapio. ſunt vermes quando foditur terra. vel aratur inueniuntur quando ipſi teruntur ⁊ ponuntur ſuper neruos inciſos cōferunt iuuamento manifeſto. hi apud Auicen. in ſecundo canonis vocantur charathin. ⁊ ſatis noti ſunt.

¶ Colofonia. i. pix greca. Auicenna in ſecundo canonis. in capitulo de ratinigi ait. ratinigi nominatur colofonia. ⁊ eſt gumma pini. ⁊ nominatur arbor eius in ſceni alherē. Joan. Sera. in ſuo breuiario in capitulo de paleſi inquit. gummi granorum viridium quod nominatur ratenigi. ergo ratenigi eſt terbentina idem in capitulo de aſmate ait. accipe granorum pinearum ſuper quas eſt ratinigi. veruꝫ hoc gummi cadit ſuper omnes gummas. ſed ratenigi magis conuenit eſſe colofoniam q̄ꝫ terbentinam.

¶ Cera rubea ſm quoſdā eſt cera viſualis. ſm quoſdā eſt cera qua vtimur ad ſigillandū litteras. ⁊ hec eſt opinio plurium qꝛ ibi ingreditur cera alba. i. cera artificialis ſicut eſt notum ⁊ cera rubea. i. artificiata ⁊ propter id ſi ponitur cera alba que eſt artificialis non debet intelligi cera rubea. que fit ex cinaprio terbentina ⁊ cera ⁊ oleo. vt eſt notum apud apothecarios tamen hoc non eſt firmum. vꝫ. ſi cera rubea ſit cera viſualis aut cera qua ſigillātur littere.

¶ Conſolida maior apud Dia. vocatur ſimphitum. ⁊ ibi ponit ꝙ eius ſpecies ſunt due. tamen apud modernos inuenitur alia que media dicitur: ⁊ raro apud nos inuenit. ſed ſunt ex hominibus qui loco eius ponunt pōdus equale maioris ſed haberi poterit eſt melius.

¶ Palea marina. i. balla marina. alij auctores hanc non ponunt eſt autem quedam res rotunda ſicut bora defertur a ianua ad nos. ⁊ ibi eius herba algora vocatur. hec balla ingreditur puluerem qui fit contra borium gule. vt dictuꝫ fuit. ⁊ ibi melius oſtendi.

Viſcus quercinus. i. dabac ſm Dia. lachrymus eſt arboris lenis ⁊ viridis coloris deintus obtuſſum ⁊ nihil aſperum colligitur ⁊ de ſemine ob rotundo quod in arbore drij. i. quercus naſcitur folia habens ſimilia buxo. hoc ſemen primo tunditur ⁊ lauatur. ⁊ poſtea coquit. multi vero illum maſticando cōquaſſant. fit etiam ex arbore matiani. ⁊ de piro. ⁊ ex diuerſis arboribus. aliquando ⁊ in radice arborum ⁊ in fructice inuenitur apud Aui. eius fructus eſt ſimilis ciceri nigro nō ſincere rotunditatis. virgularis frangibilis. ex quo manus inuiſcantur. eius autem minera eſt arbor ferens glandes ⁊ malus ⁊ pirus in quo ſunt virtus aerea ⁊ aquea mltiplicate valde. ⁊ qui ex eo bonus eſt recens planus coloris puri interius viridis exterius teritur ⁊ lauatur deinde coquitur hodie multi apothecarij qui ſe omnia ſcire fatentur loco eius ponunt viſcum quo vtuntur noſtri ruſtici ad capiendas aues. ſed verus viſcus quercinus fit ex quodam fructu ſimili piro qui reperitur ſuper arbores ferentes glandes ſeu arbores quercus. ⁊ pp id viſcus quercinus appellatur. defertur a venetis ad nos in formis rotundis prout ſucus liquiritie.

Sanguinis hominis ruffi. Bartholomeus hꝫ ſanguinis humani ⁊ idem eſt. ſed noſtri doctores magis laudant ſanguinem ſeu robuſti q̄ꝫ non ruffi. ⁊ oportet ꝙ extrahatur ab homine colerico. quia eſt fortioris proprietatis in iſta materia. ⁊ oportet ꝙ iſte ſanguis ſit fleobotomatus in vna ſcutella lapidea vitreata. ⁊ ibi dimittatur ſiccari tantum ꝙ veniat ſicut eſt ſanguinis dracōis poſtea vtere vbi oportet. Nicolaus florentinus in libro quarto in capitulo de nocumentis prouenientibus ex ſanguine hominis. ⁊ ſanguinis ⁊ lactis congellatorum inquit. ſanguinis hominis colerici ruffi extractus ab eo dum fuerit ab ira ⁊ furore ſemotus ſi ſumptus fuerit in cibo vel potu. quia ipſe pro tunc eſt vehementis coloricitatis ⁊ inflammatiōis in ſtomaco exiſtens magnam efficit ⁊ acutam effumationem ad caput ⁊ cura eius ſi non fuerit cōgellatus eſt vomitus. ſi vero fuerit congellatus educatur fluxu ventris.

Cerotum de bdelio ſm Leonardū de preda palea patauinum in cap. de cura ſcrofularum. ℞. armoniaci. galbani. ⁊ bdelij an̄. tantundem cuius confectio eſt vt recipiantur ex his tribus gummis partes equales. ⁊ in aceto vini fortis vſqꝫ ad tertiam diem dimittantur quouſqꝫ liqueſiant. deinde adde parum ſulfuris. ⁊ fiat cerotum.

Jſtud cerotum non eſt in vſu. cerotum vero ſꝫ Matheum ſiluaticum dicitur a cera. quia omne cerotum recipit ceram vel aliquid loco cere. ⁊ ſic iſtud dicitur cerotum nō ꝙ recipiat ceram. ſed loco eius habet gummas que liquefiunt prout cera. ⁊ nota ſecundum Saladinum ꝙ ſicut aloes vt plurimum eſt materia pillularum. ita cera vt plurimū cerotum vel vnguentorum eſt materia.

Cerotum conciliatoris coadunatiuum ſiſſi cranei in differentia eiuſdem. clxxxj. Recipe gūmi elemi. ℥. iij. raſine puriſſime. ℥. iiij. cere. ℥. vj. olei roſa. ℥. iij. ſ. armoniaci. ℥. ij. terebentine. ℥. iij. ⁊. ℥. ſ. fiat vnguentum.

Cerotum aliud eiuſdem ibidem. ſimilis intentionis. Recipe gummi elemi. ℥. iij. opoponaci. ℥. ij. bdelij. ℥. ſ. raſine pini. ʒ. j. cere quantum ſufficit fiat vnguentum.

Poſtq̄ꝫ expediuimus duce xp̄o cerota equū eſt vt tranſeamus ad vnguenta ſi idem annuet.

De vnguentis ſuper antidotarium diui Meſue. ac aliorum doctorum.

Unguentum diaſinicon. ℞. adipis cirbi antiqui mundi ⁊ colati. ⁊ adipis vituli antiqui mundi ⁊ colati an̄. li. j. ſ. colcothar. i. vitrioli citrioli citrini. ℥. iiij. olei antiqui. ⁊ litargirij mundi ana lib. iij. terantur litargirium ⁊ colcothar contritione vltima ⁊ mundentur per pannum ſubtilem ⁊ ſpiſſum. deinde terantur cum oleo ⁊ elaboretur in premixtione eorum ante parum ex oleo addendo. ⁊ fiat illud. deinde coletur ſuper illud adeps. ⁊ coquatur cum facilitate agitando illud ſine intermiſſione cum ramo palmaruꝫ ⁊ extremitate eius groſſa abiecta cute eius. ⁊ ſint rami ſuper quorum inciſione nō preterierit ſpacium. ⁊ quotiens exhauritur humiditas rami a medicamine. iteꝝ alterius humidi extremitate agitetur. nec nō ⁊ alioꝝ ramorum partes humidiores incidantur in fruſtra ⁊ ponant in medicamine. deinde mutentur dū exſiccant. ⁊ hoc fiat donec perficiat eius decoctio ⁊ fiat in termio hore ignis aut ſic prune aut flāmetemus.

Jſtud vnguentum apud nos eſt multū in vſu. Unguentum aūt dicitur ab vnguēdo. Jſidorus in ca. de odoribus ⁊ vnguentis inquit. vnguentū vero eſt omne quod ex cōmuni oleo confectum aliarum ſpecierū cōmixtione augetur odoris iocunditatē ſumens. ⁊ longius redolens. vnguenta aūt quedam dicuntur a locis. vt telinū cuius Julius ceſar meminit dicēs corpus que ſuaui telino vngimur hoc cōficiebat in inſula telo. que ē vna ex cicladibus. ſunt ⁊ quedā ab inuentoꝝ noīe vt amaricinū. nam quidaꝫ tradunt regium quendam puerū amaricinum noīe complura vnguentorum genera furentem caſu prolapſum eſſe ⁊ maiorem ⁊ commixtione odorem creaſſe. vñ nunc optima vnguenta amariciana dicunt. ſunt autem ex genere florū.

Diaſinicon dicitur a dia ꝙ eſt confectio ⁊ finicon. i. de dactilis. nam fenicon eſt dactilus. tñ Meſue hꝫ vnguentū diaſinicon. non autem hoc dicitur a dactilis. ſed potius a palma ſm Matheum ſiluaticum diaſinicon vocatur vnguentum palme quod diacalcadis dicitur. verū eſt ꝙ poſſunt ſic dici. tñ Meſue iterum ſcribit vnguentum palmeum quod non eſt idem differunt inter ſe. hoc vnguentum dicitur diaſinicon. quia conficitur cum ramis palme.

Zirbus eſt pinguedo inuoluens inteſtina. ⁊ hec pinguedo in terra noſtra nominatur radicella.

Unguentum arabicū. ℞. foliorum cheiri. ſaluie. traſiliō. acetoſi. acori. an̄. li.

. j. terantur contritione bona ⁊ funde ſuper ea in vaſe lapideo olei roſati. aut mirtini. ⁊ adipis zirbi antiqui. ⁊ colati ana. lib. ij. ſ. dimitte per dies. viiij. deinde accipe mirre mande. aloes ſuccotrenſis. an̄. auř. viij. ſarcocolle auř. vij. terantur ⁊ cribelentur. ⁊ proijciantur ſuper ea in vaſe alio lapideo. vini albi. aut ſuci arnogloſe longe. i. plantaginis maioris in quo cocta fuerint ex folijs earundem herbaruꝫ an̄. ℥. iij. ⁊ ſit vini aut ſuci. quod funditur ſuper ea quantitas ſufficiens ad diſſoluendum ea. ⁊ dimitte per dies ſex. deinde redeas ad herbas ⁊ decoque cum oleo ⁊ adipe ebulitionibus duabus ⁊ cola ⁊ exprime oleum ⁊ adipē. ⁊. ℞. eius expreſſionis lib. iij. ſ. litargirij mundi ⁊ triti contritione vltima lib. ij. ⁊ in alio lib. iij. ſ. calcadis. i. vitrioli albi ℥. iiij. ⁊ terantur ⁊ coquātur ſicut ſuperius diximus in vnguento diaſinicon.

¶ Jſtud vnguentum ſm intentionē Meſue eſt vnguentū diaſinicon. poſtea ait. ꝙ hec eſt deſcriptio arabica: eſt vnguentum arabicum. non autem dicitur arabicum a gūmi arabico. ſed dicitur arabicū. quia in illis partibus fuit inuentum. ⁊ vtuntur ipſo. ſed nos raro.

¶ Cheiri arabice. eſt planta que flores citrinos ſeu aureos producit ⁊ eſt viola citrina. Auerroys in. v. coľ. ait. alcheiri eſt viola de romania. Serap. cheiri eſt planta nota hñs diuerſitatem in ſpē ſua que a diuerſitate florum cognoſcitur. nam quedam habent album. quedam purpureū. ⁊ quedam citrinum. que habet citrinū melior eſt ⁊ optior in medicina. ⁊ ſatis eſt nota.

¶ Triofilon acetoſum. i. trifolium acetoſum. quidam dicunt quod eſt falſum. quia reperitur in Nicolao triofilon ⁊ ibi dicitur ꝙ triofilon dicitur a viridibus folijs ruthe que in eo ponuntur. ⁊ dicunt ꝙ hic idem intelligitur. ſed ignoro. nam in aliquibus codicibus Meſue antiquis inuenitur trifolium acetoſuꝫ quod melius eſt. ⁊ eſt herba dicta alleluia ſiue panis cuculi que in ſapore eſt acetoſa. preterea vide apud Matheum ſiluaticum in capitulo de pane cuculi que dicit de iſto trifolio.

Unguentum ceraſeos magnū. ℞. armoniaci. ℥. i. bdelij. olibani maſculi. i. thuris. ariſtologie. i. rotunde. ſarcocolle an̄. ʒ. v. mirre galbani ana. ʒ. iiij. litargirij. ʒ. xv. aloes. oppoponacis ana. ʒ. iiij. reſine ʒ. xiij. cere albe. ℥. ij. olei q̄ꝫtum ſufficit. armoniacum ⁊ bdelium diſſoluantur in aceto. litargirium teratur ⁊ decoquatur cum oleo donec liqueſiat. ⁊ tunc remoueatur ab igne donec infrigidetur purum. ⁊ proijce ſuper ipſum armoniacum ⁊ bdeliuꝫ diſſoluta in aceto. ⁊ reduc ad ignem donec coaguletur. ⁊ poſt illud proijce ſuper ipſum reliquas medicinas. ⁊ adminiſtretur.

¶ Jſtud vnguentum apud nos non eſt in vſu ſub iſto nomine verum ſecundum chirurgicos eſt in vſu ſub nomine vnguenti apoſtolorum. ⁊ ſic ſine dubio ſi legis hāc deſcriptionem cum deſcriptione vnguenti apoſtolorum quam Auic. deſcribit videbis ꝙ fere ſunt idem. Petrus argillata in capitulo de medicinis mundificatiuis vel abſterſiuis habet vnguentum apoſtolorum mundificatiuum. ⁊ eſt deſcriptio Auicen. ⁊ in fine eius deſcriptionis ait. ⁊ ſi bulliat vſqꝫ ingroſſationem vocat ipſuꝫ Meſue ceraſeos. ⁊ dominus magiſter Antonius de ianua gr̃a dei qꝛ mire recrificat vlcera maligna. Nicolaus florētinus in libro. vij. in cap. de medicina abſterſiua ait. ſic aliud de gummis ad mundificandum ſaniem groſſam. ℞. galbani. armoniaci. reſine. ⁊ terbentine ⁊ cetera. poſtea ait. cōficiatur vnguentum ex eis. ⁊ eſt vnguentum apoſtolorum. ⁊ hoc vnguentum qñ decoquitur donec nigreſcat vocatur a Meſue vnguentum ceraſeos. ⁊ a quibuſdam vocatur gratia dei. qꝛ mirabiliter mundificat vlcera maligna. ſed vnguētuꝫ gratia dei eſt aliud apud nos. de quo infra.

Unguentum de arthanita magnum. ℞. ſuci arthanite li. iij. ſuci cucumeris aſinini lib. i. olei. yrini. i. de yreos lib. ij. butiri vaccini lib. ij. pulpe colloquintide. ℥. iiij. polipodij ℥. vj. euforbij ℥. ſ. que terenda ſunt tere ⁊ ſubmerge in ſucis ⁊ oleis. ⁊ pone in vaſe vitreato ſtricti orificij ⁊ ſtringe caput eius. ⁊ dimitte per dies viij. deinde bulliat totum ebulitione vna ⁊ coletur. ⁊ proijce ſuper colaturam ſerapini auř. v. mirre auř. ij. ita ꝙ reſoluat prius in aceto vini. ⁊ aggrega omnia ſimul ⁊ bulliant agitando ſemper cuꝫ fuſte vſqꝫ ad ſuci fere conſumptionem. tunc proijce ſuper ea cere. ℥. v. fellis vaccini auř. vj. ferueat cum eis. vſqꝫ duꝫ liqueſiat cera. deinde pulueriza ſuper ea ſicut conterēdo ſcamonee aloes mezereon. i. herbe oliuelle colloquintide ana. auř. v. euforbij auř. ij. ſalis gemme auř. iij turbith. auř. v. piperis longi. zinzi. camomille an̄. auř. ij. conficiantur ⁊ adminiſtrentur.

¶ Jſtud vnguentum eſt in vſu maxime ſm iſtā deſcriptionem que magnum nuncupatur. paruum vero non tantū. ideꝫ Meſue in capitulo de arthanita hꝫ duas alias deſcriptiones que idem ſunt.

¶ Arthanita. ſm Auic. in ſcd̄o cañ. eſt buchormarien. tñ miror ꝙ idem in tertio cañ. in fen. xvj. in capi. de compoſitione ſolutiuorum eius qui habet colicam ex ventoſitate aut materia flegmatica de quibus fiunt cliſteria ponit ibi buchormariē ⁊ arthanitā. ergo falſus eſt textus ſecundi canonis. Raſis in nono Almāſoris in capitulo de colica habet. idem in capitulo de appopleſia in cliſterijs ideꝫ habet. Auic. autem in ſecundo cañ. dicit arbor marie eſt buchormarien. ⁊ iam dictum eſt de ea. ⁊ eſt trium ſpecierum. vna ſpecies eius ſine fructu ⁊ due cum fructu. ego non intelligo quid velit Auic. per talia verba. nā arbor marie eſt roſmarinus. ⁊ buchormariē ſm ipſum eſt arthanita quod nō eſt poſſibile. error vero qui inuenit in ipo apud me nunq̄ꝫ ſeparabitur. hodie generaliter habetur opinio. quod Raſis in illo loco errauerit ponere buchormariē ⁊ arthanitaꝫ ſed non recte. quia in hac inuenitur differentia que reperitur inter ſcedenegi ſine h. ⁊ inter ſcedenegi. cum h ſimiliter eſt differentia inter buchormarien ſcriptum cuꝫ littera t ⁊ inter buchormarien ſcriptum cum littera c nam ibi Raſis habet buchormarien ſcriptum cum litera c ⁊ hec eſt arbor marie ſiue roſmarinus. ſi vero reperias buchormarien eſt vera artanita de qua vide Serap. in cap. de ciclamine qui inquit buchormarien. i. ciclamen in ca. vero de arbore marie dicit. ꝙ eſt libanotis. ergo eſt roſmarinus. ⁊ ſic ſi bene legeris videbis ꝙ buchormariē eſt arbor marie ⁊ buchormariē eſt ciclamen ſeu arthanita. Franciſcus de pedemontium in capitulo primo de dolore inteſtinorum ⁊ medicinis eius ait. buchormarien eſt radix piretri vel mali terre. quod eſt falſum. nam buchormariē non eſt piretrum. verū ſi diceret buchormarien eſt malum terre. ſed non piretruꝫ.

Unguentum de arthanita paruū. ℞. ſuci arthanite ⁊ viſcoſitatis que mulgetur ex radice filicis. ⁊ ſuci. chameneř. ana. ℥. viij. ſuci extremitatum tamariſci. ℥. ij. olei irini. lib. ij. yſopi humideꝫ ʒ. v. armoniaci. bdelij. ana. ʒ. j. ſ. aceti quantuꝫ ſufficit. cere citrine. ℥. vj. corticis radicis caprorum. ℥. j. ſ. ſpice. i. nardi ʒ. iij. fiat ſicut ſuperius diximus.

¶ Jſtud vnguentum de arthanita paruū nō eſt in vſu. Verum ſunt ex hoibus qui faciunt vnum pro alio. qꝛ in iſto pauciora ſimplicia ingrediuntur. ſed non recte faciunt.

¶ Filix ſm Jſidorum a ſingularitate folij dicta deniqꝫ ex vna virgula altitudine cubitali vnum ſciſſuꝫ folium gignitur res applicata velut pēna. Dia. aūt de ipſa duo facit ca. vnum de dipteris. aliud de feliteron. ſm vero Matheum ſilua. dipteris eſt polipodiū. ſed non recte. nā ſi legis ca. de dipteri apud Diaſ. cum cap. de filice apud Serap. videbis ꝙ idem ſunt. ipſe vero Sera. in vno cap. loquitur de maſculo ⁊ femina. Auic. in ſecundo cañ. duo cap. facit. vnum de cildaru. ⁊ aliud de ſarace. hec apud Diaſ. naſcitur ſine ſemine: ſine flore. ⁊ ſine haſta. ſed quidam modernorum dixerunt ꝙ in nocte ſancti Joan. aliq vadunt ad locum vbi filix naſcitur ⁊ ibi ſtant per horas tres. ⁊ dicunt quod cito in illa hora filix gerit florē. poſt ſemē. deus melius ſcit.

Chamenelis iſtud vocabulū eſt corruptū. nā quedā deſcriptiones dicūt cauchenzigh. q̄dā camaelis. quedam cameactis quod melius eſt. ⁊ ſic hodie habet opinio quod debeat dicere cameactis. q̄ eſt ebulus cuius ortus eſt iuxta foſſos. columella in libro de cultu hortoꝝ ait parturit ⁊ rutilas ebuli creat vuida buccas. nam neqꝫ ſicca placet. nec que ſtagnata palude. perpetit querule ſemper guttis rane.

tam que ſpōte ſua frondoſas educat vlmos. hec eſt ſpecies ſambuci. ⁊ eſt quam noſtri ruſtici loricem dicunt.

Unguentum albariel. ℞. albariel. recētiuꝫ. ʒ. x. aſſungie porcine. ʒ. xlv. terantur ſimile ⁊ dimittātur marceſcere per dies. vij. deinde bulliant ⁊ colentur. ⁊ ſeruetur vnguentum in vitri vaſe. ⁊ adminiſtretur vbi oportet.

¶ Iſtud vnguentū apud nos non eſt in vſu. verum vt dictum fuit chirurgici vtuntur ipſo ſub nomine ruptorij de cantaridibus. ⁊ dicunt ꝙ albariel ſunt cantarides. ſine dubio videtur habere eandem virtutem. preterea in fine practice dini florentini. vꝫ. in antidotario habetur vnguentū albariel. ⁊ ibi ponit ad litteram ꝙ ſunꝫ cantaridibus. ergo vnguentum de albariel eſt vnguentum de cantaribus. infra apparebit vna alia deſcriptio ſub nomine vnguenti de cantaridibus. ſed non erit eadem.

Unguentum roſatꝫ. ℞. aſſungie porcine recētis quantitatē quam volueris ⁊ lauetur in aqua calida nouies. ⁊ tantundē cum aqua frigida lauatione vltima. deinde terātur cū ea roſaruꝫ rubearum recentium quantum ipſa. ⁊ dimittanſ marceſcere per dies. vij. deinde coquantur cum facilitate. ⁊ colētur. ⁊ iterum tantundem roſarum terantur. ⁊ dimittātur per alios ſeptem dies ⁊ fundantur ſuper ipſum ſuci roſaruꝫ circiter partem. 5. olei amigdalini partes. vj. ⁊ iteruꝫ coquatur cū facilitate vſqꝫ ad ſuci conſumptionem. deinde reponatur ⁊ adminiſtretur. ⁊ quandoqꝫ diſrumpitur in aqua roſata parum opij. ⁊ proijcitur in decoctione. ⁊ eſt mirabile. vbi oportet. ⁊ proprie quando vigilie adſunt.

¶ Iſtud vnguentum eſt in vſu. dicitur autem roſatū propter roſas quas reperit. Dia. roſa aquoſa colore mixta ē. due generantur in ea qualitates alterne. ſcilicet ſtiptica ⁊ amara. flores autem eius plus ſunt ſtiptici. ⁊ ideo plus deſiccatiui.

¶ Aſſungia porcina pinguedo eſt ſatis nota. Serap. ex auctoritate Gal. ait in cap. de pinguedine. quādo animal eſt humidum generatur in eo pinguedo. ſicut porcus. ⁊ quando eſt ſiccum generatur in eo adeps ſicut thaurus. capra ⁊ alia que habent cornua. Dia. in ca. de aſſungia cum tunica ait in illo cap. de confectio. que ſine ſale eſt peſſarijs miſcetur aſſungia porcina ⁊ vrſina conficitur ſic vt docet ibi.

Unguentum violatum valet ſicut roſatuꝫ ⁊ confert pleureſi ⁊ inflāmatiōi pectoris: ⁊ fit ſicut vnguentum roſatū. hoc apud nos non eſt in vſu vt eſt roſatum.

Unguentum baſilicon magnum. Recipe cere albe. reſine. ſ. raſine pini. ſepi vaccini. picis. ſ. naualis. glutinis olibani. mirre an̄. ℥. i. olei quantum ſufficit in alio cere. ℥. iij. ⁊ aliorum ana. ℥. j. ſ.

¶ Iſtud vnguentum eſt in vſu. maxime ſecundum iſtam deſcriptionem. aliud vero quod dicitur minus nōn tantū Auicenna in quinto canonis habet duas deſcriptiones ſicut habet Meſue. ſed non concordant cum iſtis. verū differunt parum dicitur autem baſilicō. nō ꝙ baſilicon. i. optimum ingrediatur. ſed ſecundum quoſdam dicitur baſilicon ſuo compoſitore. nam baſilicon ſeu vaſilicon interpretatur regale ſeu imperiale nam greci vaſilea regem ſeu imperatorem dicunt. inde baſilicon vnguentum regale eſt terafarmacum.

¶ Gluten olibani. i. thus. quidam autem crediderunt ꝙ per gluten olibani intelligerentur due res. vꝫ. per gluten terbentina. ⁊ per olibanum thus. ⁊ hoc approbant. quia Auicen. ibidem habet loco eius glutinis alimbac. ideſt terebentina. ſed veritas eſt ꝙ per gluten olibani intelligitur ſolum thus. quod ſatis eſt notum. ſed Leonardus de preda palea in cap. de cura vlcerum in generali. ibidem habet glutinum albotin ⁊ olibanū. ergo debemus ponere in iſto vnguento terbentinam. ⁊ thus quia ſatis cōuenit. tamen ſecundum intentionem Meſue ſolum thus debet poni.

Unguentum de bdelio. ℞. bdelij. ʒ. vj. euforbij. ʒ. iiij. caſtorei. ʒ. j. ſerapini. ʒ. iiij. cere. ʒ. xv. olei ſambucini. aut olei de chiri. ʒ. x. bdeliuꝫ ⁊ ſerapinum diſſoluantur in aqua ruthe agreſtis. i. armole. cetera liniantur cum aqua calida. ⁊ fiat vnguentum ⁊ liniatur cum eo.

Iſtud vnguentum eſt in vſu.

Bdelium eſt gummi arboris que naſcitur in terris arabum ⁊ melius ex eo eſt illud quod eſt amarum. clari coloris in ſe non habens ligna nec ſordes.

Unguentum filagrios ad ſpaſmum. Recipe cere. ℥. iij. yſopi humide. ſuci ruthe agreſtis ana. ℥. ij. euborij. pipis armoniaci. croci. olei balſami. caſtorei. glutinis alimbac. ideſt terebentine. oppoponaci an̄. ʒ. ij. ſtigie. ideſt ſtoracis liquide. ʒ. ij. ſ. olei quantum ſufficit.

Unguentum aureum. ℞. cere citrine. i. vſualis. ℥. vio. olei boni lib. ij. ſ. terebentine. ℥. iij. reſine colofonie. i. picis grece an̄. ℥. j. ſ. olibani. maſticis ana. ℥. j. croci. ʒ. i. miſce ⁊ fiat vnguentum.

Iſtud vnguentum eſt in vſu. dicitur autem vnguentum aureum. quia eſt optimum ⁊ excellentius inter alia vnguenta. ſicut eſt aurum precioſum inter metalla. Leonardus de preda palea in capitulo de vlceribus ambulatiuis habet vnam aliam deſcriptionem. ſed non eſt eadem. Nicolus florentinus in libro ſecundo in capitulo de maturatione variolarū ⁊ cura ipſarum poſt apparitioneꝫ inquit ſic. ⁊ quandoqꝫ cōfectio vnguenti de ceruſa ⁊ litargirij. ⁊ vnguenti rubei eſt bona ad vlcera variolarum. ⁊ hoc vnguentuꝫ eſt illud quod ponitur in antidotario. ⁊ hoc vocat ibi vnguentum aureum. hoc ego ignoro. quia Auicenna in quinto canonis habet vnguentum rubeum. quod ideꝫ nō eſt. Gilibertus de anglia in capitulo de cura arthetice. ſecundū magiſtros habet vnā deſcriptionē vnguenti aurei. ſed non eſt eadem.

Unguentum de ceruſa ad flegma ſalſum. ⁊ ſcabiem ſiccam. Recipe ceruſe. merdaſengi. ana. ʒ. vj. plumbi aduſti. ſcorie argenti. ana. ʒ. iiij. maſticis. olibani. ʒ. ij. ſ. olei roſati. ⁊ aceti quantum ſufficit. terantur in mortario ⁊ ponatur prius oleum poſt acetum. ana. parum infundendo. ita quod ſine intermiſſione teratur. nūc hoc nūc illud īfundendo donec impinguatur. ſi autem eo indiget pruritum habens argēti viui. ʒ. v. adde ⁊ adminiſtra. ⁊ quandoque apud neceſſitatem adde ziniar. ʒ. ij.

Iſtud vnguentum eſt in vſu. ſolum ſub nomine vnguenti de ceruſa ad flegma ſalſum. ſed quādo medicus ordinat vnguentum de ceruſa ſimpliciter intelligitur vna alia deſcriptio que inferius apparebit. Bartholomeus montagnana in ſuo antidotario habet vnam aliaꝫ deſcriptionē: ſed non eſt eadem nec in vſum venit.

Ceruſa ſm̄ Auic. eſt cinis plūbi. aut alaunoch. ⁊ tamen in ea que fit ex alaunoch. multum elaboratur in adurendo fit aſreng. ⁊ acquirit ſuperfluam ſubtiliationem. quādoqꝫ vero fiunt omnes ceruſe cum aceto. ⁊ quādoqꝫ cū ſalibus ⁊ quādoqꝫ fiunt pluribus modis ſm̄ ꝙ ſcitur in libris huius artis. Leonardus de preda palea in capi. de inflammationibus ⁊ veſicis inquit. ceruſa ideſt biaca.

Merdaſengi ideſt litargirium ſicut inueniſ apud Auerroym in quinto col. Auicēna in ſecundo canonis ait. merdeſen eſt plumbum aduſtum. ergo litargirium ſecundum Auicennam eſt plumbuꝫ aduſtum. tamen hic aliud intelligitur. quia ibi ingreditur merdaſengi. ⁊ plumbum aduſtū. que idem non ſunt. Leonardus de preda palea in capitulo de inflammationibus ⁊ veſicis in quodam vnguento inquit. merdaſengi. i. litargiriuꝫ ⁊ ſic hodie loco merdaſengi litargirium ponunt. plumbum aduſtum ſecundum Auicen. in ſecundo canonis eſt merdeſen. i. litargirium. ſed hic aliter intelligitur. Gal. in libro ſecretorum in cap. de ſquinantia ait. merdaſengi. ideſt plumbum. plumbum vero vena eſt terre ſimilis antimonio ac litargirio. ⁊ ſatis notum eſt. ⁊ modus aduſtionis eius ſuperius habitus eſt.

Scoria argenti ſm̄ Serap. ex auctoritate alcanzi eſt ſtercus argēti. ⁊ eſt bona ſcabiei ⁊ pruritui. quidam litargiriū putauerunt quod nō eſt. liber qui dicitur bulchaſis in tractatu primo inquit. doctrina qualiter aduruntur ſcoris argenti ⁊ auri ex libro almeiamir quibus vtimur in colirijs

Recipe de ſcoria cabruſie quantum vis. ⁊ tere ipſam groſſo modo. ⁊ confice cum melle ipſam. ⁊ pone ipſam in vaſe fictili nouo. ⁊ fac vt ibi docet Auicē. in capitulo de ere de alcabruſſi loquitur.

¶ Argentum viuum aliud eſt minerale aliud artificiale. artificiale conficitur ex minio ⁊ cinabro. minerale autem inuenitur in mineris metallorum. ⁊ propter id inter genera metallorum eſt poſitum. quorum ſpecies metallorūꝫ ſecundum Iſidorum ſunt ſeptem. ſ. aurum. argentum. plumbum. ſtannum. es. ⁊ argentum viuum. ⁊ ferrum. quidam poſuerunt argentum ſublimatum. ceruſam ⁊ litargirium inter genera metallorum. Gilibertus de anglia in capitulo de cura lepre in generali dicit. ꝙ fit de mercurio ideſt argento viuo. hoc autem cōſeruatur in vaſis plumbeis: aut vitreis aut in vaſis de terra vitreata. aut in veſicis. quia alia vaſa corrodit. ⁊ ipſum computantur inter venenoſas medicinas.

Unguentum egyptiacum magnum. ℞. flores eris. auř. v. mellis auř. xiij. aceti fortis auř. vij. coque ſuper ignem donec inſpiſſetur. ⁊ ſunt qui addunt in eo olibani maſculi triti auř. ij. ſ.

¶ Iſtud vnguentum eſt in vſu. maxime ſm̄ iſtā deſcriptionem Raſis in lib. diuiſionum in fine in cap. de medicinis algebra habet vnam aliam deſcriptionem que eſt quaſi eadem. Leonar. de preda palea in cap. de vlceribus profundis habet vnam aliam deſcriptionem que eadem eſt. Forma autem iſtius vnguenti efficitur in colore rubeo. nā qn̄ flos coquitur colorem rubeum acquirit.

Unguentum triaſarmacum. ℞. litargirij triti ſicut alcohol. i. ſubtiliter. ſicut athomi ſolares partem vnā. ⁊ funde ſuper ipſuꝫ nunc oleum. nunc acetum. ⁊ teratur. ⁊ adequaſ. ⁊ proprie quantum ſufficit. ⁊ adminiſtretur.

¶ Iſtud vnguentum ſub iſto nomine non eſt in vſu. verū ſecundum chirurgicos eſt in vſu ſub nomine vnguenti de litargirio. tamen inferius iterum apparebit deſcriptio vnguenti de litargirio qua generaliter vtimur. dicitur auteꝫ triaſarmacum a tribus medicinis que in ipſo ingrediuntur. Auicenna in quinto canonis habet deſcriptionem vnguenti nigri. ⁊ eadem eſt huic.

Unguentum alfeſericon relatum ad alexandruꝫ. Recipe ceruſe. litargirij. alfeſericon. aloes boni croci. argenti viui extincti an̄. partes equales. olei de oleandro. ⁊ aceti quantum ſufficit fiat ſicut vnguentum de ceruſa.

¶ Iſtud vnguentum non eſt in vſu. Aui. in ſecundo canonis de ipſo facit cap. ſub nomine faſuricon dicit. ꝙ eſt medicina ad ſcabiem facta ex litargirio calcadis. i. vitrioli ⁊ aceto ſine dubio alfeſericon eſt medicamen compoſitum. cuius deſcriptionem Meſue inferius deſcribit. ⁊ ſi facere volueris vnguentum alfeſericon ſimiliter oportet facere confectionem de alfeſericon.

¶ Oleander apud Diaſco. vocatur nereon. Iſidorus ait. rodādarum quod corrupte vulgo lorandrum vocatur ꝙ ſit folijs lauri ſimilis. florem vt roſe. arbor venenata. interficit enim animalia ⁊ medetur ſerpentum vexationibus. deſcriptionem autē olei ipſius deſcribit Raſis de qua infra erit ſermo.

Confectio alfeſericon quod eſt medicamen cōpoſitum. Recipe litargirij albi. calcanti. i. vitrioli viridis. de quo fit encauſtrū an̄. partē vnā. floris eris partem mediam. terantur cum aceto vehementer forti in ſole tempore eſtiuo fere per diem vnam ſemper ante modicum addendo acetum. deinde ponatur in vaſe vitreo. ⁊ ſtringatur os eius. ⁊ ſepeliaſ in fimo diebus. xl. deinde adminiſtretur.

Unguentum palmeum. Recipe olei veteris lib. iij. aſſungie veteris depurate a ſale lib. ij. litargirij. lib. iij. vitrioli ℥. iiij. conficiantur ſic oleum ⁊ aſſungie mittantur in ſtannato ſupra ignem ⁊ liqueſiant. deinde addatur litargirium ⁊ vitriolum. ⁊ ducantur continue cum tribus ramis palme. ⁊ accipe vnum ramum palmarum minutatim inciſum. ⁊ intromittatur ⁊ tādiu bulliat ſupra ignem lentum factum de lignis ſiccis donec inſletur ⁊ redeat ad ſuuꝫ ſtatum ⁊ inſpiſſetur ⁊ denſitatem habeat.

¶ Iſtud vnguentum non eſt in vſu ſub iſto nomine. verū eſt in vſu apud chirurgicos ſub nomine vnguenti de colcotar. ⁊ ſic ſine dubio poſſunt vti ſub nomine. nam vide quod Nicolaus florentinus in libro ſeptimo in capitulo de curatione flegmonis inquit. ſic eſt emplaſtrum de colcotar. ⁊ eſt illud quod vocat Serapi. in ſuo antidotario diapalma. Leonardus de preda palea in capitulo prio de flegmone ait. vnguentum de palma ideſt de colcotar relatum ab Auic. ⁊ hic eſt ꝙ Auicen. in quinto habet vnguentum de calcadis. quod quaſi idem eſt de quo infra.

Unguentum de flore eris in ſuo grabadin in capitulo de vulneribus neruū. Recipe cere. ℥. iiij. olei antiqui vel facti ex oliuis immaturis. ideſt olei onfancini. ʒ. xvj. floris eris puluerizati ſicut alcohol ideſt ſubtiliter. ʒ. ij. fiat ex eis. ⁊ vtere cum licinio. ⁊ quandoqꝫ additur ⁊ minuitur ex flore eris ſecunduꝫ qđ exigit neceſſitas.

¶ Iſtud vnguentum non eſt in vſu Auic. in quinto canonis habet vnam aliam deſcriptioneꝫ que eadem eſt. niſi ſolum in vno. ⁊ hoc eſt ꝙ Meſue non ponit reſinam. Auic. vero ſic in reliquis idem ſunt. Joannes Serap. in ſuo antidotario habet vnguentum de ziniar. quod eſt idem cum vnguento de flore eris apud Auicen.

Flos eris ſecundum Simonem ianuenſem non eſt viride eris. verum hodie ponunt loco eius. quia reperitur in multis locis vbi vnus doctor habet florē eris in vno alio loco habet viride eris. nam vide raſim ſi es de calcādo vbi habet ziniar ideſt viride eris. Gulielmus placentinus loco eius habet florem eris. Petrus de argillata in capitulo de medicinis mundificatiuis vel abſterſiuis in vnguento apoſtolorum habet. Recipe viride eris. Auicenna in quinto idem habet. Recipe floris eris. Item Joannes Serap. in ſuo antidotario habet vnguentum de ziniar. Auicenna in quinto canonis habet vnguentum de flore eris quod idem eſt. ⁊ ſic hodie vnum pro alio ponunt. Sera. dat modum eius ſicut apparebit infra in emplaſtro apoſtolicon ⁊c.

Unguentum alabaſtri. nardi ſpicati. ſecundū Nicolaum. Recipe ſauine viridis. ℥. v. hedere terranee. viridis. mille folij. artemiſie. ideſt matris herbaruꝫ. galle cupreſſi. fenugreci. herbe benedicte ſeminis lini. roriſmarini. omniū octo. ℥. vj. pone hec omnia ſimul trita in aque ſextarijs duodeciꝫ ⁊ dimitte macerari vſqꝫ ad tertium diem. poſtea adde olei ſextaria quinqꝫ diligenter cū cautella tandiu quoqꝫ vſqꝫquo ad oleū perueniat remota aqua remoto vero ab igne. ⁊ colato per ſacculum nitidum adde cere. ℥. vij. colofonie terbentine galbani. maſticis gummi. hedere. reſine. olibani. mirre. ana. ℥. v. ſtoracis calamite. corumbri. ſpice nardi. omnium trium ana. libr. vnam balſami. ℥. iiij que terenda ſunt tere que liqueſiēda ſcilicet liquefac in ſimul mixtis omnibus diu agitando cum ſpatula miſce. deinde vſui reſerua ⁊c.

Iſtud vnguentum alabaſtri eſt in vſu. Appellatur auteꝫ vnguentum alabaſtri nardi. non quod alabaſtrum ingrediatur. hodierni autem vtuntur vnguento alabaſtri. ⁊ in eo ponunt alabaſtrum quod eſt genus marmoris. ſed non recte. quia ex meo iudicio alabaſtrum in hoc nō debet ingredi. nam hoc vnguētum inuenitur in libro ſeptimo Giliberti anglici in capitulo de retentione menſtruorū quod alabaſtrum non habet. Papias vero ait. alabaſtrū genus marmoris. vnde fit vas in quo de intus vnguenta conſeruantur. ⁊ ideo pro vnguento ponitur. nam ſine dubio hoc dicitur alabaſtrum quia ipſum cōſeruari debet in vno vaſe facto ex alabaſtro. preterea vide in paſſione domini noſtri Jeſu chriſti. ſecundum Marchum vbi dicitur. ⁊ cum eſſet Jeſus betanie in domo Simonis leproſi ⁊ recumberet venit mulier habens alabaſtrum vnguenti nardi ſpicati precioſi. ⁊ fracto alabaſtro effudit ſup caput eius. ⁊ hoc eſt illud vnguentum in quo vtebātur Maria ⁊ Martha

ſorores. vnde per hoc vide apud Leonardum de preda palea in capitulo de caſu ⁊ offenſione propria doctrina vbi ſic ait. nota de vnguento alabaſtro quod operatur mirabiliter in confuſione ⁊ attritione ⁊ caſu offenſione. ac etiam in verberatis ⁊ flagellatis ⁊ tortis cum tortura. ⁊ ſimilibus ⁊ vocatur vnguentum alabaſtrum nardi de ſpica nardi precioſa. quia romani a hieruſalem attulerunt tempore quo dominus noſter Jeſus Chriſtus crucifixus fuit. Bonum ⁊ probatum in omnibus febribus ⁊ rigoribus ⁊ calculoſis doloribus lumborum petram de veſica rumpit. renum dolorem auferet. ⁊ emigraneum dolorem amputat caſibus matricis optime ſubuenit. Maria ⁊ Martha ſorores Lazari hoc vnguento vſe fuerunt omnibus diebus vite ſue. Scias autem ꝙ veritas eſt ꝙ hoc vnguentum dicitur alabaſtrum nardi ſpicati. q̄r conſeruatur in vaſe alabaſtro. propter ſpicā nardi quam recipit. ⁊ dicunt ſapientes ꝙ hoc poteſt dici vnguentum de ſpica nardi conſeruato in vaſe alabaſtro.

¶ Sauine viridis. i. recentis.

¶ Hedera apud Diaſcoridem vocatur ſciſſos. Plini. hedera ſpecies habet tres. candidam. nigram. ⁊ elix. ⁊ he in ſpecies alias diuiduntur. Galienus in libro ad partenianum ait. hedera naſcitur in diuerſis arboribus. parietibus vel petris. ⁊ terra. ſed hic intelligitur de illa que in terra reperitur. que ſatis eſt nota de qua antiquitus coronabantur poete. vnde Virgilius in bucolicis. Paſtores hedera creſcentem ornate poetam.

¶ Galla cupreſſi ſcilicet fructus, eius qui aptus eſt in medicina. Iſidorus in capitulo de proprijs nominibus arborum inquit. cupreſſus grece dicitur, ꝙ caput eius a rotunditate in acumen erigitur. vnde ⁊ canon vocatur. ideſt alta rotunditas. hic ⁊ fructus eius conus. quia rotunditas eius talis eſt vt conum imittetur. vnde conifere ciparissi dicuntur. huius lignum cedro pene proximam habet virtutem templorum quoq̄ʒ trabibus aptum. impenetrabili ſoliditate. nunq̄ʒ oneri cedit. ſed ea qua in principio fuerit firmitate perſeuerat. Antiqui cupreſſi ramos prope rogum conſtituere ſolebant vt odorem cadauerū dum vrerentur comprimerent iocunditate odoris ſui.

¶ Millefolium eſt herba que omnibus nota eſt. Diaſco. miriofilos ſiue vt latini mille folium ideſt ſupercilium veneris. naſcit̄ in paluſtribus locis. tirſum habet ex vna radice mollē ⁊ ſubruſſum. ⁊ quaſi manibus linitum. ⁊ folia ſimilia feniculo. Plini. miriofilon quod noſtri millefolium vocant.

¶ Herba benedicta ſecundum compoſitorem eſt fu. que alio nomine valeriana vocatur. Simon vero ianuēſis ait. terra benedicta in antidotario olim in vnguēto alabaſtri. quod ignoro. verum eſt ꝙ Gilibertus loco herbe benedicte habet terram benedictam. ſed Leonardus habet herbā benedictam. ego vero ignoro quid ſit terra benedicta. ſed herba benedicta eſt valeriana quam meo tempore vidi apponi in hoc vnguento.

¶ Roſmarinus ſecundum Diaſcoridem eſt libanotides. ſecundum vero Serapionem eſt arbor marie. de qua miror ꝙ ipſe Serapio in ſuo breuiario in capitulo de emoroidibus inquit ꝙ arbor marie eſt arthanita. quod nō recte dicitur ab aliquibus corona montis vel mōtana. eius flores alchilil dicuntur. vnde zuccaruʒ alchilil ideſt de floribus roriſmarini.

Sextarium vero ſm compoſitorem Auicen. Serap. eſt pondus ſex dragmarum. ⁊ danich duorum ſm Gentilem eſt pondus. ʒ. ſex. Leonardus idē inquit. ſextarius eſt pondus aur. iiij. aureus vero eſt quarta pars vncie. ⁊ in vncia ſunt octo dragme. hodierni vero generalis quando reperiunt in receptis ſextarium vini vel aque intelligunt duas lib. cum dimidia. ſed per ſextarium piperis vel cinamomi ſex dragmas intelligunt. deus melius ſcit.

Colofonia ideſt pix greca. Dinus florentinus in primo libro in capitulo de eruptionibus exituralibus ait. picis pece. ideſt pice grece. Item circa inſtans. colofonia. ideſt pix greca. eſt autem gummi cuiuſdam arboris que in greca reperitur. vnde pix greca dicitur etiaʒ. reperitur in alijs locis. Pli. vocat eam briciam dicens. bricia ſit epicea raſina. in hiſpania autem e picea noſtris minime laudata. eſt enim reſinarum amara. ⁊ arida. graui odore. vnde reſina frixa. pis bricia. pix romana: colofonia idem ſunt.

Corumbrum ſm compoſitorem eſt cenſura iudeorum. vel timiamatis. vel thus iudeorum. Leona. ibidem inquit corumbrum ſunt feces ſtoracis liquide. ergo corumbrum eſt ſtorax rubea qua vtuntur iudei in eccleſijs pro fumigatione. etiam corumbrū poteſt dici quod interpretatur omne fumigium odoriferum.

Spica nardi. ideſt aromatica. iſtud vero vnguentum dicitur alabaſtrum nardi propter ſpicam nardi quam recipit in multa quantitate. ⁊ conſeruare debes in vaſe facto ex marmore dicto alabaſtrum.

Balſamus ideſt opobalſamum. naʒ opos eſt balſamus vel vt lac. ⁊ ſimiliter opoſici vocatur lac ficulnee ab ipſa. Plinius autem ait. ſed omnibus odoribus prefertur balſamum vni terrarum iudee conceſſum quondam in duobus tantum hortis vtroq̄ʒ regio altero iugerum. xx. non amplius. altero pauciorum. oſtendere arbuſculam hanc vrbi imperatoris Veſpeſiani clarumq̄ʒ dictu a Pompeo magno in triumpho arbores quoq̄ʒ diximus. ſeruit nunc hec ⁊ tributa pendit cum ſua gente in totum. alia eſt natura quam noſtri externi que prodiderant. hoc precioſuʒ eſt. in noſtris partibus raro inuenitur. ſed infra deſcribam quedam olea que poſſunt poni in omni loco vbi ingreditur balſamus.

Vnguentum

martiaton ibidem. Recipe cere albe libr. ij. olei lib. viij. ruthe. ℥. vij. maiorane. ℥. vj. tamariſci. ℥. vj. eſbrij. roriſmarini. foliorum lauri ana. ℥. viij. ſauine. ideſt bracheos. balſamite. liliſagi. ozimi ideſt herbe que baſilicon odoriferuʒ vocatur polij ideſt polij montani. calamenti. arthemiſie. enule. betonice. brance vrſine. ſpergule. herbe venti. pimpinelle. agrimonie. abſinthij. herbe paraleſis. herbe ſancte marie. cinarum ſambuci: herbe graſſule. millefolij. ſemperuiue. camedreos. centumneruie. centauree. fragule. quinq̄ʒ folij. tetrait ana. ℥. iiij. ſ. radicum euiſci. cimarum mirti. ideſt foliorum mirtilorum. ana. ℥. iij. fenugreci ℥. j. ſ. butiri. ℥. j. ʒ. ij. vrtice violarum papaueris nigri menthe ſaracenice. ⁊ alie menthe lapacioli politrici. carduncelli. matriſſilue. maturelle. herbe muſcate. aleluie. lingue ceruine. criſpule camphorate. ſtoracis. calamite. medulle ceruine. an̄. ℥. ſ. adipis vrſi. adipis galline. maſticis. ana. ℥. j. thuris. ℥. ſ. olei nardi ʒ. ij. colligātur omnes herbe in menſe madij. ⁊ in vno die aut in duobus ſi poteſt ab hora tertia vſq̄ʒ ad meridiē conficiantur ſic. herbas tritas diebus ſeptem in optimo odorifero vino infunde. octauo autem die coquantur lento igne. ⁊ cum vinum aliquantulum inceperit conſumari addatur ſupradictum oleum ⁊ bulliant donec herbe incipiāt dimitti. deinde ſtudioſe colentur ⁊ proiectis herbis iteruʒ ſuper ignem ponantur ⁊ cum bulire inceperit ponatur ſtorax ⁊ cum modicum bulierit ponatur butirum ⁊ aſſungia contuſa ⁊ oleum nardinum ideſt de ſpica nardi. ⁊ maſtix. ⁊ olibanum. ⁊ poſtea cetera. ⁊ cum cera liquefacta fuerit bene cum ſpatula ſemper agitando ab igne deponantur. ⁊ cum coagulatum fuerit in vaſe reponatur.

Iſtud vnguentum martiaton dicitur a martiatone peritiſſimo medico a quo fuit inuētum. hoc apud multos apothecarios in vſu eſt. ſʒ pauci ſunt apothecarij qui ipſuʒ faciant. immo emunt a merchatoribus Ianuenſibus. ⁊ hoc aduenit. quia ibi ingrediuntur multa ſimplicia que difficilia ſunt inueniri. ſʒ ego cōſideraui dicens. ſi in partibus ianue ac in alijs faciunt. nōne idē poſſumus cōponere nos. nā ſine dubio idē nos poſſumus componere. ⁊ melius. q̄r ego fui in partibus ianue. ⁊ interrogaui apothecarios qui cōponunt predictū vnguētū qui in multis ſimplicibus errant. ⁊ ponūt in eo quid pro quo ideſt vnaʒ rem pro alia: ſed ego taliter agam ꝙ nos. ⁊ alij apothecarij facere poterunt. Gilibertus de anglia in capitulo de cura artetice ſm magiſtros habet vnā aliam deſcriptionem que eadem eſt. eandem habet Leonardus de preda palea in capitulo primo de contuſione ⁊ attritione.

¶ Ruthe. ſ. ruthe domeſtice. hec ſatis nota eſt. Secunduʒ circa inſtans: ſi quis eſt totus circūdatus rutha viridi ſecure poteſt accedere ad interficiendū baſiliſcū: ſed hoc credo ꝙ apud ipſum nunquam fuit probatum nec apud me.

¶ Plãtago herba eſt ſatis nota. ꝯpoſitor ait. coquanſ in aq̄ plãtaginis. Nicolus ingt. coq̄nſ in ſuco vel decoctiõe plãtaginis. cera. ſ. cera vſualis. ꝯpoſitor ⁊ alij inquiūt. cere q̄ꝫtuꝫ vis. hoc eſt q̄ͭtū oꝫ. ſupra dixi ꝙ ana ſignificat equale. ⁊ ſi predictū vnguentum facere volueris de manipulis duobus cuiuſlibet predictaꝝ rerum oꝫ poni libra vna. ⁊ ℥. iiij. cere noue. ⁊ diſſolue ipſaꝫ. vt docet compoſitor.

¶ Olei mirtilloꝝ deſcriptionẽ docet dñs Meſue in tractatu de oleis. de quo infra compoſitor. nec alij nõ ponūt doſim iſtius olei. ſed generaliter poniſ tantum olei q̄ꝫtum cere. poſtea dicit cere q̄ꝫtum vis. ⁊ diſſolue illam cuꝫ oleo mirtino. ⁊ laua eam nouies cum predicta aqua ſemper innouando aquam qualibet vice. Nicolus dicit ſemper innouãdo eaꝫ vnaquaqꝫ vice accipiendo de ipſa omni vice portionem eius ſufficientem ad lauãdum ⁊ hoc facto. ℞. vt dicit cõpoſitor ana. i. equaliter cõpoſitor ait. ana partem vnã. ſ. rerū ſupradictaꝝ. ⁊ dñt eſſe pro qualibet. ʒ. ij. ⁊ per partẽ mediã que poniſ inferius. intelligiſ. ℥. j.

Troc. de charabe. deſcriptio inueniſ in pluribꝰ auctoribus. vt dictū fuit. ſꝫ generaliter faciūt ſm deſcriptionem Meſue. quã ſuperius poſui. dr̄ aūt charabe quaſi rapiens paleas. ⁊ eſt gūmi arbori dicte haur romanū. Jo. angli. in ca. de feb. ethica ait. charabe. ⁊ ẽ charabe idẽ qd̄ vernix. ſꝫ charabe idẽ ꝙ ambra põdus eoꝝ oꝫ eẽ. ℥. iiij. ʒ. vj. Oportet iterū addere oleū mirtinū. ⁊ oleū maſticinū. ſed compoſitor non dicit ſi debent eſſe lota aut nõ. Nicolus aūt ait. oleo mirtino loto addito eis oleo maſticino nõ loto. q̄daꝫ tñ lauant ipſum ſimul cum illud poſtq̄ꝫ omnia ſunt ſimul cõmixta. ⁊ confecto vnguento ex quo vnguento vnganſ renes a ſurſum vſqꝫ deorſum. doſis vero iſtoꝝ duorū oleorum. ſ. mirtini ⁊ maſticini. ſ. de maſtice debent eſſe an. libr. ij. ⁊. ʒ. iij. ⁊ ſiat iſtud vnguentū oꝫ cõfici cū optima diligentia propter optimam vtilitatẽ que in opitmo inuenitur.

Unguentum pſilotrum ſm Dinum florentinū in ſuo antidotario. ℞. calcis fortis ſupra quaꝫ ponaſ ſeptuplū aque ⁊ ꝑ tres dies ſicut dimiſſa coleſ. poſtea in hac aqua vi. ptis calcis ponaſ. ⁊ per tres dies morentur. his geſtis ſexta pars arſenici citrini in predicta aqua mittatur. ⁊ tandiu ad ſolem dimittantur donec penna immiſſa depilletur. cum extrahitur vero locus fricetur. id enim cito abradit pillos.

Iſtud vnguentum non eſt in vſu. liber qui dicitur bulchaſim in tractatu primo ſcribit modum pſilotri noti. ſed non eſt idem verum ſuperius poſuit modum faciendi medicinam depillantẽ pillos vna hora ⁊ hoc videtur eſſe melius vnguentum pſilotrum pro pſilotro intelligitur medicamen depilatorium.

Unguentum geneſtricum commune ſm Jo. anglicum eſt ca. de cura quartane. ℞. florū geneſtre ℥. vj. butiri maij. ſ. facti de mẽſe maij. vel alterius ſi hoc haberi non poſſe aſſungie porcine recentis lib. ſ. modicum vel ſiat liquidum. vel poteſt confici cū oleo camomille. ⁊ tunc cera plus valebit. ibi conterantur flores cum iſtis predictis vel cum aliquo iſtorum. ⁊ tunc iſta per. x. dies continue agitando. ⁊ ad ſolem ponendo. ⁊ tunc vltimo ponantur in patella ferrea ad ignem ⁊ diſſoluantur. ⁊ liqueſiat pinguedo vel butirum. ⁊ tunc deponatur ab igne. ⁊ cito poſt coletur per medium panni linei bene comprimendo. ⁊ erit vnguentum.

Iſtud vnguentum apud nos non eſt in vſu. Jdem in eodem capi. deſcribit duas alias deſcriptiones que idem nõ ſunt. ego vero ſolum ſcripſi iſtam deſcriptionem. quia cõpoſitor intitulat ipſum vnguentum geneſtricū commune.

Geneſtra aūt frutex eſt oibus nota. h̄ apud Diaſ. vocaſ ſpartus. Pli. geneſtre vinculi vſuꝫ preſtant. flores apibus gratiſſimi. dubito an hec ſit quã greci auctores ſarton vocant. quidã miricã vocãt. ſed nõ mirice. Meſue inquit. albrachin eſt capiſtrum arboris. ⁊ eſt arbor montana. ſuper cuius ſtipitem eleuatur denſitas fuſtium multe rectitudinis. ⁊ dum plicantur non potiunſ fracturas. vñ ligãtur ex eis arbores. ⁊ producunt flores figure lunaris citrinitatis multe. ⁊ profert folliculos ſm ſemitam orobi habentes ſemina diſtincta ſicut lens. ſed in lingua latina geneſtra ſiue mirica appellatur. Electio vltramarina eſt melior. ⁊ omnes que in partibus orientalibus oriuntur. Galie. in octauo ſimplicium ait. ſpargamum ideſt geneſtra.

Unguentum de talpa. ſm eundẽ in ca. de cura lepre. ℞. talpã combuſtã. cortices auellanarum. nucū maiorū. caſtanearū. ⁊ cū his apes ⁊ muſcas ⁊ oia iſta cõburantur. deinde. ℞. capillorum veneris recentiū. ſpice nardi. laudani. bulliant omnia in oleo laurino ⁊ addatur cera. ⁊ ſiat vnguentum.

Iſtud vnguentum non eſt in vſu.

Talpa aial eſt qd̄ vocatur irbea: ⁊ ẽſt notū. Papias inquit. talpa dr̄ ꝙ ſit dãnata cecitate ꝑpetua. eſt. n. abſqꝫ oculis terrã ſemꝑ fodiens. que gre. dr̄ talpas. Jſido. in. cap. de minutis aialibus ingt. talpa dicta ꝙ ſit damnata cecitate perpetua ⁊ tenebris. eſt. n. abſqꝫ oculis ſemper terrã fodit. ⁊ humum egerit. ⁊ radices ſubter frugibus comedit. quaꝫ greci aſſalan vocant. comburatur autẽ iſtud animal vt cõburitur lepus. cuius modus patuit ſupra.

Apes ſunt poſite inter minuta aialia. ⁊ he note ſunt. Jſidorus inquit. apes autem dicte vel ꝙ ſepedibus inuicẽ alligent ⁊ vel pro eo ꝙ ſine pedibus naſcanſ. nã poſtea ⁊ pedes ⁊ pẽnas accipiūt. he ſolertes i generãdi mellis officio aſſignatas incolūt ſedes. domicilia in narrabili arte ꝯponunt ex varijs floribus fauū ꝯdunt. textiſqꝫ ceris in numera ꝓle caſta replẽt exercitū. ⁊ reges hñt p̄lia mouẽt. fumu

fugiūt.tumultu exaſpant.has plerīq; expti ſunt naſci de bove ⁊ cadaueribus.nā pro his creādis vituloꝝ occiſoꝝ carnes verberant.vt ex putrefacto cruore v̄mes creentur: que poſtea efficiunt apes.ꝓprie tn̄ apes vocant orte de bobus.ſic crabrões de eq̄s.fuci ꝺ mulis.veſpe ꝺ aſinis.Dia. in ca.de melle inq̄t.mel eſt ros celeſtis.quē apes colligūt.

¶Muſca apꝺ oēs nota eſt.Iſido.muſca ex greco venit.ſicut ⁊ mus.hec ſic̄ ⁊ apes necate in aqua aliq̄tiēs poſt .i. hore ſpaciū reuiuiſcūt.reperit alia ſpēs muſce q̄ vocat cinomia apꝺ gre.⁊ ē muſca canis.nā cinos gre.canis vocatur.

Unguentum de caſtoreo ſm eundē in ca.de ſpaſmo.℞.piperis.nigri.caſtorei euforbij.an̄.ʒ.ij.piretri.coſti amari.an̄.ʒ.ij.coſtuȝ reſoluat in.ʒ.iij.vini albi per vnā diē ⁊ noctē in craſtino addat .℥. iiij.olei.⁊ buliant vſq; ad conſumptionem vini.⁊ poſtea addantur pulueres.⁊ fiat vnguentum.

¶Iſtud vnguentum apud nos non eſt in vſu.verum ſcđm intentionem compoſitoris eſt expertum in illa materia.ipſe vero in principio non dicit ꝙ iſtud ſit vnguentum de caſtoreo.immo in fine eius deſcriptionis ait.⁊ fiat vnguentum quod ego voco vnguentum caſtorinum.

Unguentum ebulinum ſecundum eundeȝ in capitulo de dolore iuncturarū.℞.foliorum ebuli.m.iij.coquātur in aqua diu.deinde extrahantur ⁊ conterantur ſicut vt deberent comedi.piſtentur in mortario.⁊ tunc modicum aſſungie porci vel butiri de malo.⁊ flores geneſtre miſceantur vt per medium panni linei extrahantur.⁊ erit vnguentum optimum in cauſa frigida.ſicut ego probaui in vno podagrico ⁊ ſciatico pingui valde.nec valuit ſibi aliquid aliud.

¶Iſtud vnguentum non eſt in vſu.tn̄ ſm intentionem cōpoſitoris eſt mirabile in illa materia.Ebulus aūt eſt ſpēs ſambuci.vn̄ verſus.Sambucus eſt actus.ſed ebulus eſt cameactis.de quo Serap.in capi.de ebulo de vtraq; loq̄tur ⁊ ibi deſcribit de forma ipſoꝝ dicens ꝙ illa ſpēs que dī cameactis eſt minor prima.⁊ hȝ ramos magis herbe ptinentes quadratos in quibus ſunt multi nodi.⁊ folia inuicem diſtantia in ſingulis nodis ſimilia folijs amigdale in ſummitatibus ſuis:niſi q2 hȝ venas.⁊ ſunt longiora eis hn̄tia grauē odorē.⁊ in ſummitatibus ramoꝝ ſunt capitella ſeu corone ſiles corone ſupradicte ſpēi.⁊ flos ſilr:⁊ hȝ radicē longam in groſſitudine digiti.⁊ apꝺ nos in vijs ac in multis locis naſcitur:⁊ vocant ipſum ruſtici lorex.

Unguentum quercinum ibidē.℞.viſci quercini rubee minoris ebuli ⁊ mediāi.corticis ſambuci.an̄.℥.ſ.coquant in aqua.camomellina.⁊ fiat vnguentum quercinum:eſt.n.ſecretiſſimum.

¶Iſtud vnguentum non eſt in vſu.

Viſcus auteȝ quercinus ſm Sera.ex auctoritate Dia. Melior ex eo eſt nouus q eſt ſimilis in colore ſuo porris.exterius v̇o ſubrubeus ſine aſpitate.⁊ ſine furfureitate.⁊ fit ex fructu rotūdo q naſcit in arbore glādiū.idē Sera.dicit.reperit aūt in arbore maloꝝ ⁊ piroꝝ.⁊ alijs multis arboribus.ego v̇o vidi p̄dictū fructū q eſt in groſſitudine ciceris.⁊ parū plus.etiā.ſunt ex hoibus qui dixerūt ꝙ inuenit aliq̄n eius fructus in magnitudine piri pui.⁊ aliq̄n in magnitudine ciceris.ſed parū plus ſm diuerſoꝝ locoruȝ varietatem:⁊ naſcit ſup quercū.cuius folia ſunt citrina longiora ⁊ paruiora.⁊ inuenit in hiſpania.ꝯpoſitor in fine deſcriptionis iſtius vnguenti ait.⁊ tn̄ loco viſci quercini pōt poni viſcus alteriꝰ arboris.⁊ quoddā viride inter ramos arboris naſcēs.⁊ p totū annū eſt viride.⁊ habet baccas ⁊ grana ſicut ſolatrū.⁊ folia talia qualia craſſula maior.ſed ſunt ſtrictiora.⁊ valet in omni gutta fomētata ⁊ emplāta.⁊ inūcta vt ſatis vidi ⁊ viſcus q̄rcinus ē optius in epilenſia.⁊ vocat ab Aui.ſcđo can̄.ca.de corallis lignū crucis.

Unguentum de euforbio.ſcđm Petrum de tuſſignana in ca.de paraleſi tremore tortura ⁊ ſpaſmo ex repletione.Recipe olei antiqui multum libr.i.cere rubee.℥.ij.liquefiat cera cum oleo ad ignem.⁊ proijciantur deſuper euforbij.℥.j.caſtorei.℥.ſ.⁊ fiat vnguentum.hoc enim mirabile eſt in paſſionibus neruorum apud nos in vſu eſt.

Unguentuȝ de corticibꝰ caſtanearū ſm Bartho.mōtag.i ſuo ātidotario.℞.olei de maſtice lib.i.olei mirtini.citrōiorum ana.℥.vi.maſticis acatie.ſanguinis dracōis ana.℥.i.coralliorum rubeorum.℥.i.charabe:terre ſigillate an̄.℥.i.corticum caſtanearum:ſcorie ferri preparate.videlicet in aceto.vt oſtenſum fuit an̄.℥.ij.ſ.reſine ſcilicet pini.℥.i.cere quantum ſufficit:⁊ fiat vnguentum.

Iſtud vnguentū non eſt in vſu:maxime apud nos.

Caſtanea eſt fructus omnibus notus.Serap.de caſtanea ⁊ glande in vno cap.loquit.apud Auic.de caſtāea nō inuenitur cap.immo de ipſa loquit in cap.de glande.glās .n.generale eſt vocabulum ad plures fructꝰ ſicut ad caſtaneas nuces ⁊c̄.vnde nucē dicimus iuglandē quaſi iouis glandeȝ cui eſt dicata.Pet.de creſcen.in lib.quinto in capitulo.de natura arborum:⁊ de vtilitate fructuum ipſorum inquit.caſtanea eſt arbor nota.⁊ earum quedam domeſtice.quedam ſilueſtres.⁊ domeſtice quedā mediocres fructus facientes.que caſtanee dicuntur.⁊ quedam faciunt fructus valde groſſos.quos Mediolanenſes marones vocant vulgariter.

Unguentuȝ pro vermibꝰ ibidē.℞.fuci pſicarie.abſinthij.abortāi.cētauree minoris.maliterre.folioꝝ pſici.folioꝝ lupinoꝝ.radicū ebuli corticū granatoꝝ an.ʒ.i.porroꝝ nō trāſplātatoꝝ:ſūt porri dicti puriſilli.℥.ij.naſturtij aquatici lib.i.aceti fortiſſimi .℥.iiij.cere quantum ſufficit fiat vnguentum.

Iſtud vnguentū eſt in vſu.tn̄ non valde.idē cōpoſitor deſcribit duas alias deſcriptiones.ſed hanc opinātur eſſe nobiliorem alijs.

Perſicaria ſm Nicolauȝ eſt herba ſancte marie.cuius folia ſunt ſimilia folijs perſicoꝝ.naſcēs iuxta hortos.eiꝰ ſpecies due ſunt.quarū vna i medio filioꝝ hȝ maculā fuſcam.alia vero eſt abſq; macula.ſed prima ⁊ melior ē quā perſicariam cum ſigillo vocant.

Malū terre eſt ciclamē aut bucho2marīē.

¶Naſturciū aq̄ticū.i.ſēatiō.h apꝺ Auic.i ſcđo can̄:vocat pupilla oculi:ꝺ naſturtio aq̄tico vīꝺ ſup̄ i dianaſturtio.

Unguentū ꝺ mucillaginibus.ibidē.℞.mucilaginis:fenugreci:ſeminis lini altee ana.lib.ſ.coquantur donec inſpiſſentur:⁊ qando coquitur ſemper aſpergatur cū aceto.deinde ſumatur lib.ſ.merdaſengi.i.litargirij ⁊ coquatur in li.i.olei ſiſamini:lento igne:deinde proijciatur ſuper ipſum mucillago:⁊ proijciatur ſuper marmor:⁊ malaxetur cum manu:⁊ fiat vnguentum mollificatiuum ⁊ lenitiuum.

¶Iſtud vnguentū de mucillaginibus ſȝ modernos ē diaquilō:⁊ ſic ſunt ex hoibus q faciunt iſtā deſcriptionē ſub noīe diaglon ſine gūmis:nā Matheꝰ ſil.i littera diaglon ait.diaglon eſt male ſcriptum.⁊ dȝ dicere diaglō.i.cōpoſitio facta cū ſucis vel mucillaginibus.pterea Io.Serap.in ſuo antidotario inq̄t.vnguētū de mucillaginibus.⁊ ē diaquilō:idē dicit Gētilis ſup q̄ntā can̄.Auic.īfra apparebit emplaſtrū diaglon magnum:⁊ ibi melius oſtendam.

Unguentum pectorale ibidē.℞.piguedinis anatis.piguedinis galline an̄.℥.i.ſ.butiri recentis.℥.i.croci.ʒ.olei violati.℥.ij.cere albe .℥.vij fiat vnguentū molle quod poſtea lauetur duabꝰ vicibus cum aqua ordei tepida.

¶Iſtud vnguentum eſt multū in vſu.ſȝ ſunt ex hoibus q faciunt ipſum ſm iſtam deſcriptionē.⁊ ſunt ex hominibꝰ q faciunt ipſum ſm aliam deſcriptionē.tamē moderni doctores laudant iſtam deſcriptionē adiungēdo in ipſo mucillaginis fenugreci.⁊ ſeminis lini ana.ʒ.v.Meſue i capitulo de aſmate habet vnam aliam deſcriptionem que ſatis lauda eſt vt apparet in capitulo allegato.infra apparebit vna alia deſcriptio.

Unguentuȝ mirabile de eleboro ad tineā ibideȝ.℞.olei laurini.℥.ij.mirre eleboro albi ana.ʒ.i.ſ.litargirij.ʒ.ij.ſ.miſce ⁊ fiat vnguentum molle.

¶Iſtud vnguentū nō eſt in vſu apud nos.

¶Eleborꝰ ſm Meſue eſt barba alfugi ſcđm Auerroym in quinto col.elleborus ē condiſi:qꝺ non creditur:verū multi moderni computant cōdiſi iter ſpēs ellebori:eo ꝙ ſternutationē cōmouet:tn̄ noſtri doctores nō ponūt ſpēs ellebori niſi duas.ſ.albū ⁊ nigrū,qui ſatis noti ſūt:īfra in oleo de euforbio oſtendā meliꝰ:ꝙ cōdiſi non ē elleborus ſm ītētionē Meſue.qn̄ niger naſcitur apud radices arboris fructuoſe ſunt fructus eius ſolutiui.Pipias inquit Anticira ē inſula vbi abūdat ellꝰus ad capitis purgatōeȝ neceſſariū:⁊ ponit ꝓ elleboro antiqua pte tēpli q̄ orꝰ reſpicit:hec ab aliq̄bꝰ dr̄ velax:⁊ ab aliq̄bꝰ dr̄ ſtranudella eo ꝙ puluis ipiꝰ in naribꝰ poſita ſternutationē cōmouet.

Unguentum de ſempuiua ibidē.℞.olei violaruȝ:olei roſaꝝ.an̄.℥.i.pinguedinis anſeris ʒ.vi.ſucci ſempuiue.℥.iij.buliant vſq; ad conſumptionē ſucci.poſtea adde croci.℈.i.⁊ fiat vnguentum.

¶Iſtud vnguentum non eſt in vſu.

¶Sempuiua.ſ.maior ſm circa inſtās dī.q2 ſemp viridis reperit.Auicen.in ſcđo inq̄t:ſempuiua eſt ſuccutuȝ.in cap̄.vero de ſuccuto inquit.ſuccutū dr̄ ꝙ eſt ſempuiua:⁊ dr̄ ꝙ ē ſpēs ſeminis mādragore:ſed nō recte:q2 illud ca.de ſuccuto ē corruptū:nā apud arabes ē ſimphiuū ergo ē cōſolida maior:⁊ ſic ſi legis illud cap.de ſuccuto apud Auic.cū ca.de ſimphito apꝺ Dia.videbis ꝙ ideȝ ſunt ſempuiua apud Dial.vocat aiȝon maius.dicit ꝙ oi tpe folia virida hȝ:dr̄ ⁊ butalmon:qꝺ nō ē.nam butalmon eſt oculus bouis:aut ȝotalmon aut amborſia qꝺ nō ē aliud facit cap.de aiȝon minori:⁊ hec ē vermicularis:⁊ ambe note ſunt.aiȝon v̇o ē ꝓpe nomē ſuū:q2 cōponitur ab ay qꝺ ē ſemp:⁊ ȝob qꝺ ē viua.vn̄ ſempuiua dr̄ q2 ſemp folia virida hēt naſcitur ſup tegulas plurimū:⁊ in locis quibus ſtercora proiecta fuere:⁊ alibi.

Unguentum de ſucco enule.ibidē.℞.ſucci radicū enule:⁊ lapicij.an̄.℥.vi.ſalis nitri.ſarcocolle:merdaſēgi.i.litargirij:maſticis.ana.ʒ.ſ.vitrioli aluminis iameni.an̄.℥.iij.picis naualis.℥.ij.⁊ fiat vnguentū.butirū ⁊ terbentina diſſoluantur ſimul.deinde cū eis incorporētur ſpēs oēs:⁊ vltimo oia cū ſuccis buliant lento igne vſq; ad cōſumptionē ſuccorum:⁊ ſerua.

¶Iſtud vnguentum non eſt in vſu.

¶Enula eſt herba oibꝰ nota.vide de ea i ellectuario de enula.Sal nitrū ſm modernoꝝ opinionē ē ſal qꝺ igneȝ accēdere facit:⁊ ē ſal quo bombardarij vtūtur:naſcit in muris veteribꝰ:qꝺ q̄dā florē parietis vocāt:liber q dicitur bulcaſim in tractatu ſecundo ponit opationē ſalis alchali:⁊ eſt ſal nitrum qꝺ ingreditur in medicinis multis:⁊ hoc ſal vt docet ibi fit ex cinere cuiuſdā herbe q̄ vocat chali:ſeu vſnen:vt apud Serap̄.⁊ eſt ſtercꝰ paſſarū.

¶Argētū viuū iter metalla ē cōputatum:mortificat āt argentū viuū cū ſaliua ſm artē.Auicen.i q̄rto can̄.in fen vi.de argēto viuo loq̄tur.dicēs ꝙ plurimi q bibunt ipȝ nō ledūtur eo.egredit.n.cū diſpoſitōe ſua ꝑ inferiorē regionē ⁊c̄.Nicholaus āt florentinus in lib.q̄rto ad vltimū īquit.argētū viuū interias cum ſumit ſicut eſt.ſm plurimū nulla aut paruā efficit leſionē:⁊ per hanc cām exiſtimauerūt q̄dā:ꝙ argētū viuuȝ nō ſit in numero venenorū:verū veritas eſt ꝙ eſt venenū:īmo vt dicitur multa venena ex eo conficiuntur:⁊ ſi maneret in ſpatio ſufficiēti:⁊ non egrederetur:velociter iterficeret:vt fuit de quodam apothecario qui ſitiens in nocte bibit argētū viuū:⁊ mane mortuus eſt.⁊ ipſum quidem extinctum cū ſaliua deterioris eſt venenoſitatis.

Unguentum de amilo ibidē.℞.olei ſambacini.℥.i.olei violati roſati.an̄.℥.i.ſ.ceruſe.ʒ.x.thuris maſticis:ana ʒ.i.camphore.℈.i.amili.ʒ.x.aq̄ roſaꝝ.℥.i.albumina duoꝝ ouoꝝ.cere.℥.v.coquantur ſimul oleū ⁊ cera.deinde addantur ſpēs alie prope īfrigidatōeȝ poſtea īcorporētur ſimul albumina:⁊ vltīo addātur boli armeni.ʒ.x.diligenter agitādo cū ſpatula:⁊ fiat

¶Iſtud vnguētū nō ē in vſu.Amilū.i.amidū.Gal.ī libro ad parthenianū inq̄t.amilū oibus notū eſt.eſt.n.q̄ſi medulla frumēti:nā apud nos amilū ē ſuccus frumēti in aqua diu macerati collectus ⁊ deſiccatus:amidū autem apud apothecarios noſtros nō ē valde in vſu:ſed i ptibꝰ venetiaꝝ apothecarij magis vtuntur i faciendo quandā miſturā q̄ fit ex zuccaro albo aqua roſa:⁊ amido.⁊ hec tria bene coquuntur ſimul addendo ſi erit neceſſitas paruum olei amigdalaꝝ dulciū recentiū:⁊ fiat inde confectio in morſellis.quam veneti ſauoniam vocant.

¶Oleū ſambacinū.i.oleum qꝺ fit ex floribus ȝābac:cuius deſcriptio inferius apparebit.

Unguentum terbētina ibidē.℞.pulueris ſerpētarie.ʒ.i.ſarcocolle ablute.ʒ.ij.ſ.ſandarace.i.v̇nicis.℈.iiij.tutie p̄parate:vȝ.vt docet bulcaſiȝ.℈.ij.terbētine lote cū aqua fumiterre lib.iiij.ſ.cāphore.℈.ſ.vnguēti de ſucco enule.℥.vi.miſce ⁊ fiat vnguētuȝ.

¶Iſtud vnguētū apud nos non ē in vſu.Terbētina lachrymū ē arboris ſatis notū.hāc q̄dā vulgo largatuȝ vocant:moderni multi computāt abiectū inter ſpēs terbētine:eo ꝙ manibꝰ cito inuiſcat.arbor āt terbētine botin dr̄:⁊ eiꝰ fructꝰ granuȝ viride.Matheus āt ſiluaticus in littera.t.inquit terbētina eſt gūmi arboris que vocat terebintus.ideȝ in littera.g.dicit gūmi alboun.i.lacca.vide ergo ꝙ ſibijpſi contradicit.

¶Serpētaria.i.draguntea maior ſeu colubrina:vide ꝺ ipſa in hiera hermetis.

¶Sarcocolla abluta.i.lota aut nutrita in aqua roſata aut in lacte aſine vel mulierum:vt oſtenſum fuit.

¶Unguentum de ſucco enule:ideſt elenij:eius deſcriptio fuit poſita ſuperius ſm ipſum.

Unguentum viride ſm cirurgiā ibidē.℞.celidonie:leuiſtici:herbe centrigalli lilifagi ideſt ſaluie ana.m.ſ.mirre.℥.iiij.cere terbentine an̄.li.i.pinguedinis anatis lib.iiij.olei cōis lib.vij.aloes.℥.v.fiat vnguentum.

¶Iſtud vnguentum apud nos non eſt in vſu.tamen ſȝ intentionem compoſitoris eſt quoddam vnguentum viride quo vtuntur cirurgi.

¶Cetrūgalli.i.galli criſta:⁊ ē quā gallitricū vocamus:reperit ex eo domeſticū ⁊ ſilueſtre.de quo vide ſupra.

Unguentum de ceruſa ſm Guiliel.lombardum ſeu placētinuȝ in antidotario.℞.ceruſe.ʒ.v.litargirij.ʒ.ij.ſcorie argēti aur.i.dragāti.ʒ.i.terantur ⁊ cribellētur ⁊ ſumat cere albe.℥.i.liquefiat cum .ʒ.iij.olei roſati:⁊ ꝓijciantur:⁊ īcorporētur medicine in mortario.remouet eniȝ excoriationē ⁊ aduſtionē ignis.

¶Iſtud vnguētuȝ ē multuȝ i vſu:ſed hodierni apothecarij nō faciunt ipm̄ ſm iſtā deſcriptionē:illa v̇o deſcriptio qua gn̄aliter vtuntur ꝓ vnguēto de ceruſa cocto:fit ſoluȝ ex ceruſe ⁊ olei roſati:an̄.ptibus eq̄libꝰ:⁊ ābo buliant ad ignem lenē:⁊ fiat ex eo paſta i magdaleonibus:⁊ vſui reſeruet:q̄dā addunt in ipſo paruȝ litargirij:ſȝ raro Leonardꝰ de p̄da palea in ca.de medicinis cōſolidatiuis ponit cerotū ſiue vnguētuȝ duꝝ de ceruſa coctuȝ cuȝ ſepo caſtrati.iſtud ē veꝝ vng.de cereſa coctuȝ adminnatur ſepuȝ i reliq̄s ē idē cuȝ deſcriptiōe q̄ oibꝰ cōiter eſt in vſu:⁊ hoc ſatis ē notū:reperit alia deſcriptio que dr̄ a multis vnguētuȝ de ceruſa cruduȝ:⁊ a multis dī vnguētuȝ albuȝ:⁊ ab aliq̄bꝰ dī vnguētuȝ de biacha cruduȝ.et ambe deſcriptiōes ſunt in vſu:ſed hec deſcriptio īfra apparebit ꝓ vnguento albo:quod idem eſt.

¶Ceruſa.i.biacha:⁊ ē erugo plumbi apꝺ Auic.i ſcđo can̄.ē cinis plumbi:aut alannocb:qꝺ idē ē.Scđm circa iſtās ceruſa ē flos plumbi ſiue gerſa.gerſa āt fit ex ſucco ſerpentarie ſicut dictuȝ fuit i vnguēto martiatonis.

Unguentum pro capite pueroꝝ contra groſſam et cruſtoſam ſcabiem ſm Rainaldum de villanoua in lib.ſcđo.i ca.de ſcabie ſeu pruritu.℞.butiri recentis terbētine aſſungie galline recētis olei violati.an̄.℥.i.cere.q.ſ.⁊ fiat vng.quo vngat caput ter in die:⁊ pꝰ ſuppōat foliū ſicle.i.blete aut braſice.i.caulis.

¶ Iſtud vnguētū ē ī vſu: ſed non valde: ſed vere a me
fuit probatū contra cruſtam ⁊ ſcabiem pueroꝝ mira-
biliter valere vtendo ipſo: vt docet compoſitor.

Unguentum de cicuta ſm Nicho. floren. in libro
quīto. i cap. de duritie ſplenis. ℞. de
tota herba cicute. oñ. vi. armoniaci dimittātur nouē die
bus in aceto. nono die buliant ad ignē donec armonia-
cum bene diſſoluatur. poſtea colentur per pannum for-
tem: ⁊ illa liquoſitas iterum buliat: ⁊ addito oleo ⁊ ce
ra fiat vnguentum: eſt. n. potiſſimum cōtra oēs durities.
¶ Iſtud vnguentū apud nos nō ē ī vſu. magiſter. Pe.
argillata in cap. de duritie ſplenis hʒ vnū qd̄ idem eſt.
¶ Cicuta v̄o aut ſucharū ē herba ſatis nota: apud Dia.
vocatur contos: haſtas habet nodoſas ſicut maratrum
folia ſimilia ferule: ſed anguſta apud Auicē. in ſecundo
canonis vocatur ſucharam: ⁊ inquit ſic. inquit Diaſco.
crus huius plante eſt ſicut crus ferule: ⁊ folia eius ſunt ſi
cut folia cucumeris. Hic textus Auicen. ē corrupt⁹: quia
debet dicere haſtas hʒ nodoſas ſicut maratrū. folia ſilia
ferule. ſicut dicit Diaſ. Liber qui dicitur bulchaſim in
tractatu ſcd̄o inqt: forma extrahendi ſuccū ex ſucharā. i.
inſqamo. qd̄ falſū ē. nā Serap. in cap. d̄ cicuta ait. ſucha
rā ſic nominatur apud medicos: ſed arabes nominant
eā ſcicharā vel zucharā: ⁊ ſic eſt ꝙ zucharā vel ſucharā
ē cicuta. Idem Serap. in fine eius capl̄i inqt. ⁊ qñ pōit
cicuta ſup teſticulos pueroꝝ nō dimittit creſcere eos: me
lio: ãt ex hac planta ē illa q̄ naſcit̄ in creta ⁊ in chio. ⁊ in
attica: ēt apud nos ī multis locis hec reꝑitur. vñ ſi frica-
neris folia ipſius recentia grauem odorem referūt ⁊c.
¶ Armoniacū lacrimū ſeu gumin eſt ſatis notū. Nicho
lus: ⁊ magiſter Petrus argillata non ponūt doſim ar-
moniaci: ſed ſi ipſuʒ facere volueris. adde. ʒ. iiij. armo-
niaci: ⁊ confice: vt ipſe Nicholus docet.

Unguentum de ranis vltimū in libro ſeptimo ī ca
pi. de curatione doloꝝ iuncturaꝝ
per medicinas conferentes a ꝓprietate. ℞. ranaꝝ fluuia
lium euiſceratarū ⁊ excorticarū qd̄ volueris. ⁊ laua eas
nouies in aqua dulci ⁊ olla lapidea in ſolo ſufficienti co
quātur vſqʒ ad cōſumptionē vel diſſolutionē carniū eaꝝ
poſtea colentur ꝑ pānū raꝝ fortiter manib⁹ exprimendo
carnes earum: hoc. n. oleum pedibus vnctum: ⁊ iūctu-
ris optime: confert etiam locis cancroſis inunctum.
¶ Iſtud vnguentum apud noſtros doctores eſt in vſu:
tñ non valde: ſed vtuntur magis medici Mediolanen-
ſis: q: ī ipſo īuenīūt mirabilē experientiā in illa mā: verū
eſt ꝙ hec deſcriptio non ē illa que ī vſu eſt. nā Nichol⁹
dicit ꝙ ē vnguētū de ranis: īfra v̄o dicit. hoc. n. oleū pe-
dibus iunctū: ⁊ iūcturis optime confert. ergo deſcriptio
Nicholi reducit̄ ad modū olei: vel ad modū apozima-
tis: ſed melius ē fieri vnguētū de ranis. ſm ītētionē Pe-
tri de tuſſignana poſitam apud eum in capi. de podagra
ſciatica ⁊ arthetica. quorum hec ē deſcriptio. ℞. ſepi ra
naruʒ. oñ. i. ꝭ. butiri agrippe. ſ. vnguenti de agrippa añ.
oñ. i. olei camomille. olei aneti coſtini ana. oñ. ij. olei ro
ſati. oñ. iiij. vitrioli. oñ. ij. cere albe. oñ. i. reſine. oñ. ij. et
miſce. fiat vnguētū: ⁊ vngat̄ locus: hec v̄o deſcriptio a
Modernis doctorib⁹ ꝓ vnguēto magis laudata ē q̄ȝ illa
Nicholi. verum īfra apparebit vna alia deſcriptio que ē
magiſtralis: ⁊ hec ē illa q̄ oibus vſitatur: de qua infra.
¶ Rana ſm quoſdam eſt de genere piſcium que ſatis
note ſunt omnibus. Ipſe Nicholus ī lib. quarto ī ca. de
ſpeciebus ſerpentum facit ca. de ranis ⁊ buffonibus ⁊ i-
quit buffo. eſt de ſpeciebus ranarum: ⁊ rana magna a q-
buſdā dicta botrax: ⁊ eſt turpis aſpect⁹ ventrem hñt latū
⁊ groſſū: ⁊ cutē duriſſimā difficiliter penetrabilē: ⁊ color
ei⁹ declinat ad citrinitatē obſcuraʒ: ⁊ oculi eius ſunt val
de lucentes ⁊c. idē in ca. de aīalib⁹ aq̄ticis venenoſis in-
quit: ⁊ ex eis eſt rana quedā rubea maligna inuadens
animalia pertrāſeūtia vt mordeat ea: ⁊ ſi nō poſſit mor-
dere īſufflat ad ipa ſicut buffo īſufflatiōe nociua: ſine du-
bio ſpēs ranaꝝ ſunt multe. ſed nō vtimur niſi quadā ſpe-
cie earum que morātur in paludibus: que note ſunt.

Unguentum diuinū optimū ſm eundē in eodē li-
bro in capitulo de medicina genera-
tiua carnis. ℞. pimpinelle: verbene: betonice añ. m. i. te-
rātur ⁊ buliāt i vino optio albo vſqʒ ad cōſūptionem q̄rte
ꝑtis vini. deīde colet̄: ⁊ poſt colationē ſumat̄ tota ſuba
dictaꝝ herbaꝝ: ⁊ ponat̄ ī ſaculo de pāno lineo: ⁊ fortiter
ſtrigēdo ꝑmat̄ ē torculari vl̄ baculis ſupra aliqd̄ vas do
nec tota ſuba herbaꝝ cadat in eo. deinde recipe de tota
ſuba herbaꝝ ⁊ terbētine ana. oñ. vi. cere virginis. oñ. iiij
⁊ pone in vaſe terreo nouo ad ignē donec diſſoluant̄: et
miſceant̄: cū dcā ſuba herbaꝝ: deinde ſupmittat̄ maſti-
cis. ʒ. i. ⁊ lactis mulieris. ʒ. ij. ⁊ bulliāt oīa ſufficiēter do
nec ſit coctum qd̄ cognoſcit̄ qñ modicū ex eo ꝓiectū ī aq̄
frigida adheret digito tangentis.
¶ Iſtud vnguētū apud nos ē ī vſu: ſed nō valde. ſʒ quā-
uis nō ſūt valde in vſu apud nos: forſan eo in alijs locis
magis vtūtur. Leonar. de ꝑda palea ī tractatu d̄ neruis
in cap. de vulneribus ponit vnguētū diuinū a deo datū:
⁊ ē magiſtrale: ibi hʒ vnā deſcriptionē: ſed nō eſt idem.
¶ Uerbena ſeu berbena ē herba q̄ apud Dia. gerebota
nū vocat̄: qdā vocāt ipaʒ ſacraʒ herbā q̄ ſaginē. i. ſancti
men antiq̄t⁹ dicebat̄. eo ꝙ pagani ī ſacrificijs ⁊ oib⁹ ex-
piationib⁹ ca. vtebāt̄. hec ãt herba ide nomen accepit ꝙ
ſacerdotes eā purificationibus adhibere conſueuerūt. in
paſſionario habet̄ ꝙ ſi medic⁹ viſitando īfirmū ipam in
manu portauerit egroto īſciēte: ⁊ dicet egroto q̄liter ha
bes: ſi eger dicet bñ ſanabit̄: ⁊ ſi dicet male moriet̄: hec
apud nos ī ciuitatib⁹ naſcit̄. hāc qdā ruſtici herbā ſancti
Joannis vocant: ſed non recte. Papias berbena herba
ſaginē dr̄ dicta quaſi pura: hec ⁊ gerebotane dr̄ grece.

Unguentum de lilio ſiue de radice lilij in eodeʒ li-
bro in cap. de ſudationibus. ℞. radi-
cis lilij in aqua decocte: ⁊ optime trite. oñ. i. incorporen
tur cū. oñ. axungie recētis liquefacte: ⁊ colla ⁊ cū. oñ. i.
aque roſate: deinde ſuperaddātur ceruſe puluerizate. ʒ.
ij. pulueris maſticis olibani ana. ʒ. ꝭ. cāphore. ʒ. i. ⁊ opti
me incorporentur ⁊ vſui reſeruetur:
¶ Iſtud vng. nō ē ī vſu: maxime apud nos. Liliū plāta
ē cui⁹ ſpēs ſūt multe: de q̄ Serap. in ſuo cap. loquitur.

Unguentum albū in eodem libro in capitulo d̄ cō
buſtione ignis vel rei ardētis aq̄ fer-
uentis vel olei ⁊ ſimilium. ℞. olei roſati. ʒ. iiij. cere albe
ʒ. ij. ceruſe. q. ſ. ad incorporandum ⁊ inſpiſſandum: ⁊ in
fine addantur duo albumina oui.
¶ Iſtud vnguētū ē multū in vſu: verū ē ꝙ ſunt ex hoib⁹
q vtunt̄ ipſo ſub illo noīe: quidā vtūtur ſub noīe vnguēti
de biacha crudi. aut de ceruſa crudi ad dr̄iam cocti: ꝙ
ſuperi⁹ ſcripſi. Raſis in lib. de diuiſionib⁹ ī ca. d̄ aduſtio-
ne inqt cōfert aduſtioni ignis. vnguētū d̄ calce: ⁊ vnguē
tū d̄ ceruſa: ⁊ magis vtimū: qd̄ exꝑti ſum⁹. ad hoc ē vn
guētū albū: ⁊ cū ē res magna pluria indiget flebotomia
ex latere diuerſo aut oppoſito. deīde curet̄ cū vnguēto al
bo volo ꝙ ītelligat̄ ꝑ vnguētū albū: qd̄ ē factū d̄ ceruſa.
oleo roſato: ⁊ cera: ⁊ nō de plurib⁹. idē hodierni faciūt.

Unguentum de cātaridib⁹ ī eodē lib. in cap. de ſa-
phati tinea ⁊ alijs puſtulis capitis.
℞. cātaridaꝝ purgatarū puluerizatarū. oñ. ij. ſulphuris
oñ. ꝭ. corticū nucis. ſ. nucis cōis victe carea baſilica ſeu
regalis. oñ. ij. ſinapis: mirre ana. ʒ. i. mellis ⁊ aceti quā-
tū ſufficit: ⁊ fiat: ⁊ teneat̄ ſup locuʒ ꝑ vnū dieꝫ: poſtea eo
amoto ſupponantur folia ſicle. i. blete vel caulium.
¶ Iſtud vnguētū nō ē ī vſu apud nos Giliber. de āglia
ī cap. de paraleſi hʒ idē: ſed non ē oīno ſilē. Hoc vnguē-
tuʒ ſʒ ītētionē Dini florentini. ē vnguētū albariel: hanc
ītentionē hñt hodierni cirugici: ⁊ ei⁹ deſcriptionē deſcri
bit Meſue in ſuo antidotario: de quo vide ſupra.
¶ Cātarides ſm Nicolaum ſunt muſce virides: quarū
ortus eſt in frumētis ac alijs locis ſʒ ītētionē cōpoſito-
ris debent eſſe purgate. vʒ a malitia ſua. Diaſco. īqt can
tarides v̄tutē hñt putrefactiuam: ſūt ãt bone ad repoſitio
nem in triticea ſegete colligūtur: q̄ miſſe in vaſe fictili: et
deſup ligato pāno īponuntur ſupra calabū vbi acetū bu-
liat: vt vapore aceti bulientis eedē incluſe necentur: que
poſtea lino inferunt̄ vel in vaſe non picato. i. vitreato re
ponunt̄. meliores ãt ſunt varie groſſe ⁊ longiores: q̄ ſup
teſtā poſite cōbuſte v̄tutē hñt ſtipticā. Liber q dicit̄ bul-
chaſiʒ. i. ſeruitor in tractatu tertio docet formā colligēdi
cātarides: ⁊ reponendi eas: ſed eius forma non eſt vt do
cet Diaſ. ipſe vero loco aceti ponit oleū vetus. Moder-
ni vero ponunt acetum ⁊ non oleum.

Unguentum de plumbo ſm Leonardum de ꝑda
palea. Paduanenſem in cap. de heri
ſipilla. ℞. plumbi vſti cum ſulphure ſm ſeruitorē. oñ. ij.
litargirij. oñ. ij. ceruſe: ātimonij. añ. oñ. i. olei roſati quā-
tum ſufficit: fiat vnguentum molle.
¶ Iſtud vnguētū ē in vſu: maxīe ſm iſtā deſcriptionem.
Idē ī cap. de cura cācri hʒ idē: idē ī cap. de vlcerib⁹ ābu
latiuis hʒ idē. Sʒ vterqʒ ab iſto differt. Plūbū v̄o apd̄
Auic. vocat̄ alaunoch: ⁊ alhabar. vſtum v̄o cuʒ ſulphu
re ſm ſeruitorem ſuperius in quadam hec oſtendi.

Unguentum de litargirio ſm eū ī cap. de pruna ⁊
igne ꝑſico. ℞. pulueris litargirij. oñ.
ij. ceruſe. i. biache. oñ. ꝭ. olei ro. ⁊ aceti. ana q̄ȝtū ſufficit:
fiat vnguentum in catia decoctum ad ignem: ſed meli⁹
adhuc eſt vt fiat in mortario ſine decoctione.
¶ Iſtud vnguētū ē ī vſu maxīe ſm iſtā deſcriptionem.
Pet. argillata in primo cap. de flegmone hʒ idē: ⁊ ē ſilē
niſi ꝙ deficit acetū. Raſis in ſeptimo Almāſoris in cap.
de his q̄ vlceris ꝯſolidāt: ⁊ in vlcerib⁹ multā hñtib⁹ hu-
moroſitatem carnē generāt: ⁊ ipoꝝ remouēt humoroſi-
tatem: hēt idē: ſed non eſt in vſu: idē hʒ Gul. placētin⁹.
¶ Litargiriū ſm Dia. ē ſcoria argēti: idē ē ſm Pli. ei⁹
vero ſpēs ſūt multe: q: q̄dā ſpēs ei⁹ ē q̄ fit ex plūbo: ⁊ que
dā fit ex argēto: ⁊ q̄dā fit ex auro: ⁊ q̄dā ex eis ē nigri co-
loris: ⁊ q̄dā aurei: q̄ qdē melior ē ceteris: nā vnguenta q̄
fiunt ex tali litargirio declinant ad albedinem ⁊ ſunt no
biliſſime bonitatis: ſed ſi litargiriū fuerit nigrū aut hñs ī
ſe aliquid plumbi erit vnguentum quod fiet ex eo nigrū
⁊ turpe: hoc ē ſatis notū.

Unguentum diabution ibidem. ℞. miniū ⁊ indi-
cū ⁊ terrā nigrā: de q̄b⁹ trib⁹ pingunt
pictore. ana. oñ. ꝭ. olei. oñ. iij. ſalis cōis bene piſtati. ʒ. ij.
pone hec omnia ad ignem in catia lento igne ſemꝑ ſpa
tula agitando ⁊ decoquant̄ donec ad formaʒ: quamuis
vt reducatur: ⁊ maxime ad formam ceroti.
¶ Iſtud vnguentuʒ diabution nō ē in vſu. Auic. ī li. 4.
in fen. ij. in cap. de curatione prune ⁊ ignis ꝑſici: in fine
capi. inquit. cū ergo qeſcit īflāmatio: ⁊ remanent vlcera
curent̄ cū eis q̄ ſūt ſicut empl̄a de merdaſengi: ideſt de
litargirio ⁊ emplaſtra diabuticiaron. Auic. ibi nō ponit
deſcriptionem ſed ſolum de ipſo loquitur: ⁊ ſi facere ipʒ
volueris deſcriptionem habebis.
¶ Miniū ē res rubea q̄ pictores vtūtur. Galie. in li. ad
parthenianū inqt: armenianū vel miniū optimū dicim⁹
qd̄ ē leue equale ceruleuʒ frāgibile ſine lapidibus vires
hʒ eriſocolle: hoc apud Diaſ. vocat̄ armeniuʒ. nam ibi
Diaſ. dicit idē qd̄ dixit Gal. ſʒ Simon ñ cognouit ipʒ.
¶ Endicū ſiue idicū ē q̄dā res q̄ vtunt̄ pictores ad pin-
gendū colorē turchinū: ⁊ ei⁹ color tēdit q̄ſi ad celeſtē. Pi
ctores de ipſo hñt cognitionē: q: eo vtūtur: ⁊ hoc notuʒ ē
⁊ fit de flore cuiuſdā herbe quo arabice dr̄ nil. quo pāni
tingūtur. Macer vocat ipʒ oſatiʒ: vñ v̄ſus. Oſatis a gre-
cis ē vulgo guaido vocatus. Nō modicū queſtū ꝑbens
tinctoribus herba. Moderni exiſtimāt ipm ee veꝝ gual
dum ſeu telaſſam: ⁊ eſt herba cuʒ aqua tingit̄ blaueuʒ.

Unguentum mirabile de cācris fluuiabus. ſʒ eun
dem in cap. de cura cancri. ℞. de ci-
nerib⁹ cācroꝝ fluuialiū recētiū: ⁊ de climia auri: ⁊ d̄ aq̄

ſolatri qd̄ ſufficit fiat vnguētū ꝑ optime ducēdo ī morta-
rio de plumbo cuʒ piſtello aut ſup tabulaʒ plumbeam.
¶ Iſtd̄ vnguētū non ē in vſu. Cancri maxime fluuiales
noti ſunt. Liber q dr̄ bulcaſiʒ. i. ſeruitor ī tractatu tertio:
ponit formā cōburēdi ſartas. i. cācros: ⁊ ait: accipe can-
cros fluuiales viuos qñ ſol fuerit in ſigno arietis. xiij. de
menſis ītelligo lunaris: ⁊ pone in furno panis quouſqʒ
cōburant̄: ⁊ non conuertantur in cinerem.
¶ Climia auri. ſm Auic. melior ē illa q̄ aurea ē vt cinci-
nus glatiei cineritij coloris recens: ⁊ laminoſa groſſior.
Guliel. lombar. inqt climia auri ē ſupfluitas q̄ adheret
parietibus vaſi in quo purificatur argentum: vltimo fit
climia ex ere: ⁊ marcheſita ē ſicut climia auri.

Unguentum de dragātibus ſm eundeʒ in cap. de
medicinis faciētibus naſci carnē. ℞.
dragāti. oñ. ꝭ. ⁊ ponat̄ ad mollificādū ī aqua calida ad
tantā quātitatē vt reduci poſſit ad formā colle: nā iſtd̄ vn
guentum eſt valde conglutinatiuum: ⁊ ſi vis potes adde
re de ſanguine draconis: ⁊ ſarcocolle ana parum.
¶ Iſtud vnguētū non eſt in vſu. ſm intentionem lumi-
nis maleluccētis. hoc vnguentū nō reperit̄ ab auctorib⁹.
¶ Dragantū gūma ē q̄ apud Diaſco. vocatur dragātū.
ſed apud Serap. dragagātuʒ. Pli. ait dragagātū ē ſpi-
ne albe radice multum plātata apud medos ⁊ caucaſuʒ
naſcitur. eligendum eſt dragantum album ⁊ limpidum
⁊ lucidum ⁊ dulce ⁊ leue. hoc ſatis eſt notum.

Unguentum incarnatū ſm eūdē: ex auctoritate Eſ
culapij primi medici bonum in cap.
de incarnatiuis in generali. ℞ herbe dicte litij: q̄ herba
ē añ ꝓprietatis ꝙ cecatia pullis arūdines tangūt oculos
cū dictis folijs: ⁊ faciūt cū dcā herba reuidē. ⁊ dicta her
ba reducat̄ ad formaʒ pulueris: ⁊ reſine pini. añ. oñ. ij.
olei ⁊ cere quātū ſufficit. ⁊ fiat vnguētū: qm̄ ē mirabile.
¶ Iſtud vnguētū non ē ī vſu. ſed ſm ītētioneʒ Leonar. ē
ex auc. Eſculapij primi medici: qd̄ vʒ mirabil̄r ī illa ma
teria: ⁊ ē certū ꝙ Eſculapius ꝑmus medic⁹ fuit inuentor
medicine vt exiſtimāt hodierni: Iſido. īquit medicine ãt
artis auctor ac reꝑtor apd̄ grecoſ ꝑhibet̄ apollo. hāc fili⁹
ei⁹ Eſculapi⁹ laude ⁊ oꝑe āpliauit: ſʒ poſtq̄ȝ fulmis ictu
Eſculapi⁹ īterijt: īterdicta fert̄ medēdi cura: ⁊ ars ſil̄ cū
auctore deficit. Latuitqʒ ꝑ annos pene qngētos vſqʒ ad
tp̄s artaxerxis regis perſarū: tunc eam reuocauit ad lucē
Hyppocrates Aſclepio patre genitus in inſula choo.
¶ Litiū apud Moder. fit ex ſucco fruct⁹ arboris q̄ dar-
ſiſabā dr̄. qdā hāc vocāt bugiā ſicut Matth. ſil. in lr̄a. p.
q ait: puluis bugie. i. puluis de radice arboris berberis
ipſe Leonar. in cap. de vindemia inqt. Litiū ē ſucc⁹ fru-
ctus cornaſtrelli: de ipſo v̄o vide ſupra ī deſcriptiōe pil
lularum lucis minorū vbi melius fuit oſtenſum.

Unguentum de floribus ſalicis: ſm eūdē. ī cap. de
incarnatiuis in generali. ℞. florū ſa-
licis vel ſucci foliorū ipſi⁹. oñ. ij. lachrimi vel terbentine
loco eius. oñ. ij. aſpalti: vernicis humide ana. oñ. i. colo-
fonie. i. picis grece. ʒ. ij. olei ⁊ cere. q. s. ⁊ fiat vng.
¶ Iſtud vnguētū nō ē ī vſu. Salix ãt ē arbor q̄ ī aquoſis
locis ſemꝑ naſcit̄ vt ē notū oib⁹ Serap. ī cap. d̄ ſalice di
cit ꝙ flos ⁊ roſa ipius adminiſtrantur ab oibus medicis
ī vnguētis deſiccatiuis. Iſido. ait: ſalix dicta ꝙ celeriter
ſaliat hoc ē velociter creſcat: arbor lēta vitib⁹ habilis vin
ciēdis Auic. ī ſcd̄o cañ. tria de ipo facit cap. vnū ſub no-
mine ata: ⁊ ibi dicit ꝙ ē algarab dicta ī ca. de gami aliō
cap. facit de garab qd̄ ē ſalix vel ſpēs ei⁹: ⁊ aliō ſub noīe
ſalicis. hec apud grecos ita vocat̄. Circa iſtans ait. ſalix
cortex ⁊ flores ⁊ folia vſui medicine cōpetūt. Petr⁹ de
creſcētijs dicit ſalix ē arbor nota ſic dicta eo q: ei⁹ plāta ī
altū ſalix ē arbor nota ſic eo q: ei⁹ plāta in altū ſalit. Pli.
ſalicis fructus ante maturitatem in arenam abit.
¶ Lachrymū. i. lachrymū arboris balſami. nā ipe Leo
nar. ī ca. d̄ fiſtulis ait: olei vitij ſeu lachrymū: qd̄ idē ē vl̄
terbētine loco lachrymi ſine dubio ſm ītētionē compo-

ꝛoꝛis lachꝛymum eſt opobalſamum: q; ipſe dicit ꝙ loco
eius ponitur terbentina vt faciunt multi alij.

Unguentum de pulegio ibidē ℞. ſucci pulegij mō/
tani: ſucci calamētī: ſucci cētauree vel
pul. iſtoꝝ ana. ʒ. i. olei mirtini: ⁊ cere. q. ſ. ⁊ fiat.

¶ Iſtud vng. ñ ē i vſu. Pulegiū herba ē ſatis nota ma
xime pulegiū cōe. i. pulegiū regale. Iſido. īqt. pulegiū
apud idos pipere precioſius ē. Circa inſtās ait: pulegiū
in tpe floꝝ colligit. ꝑ ānū ſeruat. folia cū floꝛibꝰ abiectis
ſtipitibus in medicina ponūtur. gliconiū ēt eſt pulegiū.

Unguentum de cētaurea: ſꝫ eūdē i ca. de medici/
nis ꝯſolidatiuis. ℞. cētauree minoꝛis.
oñ. i. ariſto. lon. ℥. v. vene tinctoꝝ. i. rubee tintoꝝ ⁊ lacce
añ. ʒ. ij. terbentine. ℥. i. olei maſticis. i. cere. q. ſ. fiat vng.

¶ Iſtud vnguētū nō ē i vſu. Cētaurea vero herba ē nota
Jo. angelicus in caꝑ. de fluxu vētris ponit verſus de cē/
taurea ꝙ ipſa optime valet ī emoꝛroidibus.

¶ Cētaurea iuuat neruos pectuſq;: ſꝫ. i. ſcōinā. Eiicit et
vulnus ſolidat viſuꝫ melioꝛat. Inciſas carnes radix cō/
trita reducit. Tuſſibus atq; ſcit valet ⁊ muliebꝛia ducit.
Si deſiccet ⁊ poſt bñ puluerizet. Stringit emoꝛroidas
oleo ſi ꝯmiſceat. Pli. īqt cētaurea hac dī curatus Kirō
cū herculis exceptꝰ hoſpitio ꝑtrāti arma ſagitta ei excidiſ
ſet i pedē: q̄re aliq chiromō appellāt. alia ē cētaurea ma
ioꝛ: ſꝫ iſta ñ ē nota: nec fuit nota tpe macri. nā macer īqt:
ſūt cētauree ſpēs maioꝛq; minoꝛq; vt ſupꝛadictis dixit de
ꝑlibus herbis: ſꝫ q; ꝑ paucas ſpēs ē cognita maioꝛ hanc
ꝑtermittēs vires narrabo minoꝛis: quā notā coctis cre/
do vulgaribꝰ ipſis: apud nos in locis aquoſis naſcitur.

Unguentum citrinū ibidē. ℞. terbētine. oñ. ij. ceru
ſe. ʒ. i. olei mirtini. oñ. ij. argē. viui cū
ſaliua extīcti. ʒ. ſ. cere. q. ſ. ⁊ fiat vnguētū i moꝛtario ſine
igne ꝑꝑ argētū viuū ne ſaliat.

¶ Iſtō vnguētū ē i vſu: ſꝫ ſūt ex hoibꝰ q ꝯponūt ꝑ aliū
modū: dī āt citrinū: q; eiꝰ coloꝛ efficit citrinꝰ gul. lōbar.
hēt idem ſꝫ non ē i vſu: inenit aliō vnguētū dēꝫ citrinū:
q; coqt i pomo citrino: ſꝫ ħ ñ hꝫ coloꝛē citri. imo eiꝰ coloꝛ
tēdit ad albedinē: cuiꝰ vnguēti dſcriptio ſupiꝰ oñſa fuit: in
fra apparebit vna alia deſcriptio q̄ gñalr̄ vſui venit ⁊c.

Unguentum de hedera ſꝫ eū i. ca. ō ꝯbuſtōe ignis
vl̄ aq̄ vl̄ olei. ℞. granoꝝ ⁊ folioꝝ he/
dere ⁊ piſtent ꝑ optie ⁊ extrahat ſuccꝰ olei cōis añ. ꝑtes
eq̄les: cere albe. q. ſ. oia iſiml̄ decoq̄nt vſq; ad ꝯſūptōeꝫ
ſucci ⁊ poſtea ꝓijciat ſup̄ acetū albū ⁊ malaxet illō vng.

¶ Iſtud vnguētū ñ ē i vſu Hedera apō Auic. i ſcōo cañ.
vocat cuſſus: ⁊ ſūt eiꝰ ſpēs tres. ſ. nigra alba ⁊ ru. ⁊ oēs
ſūt acres ſtiptice: ⁊ vna qdē ſpēꝝ eiꝰ ē qddā qō noiat lau
danū: ⁊ cuſſus qdē i radice ē laudanū aūt aliō. ābo. n. ſt
ꝓpiq̄rū deſcriptionū. Serap. ō hedera logt i ca. de vo/
lubili i fine eiuſdē capituli īqt. edē. i. laudanū colligit ex
vna ſpē cuſſuſ ⁊ noiat laudanū. apō Dia. hedera vocat
ciſſos: ⁊ dicit ꝙ multe ſūt ſpēs: ſed tria ſūt gña. ſ. alba ni
gra ⁊ elix. Hec ab Auic. dī rubea. alba vō ſemē affert al
bū nigrū aut croceū: quā multi dioniſiā vocāt: elix vō ñ
hꝫ ſemē: ibi a Dia. cōfūdit ſmo de hedera volubili ipo
qſtidos ⁊ laudano ex quo videt textꝰ falſus: volubili nā
ipoqſtidos ñ ē hedera: nec ē ſpēs eiꝰ. vide Serap. ō ipoq
ſtidos ſeparatū cap. facit: ⁊ illō qō dicit Dia. i caꝑ. ō ciſ
ſos. idē dicit Serap. ex auctoꝛitate ipiꝰ i ca. ō ipoqſtidos
⁊ ſic ſi bñ ꝯſideret videbis ꝙ ille textus Dia. ē coꝛruptꝰ
Gal. i ſeptio ſimpliciū īqt. ciſſus vl̄ laudanū infra ait. ciſ/
ſus vel hedera. Idē i lib. ad ꝑtemanū īqt. Hedera na/
ſcit i diuerſis arboꝛibꝰ parietibus vl̄ petris vel in terra.
Iſidoꝛꝰ hedera dicta qō arboꝛibꝰ reptādo adhereat. dr̄
ēt hedera: quia libēter a capꝛis editur: vel dī hedera eo
ꝙ hedis lactis abundantiam in eſcam teneris pꝛebeat.

Unguentum de vitro ſm eūdē i ca. de eradicatōe
veſtigioꝝ. ℞. vnū colū angieſtare vi
tri albi: ⁊ accendat in igne ⁊ tinguat nouies in ſucco li/
monū: ⁊ hoc facto vitrū ſubtiliſſime tere: ⁊ loco ipiꝰ va/
let ſpuma vitri. ⁊ eſt melius ſi hēri pōt. ſi āt nō pōt acci/
pite ſupꝛadictum vitrū. ℥. ij. pulueris ſandaloꝝ alboꝛū ⁊
pul. criſtalli. añ. ʒ. i. ⁊ diu oia ſuꝑ poꝛfidū. i. lapidē q̄daꝫ
ſic vocatū bene ducātur cū aqua limonū: donec tu ſcias
vnguētū extēdibile ſuper locum qñ volueris extēdere.

¶ Iſtud vnguentum non eſt in vſu. Colum vnuꝫ angie
ſtare dī vulgari nomine: ſed latinis dicitur infula. ⁊ hic
eſt ſermo venetoꝝ ⁊ aſtantium regionum.

¶ Uitrum maxie albū ē laudabile: ſꝫ Auic. vitrūꝫ ē iter
lapides ſicut ſtultꝰ iter hoies: ſpēs āt vitri ſunt multe: nā
eſt vitrū albū: rubeū citrinū: viride: ⁊ azurinū: ſed nobi/
lioꝛ cunctis, eſt illud quod coloꝛem habet album.

Unguentum de ſandaracha. mirabile: ſm eūdē i
cap. de cura vulnerū. ℞. cere albe. ℥.
iij. terbentine lote. ℥. viij. maſticis. ℥. i. ſ. ſandarache ſar
cocolle: thuris. añ. ʒ. vij. miſce ⁊ fiat vnguentū malaxan
do in foꝛti aceto: vel in bono vino mōtano albo. ⁊ hēas
ipſum pꝛo ſecreto quia bonam operationem facit in oi/
bus membꝛis carniformibus neruoſis.

¶ Iſtud vng. ñ ē i vſu. ſꝫ Leonar. hūit ipm pꝛo ſecreto.

¶ Sādaracha ſꝫ Dia. i eiſdē locis naſcit i qbus auruꝫ
pigmētū eligenda quoq; ē q̄ coloꝛe ē ruffa valde ⁊ facile
terribilis mūda coloꝛē cinabꝛij hñs: hāc multi greci cre
diderūt eē aurūpigmētū: rubeū: ſed nō recte. nā apō ara
bes ſandaracha ē vernix: ⁊ idē apud moder. Itē Sera.
i ca. de vnice ait. ſandarax. i. vernix. Itē Jo. angli. i caꝑ.
de reuinate ait vernix q̄ vocat ſandaracha penultia ġū
ꝓducta: q; ipa breuiata vl̄ coꝛrepta tūc ē idē qō auripig/
mētū: vñ vſus ē ſādaracha vernix medicoꝝ ñ tictoꝝ. Sā
daracha. ſ. auripigmētū rubeū vel citrinū: q; coloꝛ citri/
nꝰ aliqñ vocat rubeꝰ apō grecos: ſꝫ ñ recte vt dictū fuit.

Unguentum de vulpe: ſꝫ eūdē i ca. vt ſupꝛa vꝫ in
cap. de cura vulnerū. ℞. olei iuniꝑi.
terbētine ſublimate añ. ℥. vi. aſungie poꝛci. ℥. ij. piretri:
gētiane: piꝑis lō. bacaꝝ lauri ariſtologie. ſ. rotūde: caſto
rei: mirre: ſalis añ. ʒ. ij. adipis vꝛſi: adipis gatti: adipis
taſſi: mellis crudi: cere rubee añ. ʒ. ij. armoniaci: aſſe fe/
tide. galbani ſerapini: olei petrolei añ. ʒ. i. euſoꝛbij nigel
le: ſinapis: laudani: maſticis: olei. ſ. cōis añ. ℥. i. ſ. omnia
ſuo mō terātur ⁊ ponāt i vulpe ad ignē ⁊ coquantur bñ
donec vulpes bñ cōſumpta ſit cum oibus ſupꝛadictis re
bus ⁊ fac vng. ſm artē ex ingenio mirabile.

¶ Iſtud vnguētū apō apothecarios Moder. Papien
ſes nō ē i vſu: ſꝫ mediolanēſes vtūtur ipo magiſter Pe.
argillata i ca. de podagra ſiue gutta frigida pōit vng. de
vulpe ipiꝰ Meſue. ℞. vulpē itegrā iterioꝛibꝰ euuiſis et
pone i vaſe cū aq̄ calida vino ⁊ oleo: ⁊ vltra hoc pone i
iſto vaſe ſaluiā roꝛē marinū iuniperū anetū oꝛiganum ⁊
maioꝛanā. oia iſta bulliāt vſq; ad vini ꝯſūptionē ⁊ aq̄ ⁊
tātū ꝙ caro vulpis ab oſſe ſeparet: ⁊ poſtea i cocleari ex
ꝓmat ⁊ colet: ⁊ ex iſta colatura fiat vnguētū. hec deſcri/
ptio magrī Pet. vr̄ eē oleum vulpinū q̄ ē de mēte Me
ſue. ſꝫ apud nos aliud ē vnguētū de vulpe aliō ē oleum
vulpinum: verū qdā ſapiētes dixerūt ꝙ ſi addat in illa
collatura cere quātitas cōueniēs pōt dici vng. ō vulpe.

¶ Uulpes apō arabes vocat thaleb. Auic. i ſcōo cañ.
narrat vtutē ſuā dicēs ꝙ qñ vulpes coquūt in aq̄ ⁊ em/
bꝛocantur iūcture doloꝛoſe ex ea ꝯfert vehementer ⁊c.

Unguentum mirabile qō vocat irinū ꝑꝑ coloꝛē iri
nū ſꝫ eū i ca. de vlceribꝰ virulentis.
℞. olei irini. i. facti de folijs lilioꝝ celeſtiuꝫ. ℥. ij. ponat
dictū oleū i bacili bñ terſo ⁊ mūdo: deide recipe ſalis ar
moniaci. ℥. i. ſ. ⁊ frica tādiu i oleo donec illud oleuꝫ re/
maneat celeſtis coloꝛis: deide recipe reſine pini, ⁊ terbē/
tine añ. ℥. i. pul. idici. ℥. ſ. ⁊ cere. q. ſ. ⁊ fiat vng.

¶ Iſtud vnguētū ñ ē i vſu: iſra apparebit aliō vng. qō
vocat ō ireos: ſꝫ iſtō ſit ex puluere radici ireos ō q̄ iſra.

Unguentum de minio: ſꝫ Petrū argillatā in caꝑ.
i. de flegmone. ℞. minij. ʒ. i. olei roſa
ti. vel mirtin, ſm quē vis. ʒ. ij. ſꝫ q̄titatem q̄ vis facere.

miſceantur omnia in cazola ⁊ buliant ad ignē cum par/
uo ⁊ lēto igne vſq; ad ꝯſumationeꝫ olei ⁊ ſemꝑ miſce cū
ſpatula ne aduratur fiat vnguentum bona foꝛma.

¶ Iſtud vnguētum non eſt in vſu apud cirurgicos ac ali
os. Leonar. de pꝛeda palea in cap. de medicinis conſoli
datiuis ponit cerotum de minio: ⁊ eſt idem.

¶ Miniū vō apud Aui. in ſcōo cañ. vocat ſircurgi. Se
ra. vō vocat ipm miniū ⁊ īqt aſrēgi. i. miniū. Alexāder
paulas ⁊ Alchindus dictū ꝙ ipm ē azarcon: ⁊ alii dicūt
ꝙ eſt aſrēgi: ⁊ ſit ex plūbo quādo ponitur i igne ⁊ flatur
⁊ ſit rubeum: eſt pictoꝛes eo multum vtuntur.

Unguentum de ireos: ſm eū i ca. de medicinis fa
cientibꝰ naſci carnē. ℞. ſepi vaccini.
oñ. vi. olei roſa. ℥. ii. cere. oñ. ii. radicū ireos oñ. i. thuris:
maſticis: ſarcocolle: aloes. ſ. ſucotrini: ariſtologie. ſ. rotū
de añ. oñ. i. terbentine. ʒ. ii. ⁊ fiat vnguentum.

¶ Iſtud vng. nō ē i vſu. Bartho. mōtagna. in ſuo ātido
tario hꝫ idē Leonar. de ꝓda palea i ca. alleg. hꝫ vnguē.
irinū qō eſt factū de oleo irino facto de floꝛibꝰ lilioꝝ ce/
leſtiū. ¶ Ireos vō ē radix lilij celeſtis. Sera. in caꝑ. de li
lio īqt. ꝙ hꝫ ſtipitē ſuꝑ quē flos hñs coloꝛes diuerſos: ⁊
ſūt albꝰ citrinꝰ purpureꝰ ⁊ celeſtis: ⁊ ꝑꝑ diuerſitatē iſto/
rū coloꝝ noiat ireos. i. arcus demonis. ſ. ab illo arcu de
monis q appꝑet in aere tpe pluuioſo: ⁊ hꝫ radices duras
nodoſas que habēt odoꝛē bonū: ⁊ hec ſatis eſt nota.

Unguentum gr̄a dei ſꝫ eūdē ⁊ ibidē valet i cap. de
medicinis faciētibꝰ naſci carnē. ℞. ce
re albe: raſine. ſ. pini. armoniaci añ. oñ. vi. terbētine. oñ.
iij. galbani: olibani: maſticis: mirre clare ana. oñ. ſ. ari/
ſtologie rotūde. ʒ. ij. terēda terāt ⁊ iſundāt i vio i q̄ deco
cta fuerit betonice vbū: ꝯſolide maioꝛis: ⁊ minoꝛis: cen
tauree: pipinelle: ipericō herbe gr̄a dei hautie ana. m.
i. ⁊ poſtea extrahātur ⁊ malaxētur cū lacte mulieris. hoc
vnguētū gñat carnē ⁊ ꝯſolidat: ⁊ ē cōe ad oia vulnera.

¶ Iſtud vng. gñalr̄ ē i vſu: ſꝫ Moderni ñ cōponūt ipꝫ ſꝫ
iſtā dſcriptionē. illa vō dſcriptio q̄ vtūt ē magrālis q̄ ab
auctoꝛibꝰ nō repit: ſꝫ hodierni cirurgici mirabilr̄ iſtā de
ſcriptionē laudāt: q; mirabilr̄ gñat carnē ⁊ ꝯſolidat: ⁊ ē
cōe ad oia vulnera. faſciculꝰ medicie i ſua anotomia hꝫ
idē: ſꝫ ñ ē ſil̄e. iutl̄s diuerſitas iter mltos ē i ħ vng. nā qdā
dicūt ꝙ dī gr̄a dei. i. a deo datū. alij dicūt ꝙ dī gr̄a dei a
q̄dā herba q̄ gr̄a dei vocat q̄ eiꝰ cōpoſitionē itrat: cuius
foꝛmā iſra oñdā: ⁊ ſine dubio ē ꝯſonū ꝙ debeat dici. vn/
guētū gr̄a dei: ab illa herba quā recipit: vt dicimꝰ vnguē
tū de litargirio a litargirio qō recipit dī: ⁊ ſic ō ſingul: ſꝫ
q; ħ dſcriptio i vſu nō ē valde: ħ aduenit: q; pauci inuene/
rūt eiꝰ dſcriptionē. iſra vō apꝑebit alia dſcriptio q̄ ē ma/
giſtral̄. ħ vnguētū apud quoſdā dī vnguētū ceraſeos.

¶ Herba gr̄a dī apud moder. herbaticos vl̄go ſic ē voca
ta: ⁊ ē herba: cuiꝰ lōgitudo ē vniꝰ palmi: aut paꝝ plus.
folia hꝫ ſilia yſopo. floꝛē hꝫ inter folia ꝑuſi: cuiꝰ coloꝛ ten
dit ō bicoloꝛibꝰ ad albū ⁊ purpureū: ſic herba q̄ dī volu
bil̄ q̄ i vineis naſcit. radicē hꝫ ꝑuā ⁊ paucā. apud nos in
pꝛatis valde abūdat ⁊ cognoſcit: ꝑꝑ ſapoꝛē folioꝝ. nā fo
lia ipſiꝰ hñt amaritudinē ꝓut cētaurea mioꝛ aut paꝝ plꝰ.

Unguentum de climia ſm eūdē in caꝑ. de medici
nis cicatrizatiuis. ℞. climie aduſte
colcotar aduſti. añ. oñ. ij. ceruſe litargirij. añ. oñ. iiij. pul
uerizentur: ⁊ cum oleo mirtino ⁊ aceto vini granatoꝛuꝫ
⁊ vino ſtiptico. i. foꝛti miſceantur ⁊ fiat vnguentum.

¶ Iſtud vnguētum non eſt in vſu. Climia vero ſm mo/
dernos eſt res ſicut fuligo que aderet ſuperioꝛibus parti
bus foꝛnacis in depuratione auri: ⁊ tūc dicitur climia au
ri vel argenti: tunc dicitur climia argenti vel alioꝛum: ⁊
moduꝫ eius aduſtionis docet liber qui dicitur bulchaſiꝫ
in pꝛimo tractatu.

¶ Colcotar eſt vitriolū citrinū. Gal. i lib. ſecretoꝝ i ca.
ad oēs egritudines dicit ꝙ eſt atramētū albū: ergo eſt vi
triolum album: ſed non recte. Jo. angelicus in cap. de vl
ceribus ⁊ vulneribꝰ naſi ait. colcotar. i. atramētū citrinū
⁊ ita dicit Auicē. in caꝑ. de atramēto. nos vero loco eius
vitriolū viride generalr̄. aut vitriolū romanū ponimus.

Unguentum de vermibus incarnatiuū ſm eūdeꝫ
in caꝑ. de medicinis īcarnatiuis. ℞.
vtriuſq; ꝯſolide piloſelle vtriuſq; plantaginis añ. m. i. ver
minū terreſtriū. oñ. vi. terant oia ⁊ ponātur i lib. i. ſ. olei
cōis ꝑ ſeptē dies: deide bulliāt modicū ⁊ colet ⁊ expꝛi/
mat: ⁊ tūc addat ſepi arietini mūdati lib. i. picis naualiſ
oñ. vi. pi. grece. oñ. iij. armoniaci: galbani. oppoponaci:
terbentine: añ. oñ. i. thuris maſticis. añ. oñ. ſ. diſſoluant
gūmi in aceto ⁊ fiat vnguentum: qō mirabiliter valet.

¶ Iſtud vnguētuꝫ nō eſt in vſu. Uermes. ſ. terreſtres ne
vllo cōcubitu gignūtur: ſꝫ nomē qō ⁊ de ouis naſcūtur vt
ſcoꝛpio: ſūt aūt vermes aut terre: aut aque: aut aeris: aut
carniū: aut frōdiū: aut lignoꝝ: aut veſtimētoꝝ. O quanta
admiratio eſt ꝙ i coꝛꝑe humano gñant lūbꝛici lōgitudi
nis duodeci bꝛachioꝝ: ⁊ iſti vermes apud q̄ſdā vocātur
ſolea piſcis. Serap. de vermibꝰ duo fecit capitula: vnuꝫ
de lūbꝛicis terreſtribꝰ vbi dicit iſculi vel lūbꝛici terrei. ali
ud de vermiculis vaſoꝝ q̄s dic̄ eē vermiculos ꝑuos: q qñ
tāgūtur inoluūt ſeipſos ⁊ ſūt virides. Aui. I ſcōo cañ. vo/
cat ipſos charathin: ⁊ ſunt lūbꝛici terreſtres Leonar. de
pꝛeda palea. in cap. de medicinis ⁊ ſolidatiuis īqt. pul
uis vene terre. i. lumbꝛici terreſtris hi ſatis noti ſunt.

¶ Pilloſela herba eſt ſatis nota. dī aūt pilloſela ꝓpter
abūdātiā pilloꝝ quos in folijs hꝫ. ego nō īueni auctoꝛeꝫ
auctēticū q de ipſa ſpāle faceret ca. ſꝫ apud moder. pillo
ſela ē herba naſcēs i locis lapidoſis ſiccis cū folijs q̄ expā
dūtur ſuꝑ faciē terre: ⁊ ſuꝑ ipſa folia hꝫ pillos ab vno la/
tere: ⁊ ab alio cū floꝛe rubeo. hec a multis dum eſt recēs
comeditur exiſtimauerūt qdam ꝙ hec ſit q̄ꝫ Aui. in ſcōo
cañ. vocat fiſtulam: ſed non appꝛobo.

Unguentum de matriſilua ſm eundem in cap. de
fractura cranei. ſ. oſſis capitis. ℞. ex
matriſilua recenti: ⁊ fac ipſam bulire in vino vſq; ad cō
ſumptionem medietatis: deinde coletur: ⁊ in ipſa cola/
tura addatur oleuꝫ ⁊ cera: ⁊ buliat vſq; ad conſumptio
nem: ⁊ pone ſuper durum matrem.

¶ Iſtud vnguentū nō eſt in vſu. Leonar. de pꝛeda pa/
lea. in. c. de cura vlceꝝ in generali hꝫ idē: ſꝫ nō eſt cōfoꝛ/
me: veꝝ differt parū ħ vnguētū videtur eē idē cū vno em
plaſtro qō ſcribit Nicolaus floꝛētinꝰ ſub noie emplaſtri
bonum quo cōiter vtūtur: cuius deſcriptio iferius appa/
rebit. ¶ Matriſilua apud Diaſ. vocatur ꝑiclimenō ſi/
ue ſplenīō ſiue ſpenaria: ⁊ eſt herba ſeu frutex: vt dictuꝫ
fuit ſupꝛa in vnguēto marciatonis. Leonar. īqt. matriſ
ſilua. i. capꝛifolium. idem dicit Nicolaus de hac multi
faciūt liciū: ſed eſt deterioꝛ in bonitate alijs ſpēbus licij.

¶ Centaurea aũt maxime minor eſt herba que ſatis eſt nota. Serap. aũt duo cap. facit. vnum de cẽtaurea maiore aliud minore. ſed maior apud nos non inuenitur nec inuenta fuit tpe macri. Minor vero naſciꝛ in locis aquoſis ⁊ ẽ ſimilis herbe ypericon. aut pulegio mõtano. habet virgã longam quadratam vnius palmi. ⁊ florem rubeum vergẽtem ad purpureitatem ſimilem flori plãte que dicitur ambes. ⁊ habet folia parua oblonga ſicut folia ruthe. ⁊ ſemẽ ſicut granum frumenti. ⁊ habet radicem paruã in qua nullum eſt iuuamentum. Idem in fine ſui libri de virtute centauree loquitur.

¶ Lac mulieris ſm Auic. i ſecũdo cañ. in cap. de lacte ait Lac quod melius eſt omnibus eſt lac muliebre. ⁊ melius ẽ quod ex vbere ſuggẽdo bibitur aut ſicut mulgeꝛ. ⁊ meliꝰ ipſius eſt quod eſt vehemẽtis albedinis equalis eẽntie qꝺ ſuper vnguem diſtillatum figiꝛ ⁊ nõ currit ⁊ ẽ paſtus animalis ipſius planta bona ⁊ nõ eſt in ipſo ſapor extraneus declinans ad acetoſitatem aut amaritudinem aut acredinem aut odor extraneus horribilis.

Emplaſtrum de bethonica ibidem ℞. ſuci betonice. ſuci plantaginis. ſuci apij. colatorum ana. lib. i. reſine. cere noue ana. ℥. iij. terbentine lib. i. coquantur primo vſqꝫ ad ſucorũ ꝯſumptionẽ. vltimo addaꝛ terbẽtina ⁊ fiat empl̃m.

¶ Iſtud empl̃m eſt in vſu. maxime apꝺ Mediolanẽſes.

¶ Betonica vͦo eſt herba q̃ apud Dia. vetonica vocatur. Auerroys in. v. colli. inq̃t alchiſon q̃ in latino dꝛ betonica ⁊ in perſica lingua berahuẽ. Apud quoſdam dꝛ etiam lingua bubali. ⁊ ab aliquibus dꝛ lingua equi. vide ſupra in ſyrupo de betonica. quia etiam aliquid de ea oſtendi. Hec eſt herba que apud nos in pratis inuenitur.

Emplaſtruꝫ bouinũ quo cõiter vtimur nos apothecarij. ſm Nicolaum florentinum in lib. vij. in caplͦo de cura fracture cranei ꝑ potionem. ℞. matriſilue recentis vel paſſe vel etiam ſicce ad libitum ⁊ decoque in optimo vino donec minuatur tertia pars ipſius. deinde coletur ⁊ tunc habeas terbentine. ⁊ cere citrine ana. ʒ. iiij. olei roſa. ʒ. ij. liquefiant. ⁊ coletur ſupradictum vinum. deinde tandiu cum ipſo vino ducatur cum ſpatula donec infrigidatum fuerit. ⁊ tunc collige ⁊ vtere.

¶ Iſtud emplaſtrum ſecundum Nicolaum eſt emplaſtrũ bonũ quo cõmuniter vtimur. ego vero exiſtimo qꝺ iſtud emplaſtrum ſit in vſu. in partibus florentie ſub nomine emplaſtri bouini. ſed apud nos eſt vnguentum matriſilue ⁊ ſic ſi legis iſtud emplaſtrum bouinum cum vnguẽto matriſilue quod ſupra poſitum fuit videbis quod quaſi idẽ ſunt.

Emplaſtrũ de adipibꝰ ſm Galie. in libro ſecretorũ. ℞. adipis agni. adipis porci vrſi vituli. cerui. hirci. aſini ſilueſtris. anatis. gallie. vulturis ana omnium. ℥. i. olei ſiſamini. olei de cherua. olei lentiſcini. medulle cruris vaccini. olei amigdalarum amararum. cere albe omnium ana. ℥. ß. cere rubee. butiri vaccini omnium ana lib. i. liquefiat. ⁊ coletur ⁊ adminiſtretur.

¶ Iſtud empl̃m non eſt in vſu. veꝝ loco eius vtimur vnguẽto qꝺ appellaꝛ vnguẽtũ de adipibꝰ de quo vide ſupra.

¶ Agnus autẽ ac porcꝰ. vrſus vitulꝰ ceruus hircus ſunt animalia que omnibus nota ſunt.

¶ Aſinus ſilueſtris: de aſino ſilueſtri nullum auctorẽ inuenio mentionẽ facere. Auic. vͦo in. ij. cañ. facit cap. de aſino ſed non dic̃ an ſit domeſticus an ſil. ⁊ dicit ꝙ cinis carnis aſini ⁊ epatis eiꝰ cũ oleo valet ſuppoſitus ſiſſuris frigoris

Vultur eſt auis maligna q̃ alias aues offendit vngulis ipſius ac cum roſtro vt ẽ notũ apud aucupes. Papias inquit vultur a volatu tardo nomiata dꝛ. ideꝫ iſta vultures ſicut ⁊ aquile vltra maria cadauera ſentiunt.

Oleum ſiſaminuꝫ. i. de granis ſiſami. oleuꝫ de cherua. i. de pẽtadactilo ſeu cataputia maiori: oleum lẽtiſcinũ. ideſt de granis lentiſci que in inſula chio inuenitur. ⁊ ſm multos gummi ipſius arboris maſtix appellatur. ⁊c̃.

Expleta ſectõe de vnguentis emplaſtris ac cerotis. eã que vltima eſt iuxta ordinem premiſſum. ſectionẽ de oleis agrediemur. ſi nos oleo gratie ſue perfuderit dominus: cuius in fluxu deficiente in nihilum tẽdunt vniuerſa. qua exacta huic operi noſtro finem ſtatuemus. ad alia forſan non viliora acceſſuri.

O Leum de amigdalis dulcibꝰ. oleum ꝺ amigdalis amaris. oleũ de nucibꝰ. oleũ de auelanis. oleũ de criſomilis oleum de perſicis. oleum de been. oleum ꝺ cherua oleum de carthamo. oleum de nuce indica. oleum de cereſis. oleum de amachaleb. oleum de granis citri citrangulorum. oleuꝫ de fiſticis. oleum de pineis ⁊ ſic de ſingulis.

Oleoꝝ genera ſunt multiplicia. quedã ſunt que ab ipſis ſeminibus fiunt. ⁊ hec ſunt ſimplicia ſicut oleũ de amigdalis dulcibus ac amaris. ac alia ſupradicta. quedã ſunt compoſita que artificialiter per impoſitionem medicinaꝝ in oleo antiquo fiunt. non oportet enim narrare modũ ⁊ formam faciendi olea ſupradicta. fiunt enim ꝑ expreſſionem eorum vt docet Meſue ad quem ſi neceſſe fuerit recurraꝛ. hec autem olea plurimis nota ſunt.

Amigdala dulcis dꝛ ad dꝛatiam amare. Amigdalꝰ aũt arbor ẽ. eius folia fructus ⁊ gummi medicine competũt.

Amigdala amara aptior eſt in medicina. ſed dulcis eſui. Pe. de creſcentijs ait. amigdalus ẽ arbor ſatis nota. eiꝰ quidẽ diuerſitas in fructibꝰ due ſunt quoniã q̃dã faciũt fructus dulces q̃dam amaros. Dulces eſui bonũ in cibũ cõpetunt amari. quia ſunt callidiores magis cõpetunt vſui medicine. Item quedam ſunt valde groſſum ⁊ durum hñtes corticẽ quedã ſubtilem. ⁊ quedam amigdala ẽ longa. quedaꝫ quaſi rotunda. ⁊ quedã groſſa. quedã parua eligende ſunt groſſum rotundum ⁊ ſubtilem corticem ſeu teſtam habentes. amant aerem clariſſimum.

¶ Nux groſſa. i. vſualis. vꝫ. illa que comeditur de qua fit oleum. quo aliquando vtimur pro faciendo lumen loco olei ſeminis lini. aliquãdo vtimur i cibarijs loco olei oliue. ⁊ hec nux eſt illa que apud Diaſ. vocaꝛ carea baſilica. i. alexãdrina q̃ꝫ multi pſicã dicũt. quidã vocãt ipſaꝫ nucẽ regaleꝫ que idem eſt. Petrus de creſcen. inquit nux a nocẽdo dicta eo ꝙ eius vmbra noceat alijs arboribꝰ. Io. anglic. in cap. de diſcraſia calida epatis laudat ipſaꝫ. ⁊ facit verſiculos ſic Nux homini ſalus ẽ ſi ſumitur vt medicia Si velut eſca daꝛ non eſt ſalus imo ruina.

¶ Auelana aũt ẽ fructus ſatis notus. maxĩe auelana vſualis. Iſido ait. auelane ab auelano cãpãie oppido vbi abundant cognoiate ſunt. he a grecis pontice appellanꝛ. eo ꝙ circa ponticum mare abũdãt. Auelana aliq̃ñ pro põdere ſumitur. Io. anglicus in cap. de diſcraſia calĩa epatis laudat auelanã. ⁊ eſt verſiculꝰ ſic. Dic auelanas epati ſemper fore ſanas. Sanãt reumaticos fridos ⁊ hydropicos. ſi q̃ñ aſſanꝛ. Idẽm in cap. de paſſiõibꝰ ſtomaci ait. dico tm̃ hic de auelãis. ꝙ inter fructꝰ poſt ficus ⁊ vuas ſunt meliores

¶ Criſomila apud nos eſt fructus ſimilis perſicis. ⁊ computant ipſam iter genera ipſius. Pet. de creſen. vocat ipſã moniachã. ⁊ ait. moniacus ẽ arbor quedam quaſi ſimilis pruno. ſꝫ eſt magis nodoſa. ⁊ eiꝰ fructꝰ eſt magnitudinis omnium prunoꝝ. ſed ſimilis fructui perſicorum in forma eſt tamẽ valde odoriferum ⁊ i colore auri. Bartholomeꝰ mõtag. in conſil. ijs de exiccatiõe ⁊ ꝯſumptione emorroydarum: ⁊ reſtrictione immoderati curſus earuꝫ inquit. approbatum eſt oleum de criſomilis. ⁊ ſunt fructus parui ꝑſicis aliqualiter ſimiles coloris aurei cum matureſcunt. ⁊ ideo nominantur criſomila a cris grece quod eſt aurum: ⁊ milon malum. vnde criſomila quaſi aurea mala: ex quorum nucleis tale perficitur oleum. vt dicit Meſue. Galie. in libro ſecũdo de alimẽtis ait. armeniacis ⁊ precHochijs . i. criſomilis. Iſido. armenſacum dicit quod primum genus eius ab armenia ſit adductum.

¶ Perſica fructus ſunt ſatis noti. Pli. aũt a regionibus diſtinguit eius genera. Pet. de creſcen. ait. pſicus ẽ arbor nota. que parua eſt. cito tñ creſcit. ⁊ paruo tẽpore viuit.

¶ Been. i. de granis been. hoc oleuꝫ a multis ignorãtibꝰ dꝛ muſcelinum. ſed nõ recte. nam muſcelinum dꝛ a muſco Meſue de ipſo facit cap. ⁊ inquit. been eſt granũ almeſus ⁊ eius aliud magnũ aliꝺ paruuꝫ. magnũ aũt eſt in magnitudine fructus auellane triangulatũ. paruum vero ẽ ſicut cicer. ⁊ vtrũqꝫ hꝫ medullã vnctuoſam leuẽ ⁊ albã. ⁊ ꝟ apꝺ Dia. vocatur balanus reperſicus. cuius ſemen ẽ ſemini arboris ſimile miriſtico. i. tamariſco. vt hꝫ Serap. in eodẽ capitulo ex verbo. Diaſ. Auic. in. ij. canoñ. de been duo facit capitula vnũ de ben ſcriptũ cum vno e tm̃. ⁊ hoc ẽ granũ ben. aliud. ſcribit cũ duobꝰ e. ⁊ iſte ſunt ille radices q̃bus generaliter. vtimur pro been albo ⁊ rubeo. Ioannes anglicus in capitulo de ſterilitate inquit oleum de been. i. de pipere albo eſt optimum in illo caſu. item Dinus floren. in lib. ij. in ca. de cura apatis duri inquit. oleum de been. i. cataputia illa alba groſſa quam ſpeciarij piper album vocant. hic textus eſt falſus. nam oleum de been non eſt de cataputia. nec aromatarij eius ſemen vocant piper albuꝫ ⁊ et opinio luminis male lucentis eſt quod been ſit ſemẽ catapucie. quod nõ eſt qꝛ vide ꝙ hic Meſue docet modũ faciendi oleum de been ⁊ oleuꝫ de cherua. i. catapucia: ergo nõ ſunt idẽ. nec ẽ pip albuꝫ. qꝛ pip albũ apꝺ oẽs eſt notũ ⁊ vocaꝛ leucopip. ꝺ quo infra in oleo de piperibꝰ. deſcriptio ipſius olei inuenitur. idẽ reperitur apud Diaſ. ſub nomĩe olei balanini. quod ꝯficitur vt amigdalinum.

¶ Cherua. i. cataputia maior. Meſue de ipſa facit capitulũ ſub noĩe albemeſuch. ⁊ dicit ꝙ eſt granũ regũ. ⁊ ẽ ex eo aliud magnum aliud paruũ. ⁊ dꝛ ꝙ magnũ eſt cherua magnum ⁊ paruũ ꝯpetũt vſui medicĩe. Auic. in. ij. canoñ. i. ca de oleis inquit. oleum de cherua eſt bonum lentiginibus ⁊ panno idẽ in. v. habꝫ duas deſcriptiones. de hoc oleo eſt vnum compoſitum quod in vſu nõ venit. Aliud ſimplex quo magis vtimur. hic poſſumus videre veritatem quod been non eſt catapucia vt dicunt multi. cherua autem apꝺ Dia. vocatur cici ſiue ſiſamus agreſtis. ſed apud Serap. vocatur catapucia maior. ⁊ ab aliquibus dicitur pentadactilus. ⁊ ab alijs miraſol. ⁊ ab aliquibꝰ cuſtos horti. ⁊ ab aliquibus ſolſequia. minor vero eſt ſicut planta habens folia longa. ⁊ in hortis naſcitur.

¶ Nux indica. i. nux magna q̃ de india venit. apud. Aui. nux indica eſt neregil ⁊ bona ex ea eſt recẽs vehemẽtis albedinis. ⁊ aq̃ que in ipſa ẽ: ẽ ſuauis. ⁊ cũ in ipſa nõ iueniꝛ aqua ſignificaꝛ ꝙ ẽ antiqui. ⁊ oꝫ quideꝫ vt ab ea tollatur cortex medulle eiꝰ. hãc nucẽ ego vidi tante magnitudinis ꝙ ex ea põt formari vaſculũ qꝺ iplebaꝛ vino loco cãtari.

¶ De cereſis habitus fuit ſupra ſermo diffuſius. Recurre lector ad id loci.

¶ Machaleb ſm Nicolaũ ẽ granũ ceraſi ſilueſtris. ⁊ de eo in ꝓxibus abũde diximus in eſdre deſcriptione.

¶ Citrus ſm Dia. eſt arbor cui oĩbus ptibus ſuis nõ vna eademqꝫ vͦtus cõtineꝛ. ⁊ hoc eſt pomũ dictũ citrũ. ꝺ acetoſitate cuius ꝯficitur ſirupus in tpe hiemali qui appellatur ſirupus de acetoſitate citri. Nõ eſt aũt cedrus vt q̃dam crediderunt. nam Dia. aliud facit cap. de cedro cuiꝰ gũmi a moder. alchitrã ſeu pix liquida dꝛ. Meſue inq̃t hic oleum de grãis citri ⁊ citranguloꝝ. i. citrõloloꝝ inferius hꝫ oleũ ꝺ põis citrãguli. ⁊ hoc ẽ pomũ apꝺ moder. dictũ arãcius.

¶ Fiſtici. i. piſtacia. Dia. inquit piſtacia q̃ in ſiria naſcunꝛ

ſilia ſtrobilibus. i. pineis ſunt. Aui. fiſticum natura diciꝛ ꝙ eſt vehemẽtioris caliditatis q̃ꝫ nux ⁊ amigdala ⁊ ẽ calidũ in fine ſecundi. ⁊ eſt in ipſo humiditas: ⁊ exiſtimauerũt quidam ꝙ eſt frigidum ſed errauerunt.

¶ Pinus arbor nota eſt cuius fructꝰ pinee dicũtur Dia. pinee ex nucleis fortiſſimꝰ cibꝰ eſt ⁊ humores optimos gignit. Aui. in. ij. cañ. inquit. geloũ eſt granũ pini maioris ⁊ eſt melioris nutrimẽti q̃ꝫ nux: ſed ẽ tardioris digõnis. Infra aliud facit cap. de grano pini. ſed ſi bñ ꝯſidereꝛ videꝛ ꝙ illud cap. de geloũ ſit cap. de auellana maiori.

Oleum laurinum. ℞. de granis lauri maturis quantum volueris ⁊ dum adhuc ſunt recẽtia tere in pila: ⁊ fac bulire cum aqua in caldario. deinde exprime in zainari plano non hñte concauũ ⁊ collige ex aqua qꝺ ſuper natat oleum. deinde iterum exprime grana ꝯtrita in zainari hñti vacuum ⁊ infunde aquam calam ⁊ collige oleũ ⁊ repone ⁊ adminiſtra vbi oportet. oleũ de granis viridibus. ⁊ oleum de ſtinco eodem modo fiunt.

¶ Iſtud oleũ eſt in vſu ꝓ oleo de bacis lauri. idẽ ẽ in vſu. ꝓ oleo de vrbagis. eius deſcriptionem idẽ Dia. deſcribit.

¶ Laurus arbor ſatis nota eius granum apud Aui. ẽ granum ademeſt. hoc granum ſatis notũ meliꝰ de ipſo dñſuꝫ fuit ſupra in electuario de bacis lauri.

¶ Granum viride: ſm Aui. in. ij. cañ. eſt fructus arboris terebinti. vñ terbentina colliꝛ. Mattheus ãt ſil. in lr̃a. g. ait. gũmi albotin. i. lacca: qꝺ ignoro. vide ſupra in vng. de terbẽtina: qꝛ ſibiipſi ꝯdicit. nõ eſt ãt raſina vt q̃dã putauerũt.

¶ Stinchus: ſm Dia. eſt aial. qꝺ in india inuenitur. vide in ipſo electuario de ſtincho.

Oleum de balſamo fit ex planta longitudinis cubiti vnius aut duorũ ad plꝰ ſimili ruthe agreſtis cortici cuiꝰ ſi accederit ſcarificatio aut ſcalpellatio ex pte ortus ſolis fluunt ſicut lachryme pinguedinis ⁊ eſt dimel balſen. i. piguedo balſami. ⁊ q̃ñqꝫ accipiũt plamites plãte in pricipio veris ⁊ terũt i pila ⁊ coquũt i aq̃ ⁊ exprimũt in zainari. ⁊ vocaꝛ oleũ balſami. ⁊ q̃ñqꝫ terũt palmites ⁊ fundiꝛ ſup eos oleũ antiquũ ⁊ poniꝛ in ſole diebꝰ. xl. deĩde coquiꝛ in duplici vaſe. ⁊ iterũ inouãtur i eo alij palmites: ⁊ ita tertio. deinde colatur ⁊ reconditur.

Hoc oleum ſecundum iſtam deſcriptionem eſt illud quo vtimur. ſed apud nos poteſt confici. qꝛ eius planta non reperitur in partibus noſtris.

Balſamus aũt ſm Aui. ẽ arbor egypti naſcẽs i loco q̃ dꝛ oculus ſolis. ſed qꝛ in ptibꝰ nr̃is ꝑdictũ oleũ nõ põt cõfici. hodierni doctores ꝯpoſuerũt olea q̃ poſſunt adminiſtrari in oĩbꝰ locis vbi igrediꝛ balſamus. ⁊ doc. iſti ſunt. Pet. de ebano. Guliel. placen. ẽt Bartholomeꝰ mõtagnana ſcripſit modũ faciẽdi balſamũ artificioſũ. qꝺ in oi ꝓbatione valet vt balſamus. de quo infra.

Oleuꝫ de granis ſiſami. oleũ de ſemine lini. oleũ de granis papaueris. oleũ de ſemine lactuce. oleũ de ſeĩe cucurbite. oleũ de ſeĩe citrulli cucumeris. ⁊ melõis hec omnia fiunt eodem modo.

Iſtud oleum quod fit de granis ſiſami ingreditur in multis confectionibus. ſed hodierni apothecarij non cognoſcunt ipſum. Ego vero hũi predictum ſemen delatum ex venetijs. ⁊ fieri feci predictum oleum. ſicut oleuꝫ de amigdalis. ⁊ inueni eum optimum ⁊ in cibis delicatiſſimum. ⁊ in colore clarum. vnde per hoc dico ꝙ bonum eſſet ꝙ omnes idem facerent ⁊ vterentur vbi opꝫ. Pli. ait. ſiſama ab indis venit ex ea oleum faciunt. color eius eſt candidus. Mattheꝰ ſil. in lr̃a. ſ. ait ſeſudegi. i. ꝯfectio de melle ſic penidie ⁊ in lingua noſtra vocaꝛ ſiſami.

Oleum de ſemine lini eſt in vſu. ⁊ eſt duplex. vnũ qꝺ ſolum fit ex ſeĩe ipſius. ⁊ hoc dꝛ oleuꝫ linoſe puꝝ qꝺ aptuꝫ ẽ eſui. aliud fit cũ aq̃ tñ nõ multũ. ⁊ hoc dꝛ oleũ linoſe ꝯpoſitũ. hoc lucerne aptũ ẽ. Iſi. i ca. ꝺ linis ait. linũ ex terra ſpẽ intendi oriꝛ deflexũqꝫ nomẽ eiꝰ ex greco. nã linũ greci linarin dicũt ſiue ꝙ ſit molle ⁊ lene hoc olim a quibuſdã diciꝛ oleum lineleon.

Oleum roſatum cõpletũ. ℞. oleũ de oliuis. aut oleũ ſiſaminũ recẽs ⁊ laueꝛ cum aq̃ fontium lauationibus pluribꝰ. deinde accipe folia roſaꝝ rub. recẽtiũ cõ

tuſarum quantitatem ſufficientē ꝛ ſepelias in oleo quod
modo lauaſti ꝛ reconde in vaſe vitreo ꝛ obtura orificium
eius ꝛ exponas ſoli dies.vij.deinde coque in vaſe duplici
per horas tres.deinde fac permutationem foliorum roſa-
rum ꝛ vtere alijs recentibus ꝛ dimitte per alios dies.vij.
deinde exerce coctiōem in eo ſicut feciſti prius ꝛ fac denuo
ꝑmutatiōeꝫ foliorū roſarū ꝛ ꝓijce ſuper illud aq̄ infuſiōis
roſaꝝ quā tradidim⁹ i ca.de ſirupis ſic ē quātitas olī ꝛ ſtri
ge orificiū vaſis ꝛ dimitte i ſole ꝑ dies.xl.deinde excola ꝛ
iterū expone ſoli ꝛ dimitte tpe extēſo ꝛ vtere vbi oportet.
¶ Iſtud oleum apud nos eſt multum in vſu.ſm aūt inten
tionem Meſue eſt oleum roſatum completum.ipſe.n.do
cet facere ipſū tribus modis:ſed ſolū ſcripſi vnū modū:q
ab hodiernis in vſu nō eſt ſm illū modū. Nicolaus hꝫ ole
um roſaceū.i.roſatū qđ magis apud modernos in vſu eſt.
verū eſt ꝙ ſunt ex hoībus q accipiunt foliorū roſarū recen
tiū ꝛ cōminuūt cū forficib⁹ quātitatē quā voluerit.ꝛ ſup
ponūt oleū cōe.ꝛ exponūt ſoli per dies.xl.deinde admini
ſtrāt vbi oꝫ. Circa inſtās in ca.de roſis igt.oleū roſatū ſic
fit.gdā decoquūt roſas cū oleo ꝛ colāt ꝛ reſeruāt. alij te
rūt roſas virides ꝛ ponūt in oleo.ꝛ in vaſe vitreo ſoli per
xl.dies exponūt.ꝛ hoc optimū eſt. Dia.aūt hꝫ oleum ro.
ſed non eſt idem.verum ipſe docet ipſum componere trib⁹
modis.vt facit meſue.

Oleum camomillinū eſt oleū benedictū.ꝛ mod⁹ ope
rationis eius eſt ſicut olei roſati preterquam
oportet vt fiat cū oleo de oliuis cōpleto.aut oleo ſiſamio
cū illis modis ꝑparationum quos diximus.
¶ Iſtud oleū eſt in vſu.ſed eius modus apud modernos
non eſt idē.vt docet Meſue.verū eſt ꝙ faciunt ipſuꝫ ſic di
xi de oleo roſato. Meſue ingt ꝙ oleū camomillinū ē oleuꝫ
benedictū. Io.anglic⁹ in ca.de dolore iūcturaꝝ ait. Itē in
gutta indurata valet oleū camomillinū in quo coquāt flo
res iacinti creſcētis in cāpis voco iſtud oleum iacinti.

Oleum violatū ꝛ modus operationis eius eſt ſicut
olei ro.excepto ꝙ đbet fieri cū oleo rudi aut
amigdalino:aut ſiſamino cum illis modis operationum
quos enarrauimus.
¶ Iſtud oleū eſt in vſu ſm intētionē meſue fit ſic roſatuꝫ
excepto ꝙ dꝫ fieri cū oleo rudi.i.oleo de oliuis imaturis
qđ onfācinū appellaꝉ.nā idē in ca.de oleo ro. ingt rudis
aūt mā eſt ex oliuis.quib⁹ nōdū accidit ꝯplexio ꝛ matura
tio.ꝑterea Simon ianuenſis inquit oleuꝫ violaceū.i.de
violis ex onfācino oleo fieri dꝫ.ꝛ ſic itelligēdū eſt ꝓ oleo
rudi oleū oliuarum immaturarum.
¶ Viola autem flos ē ſatis notus. Bulchaſis.i.ſeruitor
in tractatu ſecundo in ca.de modo deſiccandi violas di
cit.qui vult colorem ꝛ odorem earum ſuare ſicut ē viole
montium ſunt meliores hortulanis.ꝛ lib.x.ex recentibus
conuertuntur ad vnam quando ſicce fuerit.

Oleum anetinum.ꝛ modus operationis eius eſt ſic
olei camomille.
¶ Iſtud oleum eſt in vſu.ꝛ modus eius apud modernos
eſt.accipiantur flores aneti ꝛ ſimilitudinē hꝫ cuꝫ feniculo
ꝛ aſſimilatur plāte ipſius.ꝛ ponāꝉ flores cū oleo.ꝛ expo
nāꝉ ſoli per.xl.dies.deinde vtere vbi oportet.

Oleum de lilio. ℞.ex folijs lilioꝝ.ʒ.ix.maſticis:ca
lami aromatici.coſti:carpobalſami.i.ſemis
balſami aā.ʒ.i.gariofiloꝝ.ciamomi electi aā.ʒ.ſ.croci.ʒ.
iij.oīa preter folia lilioꝝ īfundātur i aq̄ ſufficiēti.ꝛ dimit
tātur die ac nocte:poſtea bulliāt ebulitiōe vna.aut duab⁹.
deinde ꝓijce olei ſiſamini ſup ea.aut olei de oliuis ꝯpletis
lib.ij.ꝛ pōe in vaſe vitreo cum folijs lilioꝝ.ꝛ dimitte i ſo
le ꝑ dies.xl.deinde cola ꝛ adminiſtra.
¶ Iſtud oleū eſt in vſu ſub nōine olei lilioꝝ cū ſpēb⁹ aut
ſub noīe olei de lilijs compoſiti ad differentiā alteri⁹ đſcri
ptionis ſm quā fit oleū de lilijs ſimplex.cui⁹ deſcriptio i
uenitur in antidotario Io.Serap.de qua infra. Diaſ.hꝫ
idem ſub nomine olei ſuſini.i.de lilijs.

Oleum irinum. ℞.radicū ireos quātitatē aliquā.ꝛ
florum ei⁹ duplū.ꝛ aque decoctiōis radicū
ei⁹.q.ſ.ꝛ funde ſup ea olei ſiſamini.aut de oliuis maturis
quantū oꝫ:ꝛ decoque in duplici vaſe.deinde ꝑmuta radi
ces ꝛ folia liliorum.ꝛ fac vt diximus de oleo roſato.
Iſtud oleum eſt i vſu ſub noīe olei đ ireos.aut irini.aut
lilioꝝ purpureoꝝ.nā oleum irinū eſt oleū factū cū radice
ireos.ꝛ ē radix lilij ꝙ purpureū florē gerit. Gali.ingt.ire
os ad ſilitudinē iris quē i celo videm⁹ diciꝉ.ꝛ hic cogno
minaꝉ:quōiā illa plures ꝛ diſſimiles hꝫ colores.ſic ꝛ vari
os.ꝛ differētes mittit flores.aliqui eni ſunt albi.aliqui ce
rulei.ꝛ aliqui purpurei.vnde Virg.đ iri loquēs ait.Mil
letrahens varios aduerſo ſole colores.

Oleum de cheiri quod eſt ex cheiri citria eſt meli⁹ ꝛ
ſubtili⁹.deinde qđ ex alba eſt autem oleū de
cheiri reſolutiuū ſedatiuū doloꝝ q fiunt in neruis ꝛ iūctu
ris ꝛ pectore.rēib⁹.ꝛ veſica.ꝛ eius mod⁹ ē ſicut olei de ca
momilla.
Iſtud oleum eſt in vſu.ꝛ debet fieri.quia ingreditur in
multis locis.
Cheiri autem eſt viola citrina dicta apud quoſdam ſar
racenica. Auero.i.5.col.igt.alcheiri.i. viola de romania.
hec apđ nos in hortis ac bladis inueniꝉ. Aui.i.3.can.i fen
xxij.i.c.de potionibus falſus.nam mandragora non eſt ſi
cut forā hoīs:vt appet eis igt.albeſed đ q̄ dixit gdā.ꝙ eſt
alcheiri rubea. Hic tex. Aui.apđ arabes ē corruptus.nam
albeſed eſt corallus.ſic appet apđ Sera.i ꝓprio ca.đ coral
lo. Ni.flo.i.lib.vij.i.ca.đ cura doloꝝ iūcturarū in ſpāli.ꝛ
ꝓprie ſciatici inquit. Dixit Gali.medicamē ꝯfectum cum
cheira citrina pluries diſſoluit apāta dura accidētia in ar
ticulis. Idē ibi ait. inquit Dia.hec eſt deſcriptio medicā
nis cheiri citrini qualiter dꝫ fieri.ꝛ debet intelligi de flo
eius.qui ꝛ appellaꝉ cheiri ruffa.ꝛ appellatur baſſad. Simi
liter textus nicholi eſt corruptus dicentis ꝙ cheiri ruffa
appellatur baſſad.nam vide in oīb⁹ libris de arabico tranſ
latis in latinum.ꝛ videbis ꝙ baſſad eſt corallus.ꝛ alcheiri
eſt viola citrina que ſatis eſt nota.

Oleum de mellilloto non eſt in vſu. Mellilotū aūt
ꝯponitur a melli ꝛ lothos qđ eſt trifoliū.nā
ſine dubio mellilotū eſt ſpecies trifolij.ꝛ dꝫ ꝙ eſt trifoliū
odoratū.vt dictū fuit in emplaſtro de mellilloto.

Oleum de nenufare ꝯfert ſicut oleum violatū.ꝛ fit ſi
cut illud qđ apud nos eſt i vſu. Sed compo
nunt ipſuꝫ ex floribus nenufaris.ꝛ oleo onfancino poſito
ſoli per dies.xl.ꝛ poſtea vtuntur.
Nenufar aūt apđ Dia.vocaꝉ nimphea ſiue vt alij cacab⁹
veneris.i.papauer paluſtre ſiue vt latini alga pactuario de
farfara.qꝛ ibi clare determinatum eſt de eo.

Oleum de citonijs. ℞.carnium citonioꝝ tritoꝝ.cū
cortice ſuo quib⁹ media accidit maturatio ꝛ
ſuci eorum.aā.ꝑtes equales.olei ex oliuis incōpletis q̄ꝫtū
ſufficꝫ.pōe i vaſe vitreo ꝑ dies.xv.ad ſolē.deīde coq̄ i vaſe
duplici ꝑ horas q̄tuor.poſt illđ fiat ꝑmutatio citōioꝝ.ꝛ ſu
ci eoꝝ ꝛ fiat.ſic dixim⁹ bis vel ter:deīde cola ꝛ recōde.
¶ Iſtud oleum ē in vſu. Citoniū aūt fruct⁹ ē ſatis notus.
exiſtimāt āt gdā ꝙ iſtud oleū ſit illđ ꝙ a Dia.mellinū di

Oleū mirtinum fit ſicut oleum de citonijs.
¶ Iſtud oleum apud nos ē in vſu. Mirt⁹ vero
eſt arbor.cuius ſemen mirtilus diciꝉ.eius ſpēs ſꝫ moder.
due ſunt.ſ.alb⁹ niger.albus aūt eſt cubeba ſeu mirt⁹ agre
ſtis niger eſt ille qua vtimur gnāliꝉ. Iſido.ait.mirt⁹ a mari
dcā.eo ꝙ magis litorea arbor ſit.vnde ꝛ virgili⁹. Littora
mirt etis letiſſima ꝛ amantes littora mirte. Hinc eſt quod
a grecis mirene dicitur. Medicorum aūt libri hāc arborē
aptā ſcribūt mulieꝝ neceſſitatibus plurimis.

Oleum de pomis iabrol ꝛ ſunt pōa mādragore. ℞.
expreſſiōis eoꝝ ꝯpletoꝝ.ꝛ olei ſaſamini aā.
ꝑtes equales.decoque in vaſe duplici vſqꝫ ad ſuci cōſum
ptioneꝫ.deinde cola ꝛ recōde in vaſe cum eiuſdē ſuci exꝑſ
ſione.ſicut quarte partis ꝛ vtere.
¶ Iſtud oleum non eſt in vſu. Nicola⁹ in ſuo antidotario
habet hoc oleum.ſed non eſt omnino idem.
¶ Pomū iabrol eſt pomum mandragore ſm intentionē
Meſue. Aui.in ſcđo cāo.inquit.iabrol ē radix mādragoꝛ
ſilueſtris.ꝛ eſt radix oīs mādragore magna ſimilis forme
hoīs.ꝛ ꝑp hoc nōinaꝉ mādragora.ē.n.nomē imaginis nā
lis.ſ.ſicut plāta exiſtēs in forma hominis.hic text⁹ Aui.ē
falſus.nam mandragora non eſt ſicut forma hominis:vt
apparet apud Diaſcori.ꝛ Serapi. preterea Pet. de cre
ſcentijs inquit.mandragora non determinatur ab aucto
ribus.cuius due ſunt ſpecies.ſcilicet maſculus ꝛ femina:
ꝛ quidam vt Auicen.ꝛ alij dicunt feminam formatam eſ
ſe ad modum femine maſculum ad modum viri.quod fal
ſum eſt.ꝛ ſic certum eſt ꝙ mandragora non eſt in ſimilitu
dine forme hominis.veruꝫ itali herbatici ꝛ maxime falſifi
catores accipiunt radicem brionie.ꝛ cum certis inſtrumē
tis faciunt quandam imaginem ad ſimilitudinem forme
hominis.ꝛ dicunt ꝙ illa eſt vera mandragora.quibus nō
creditur. Serap.in capitu.de mandragora narrat de po
mo ipſius de mente Raſis.ꝛ ibidem dicit. dixerunt mihi
quidam ex antiquis babylonie ꝙ puella quedam come
dit quinque poma mandragore ꝛ cecidit ſincopizata ꝛ fa
cta eſt tota rubicunda.ꝛ quidam ſuperueniens effudit ſup
caput aquam niuis totiens donec ſurrexit.

Oleum de enula. ℞.radicis enule contuſe ꝛ ſuci
eius radicis.ꝛ olei ſiſamini ana partes eq̄
les.vini odoriferi partem.5.fac ſicut diximus in oleo mir
tino. Alius modus operationis eius eſt.adde permixtio
ni predicte foliorum lauri.cordumeni.ideſt cheiſim hortu
lani.ſpice inde.calami aromatici ana ſextam partem vni⁹
ꝛ decoque ſicut diximus.
¶ Iſtud oleū non eſt in vſu. Enula eſt herba ſatis nota.

Oleuꝫ de cinamomo confert ſicut oleum de enula
ꝛ modus operationis eius eſt ſicut illius.
Iſtud oleum non eſt in vſu. Diaſcori.habet deſcriptio
nem huius olei ſed non eſt eadem huic. Cinamomi autem
ſecundum Serap.ſpecies ſunt plures ſicut apparet in ſuo
capitulo. Macer autem inquit.cinama tres ſpecies dicun
tur habere.ſed harum eſt precioſa magis que plus ſubtilis
habetur.ꝛ que plus mordet mixta dulcedine linguam ꝛc.
ſecundum intentionem Macri eius ſpecies ſunt tres.ſed
ſecundum Serapionem ſunt plures. Ioan.anglicus in ca
pitulo de paſſionibus ſtomaci inquit.item vtantur homi
nes frequenter cinamomo.quia os redolere facit ꝛ valet
contra reuma frigidum ꝛ preſeruat a corruptione humo
rum.ꝛ ideo dicitur cur morietur homo qui ſumit de cina
momo ſuppoſito bono regimine.

Oleum de rutha modus operationis eius eſt ſicut
olei mirtini.
Iſtud oleum ſecundum intentionem Meſue fit ſicut
oleum mirtinum.fit autem ſicut oleum de citonijs. hoc
eſt ꝙ accipiantur foliorum ruthe ꝛ ſuci eorum ana partes
equales.olei oliuarum incompletarum quantum ſufficit
ponantur hec tria in vaſe per dies.xv.ꝛ obturetur os eius
deinde coque in vaſe duplici per horas quatuor.poſtea co
lentur fortiter manibus comprimendo ꝛ bis vel ter hoc
reiteretur.deinde cola ꝛ reconde.
Rutha autem herba eſt ſatis nota.

Oleum nardinum eſt oleum benedictum. Recipe
ſpice aromatice.ʒ.iij.vini ꝛ aque ana.ʒ.
iij.5.olei ſiſamini.ʒ.vj.decoquatur in vaſe duplici lento
igne quaſi per horas quatuor ꝛ frequentur moueatur om
ni hora.
Iſtud oleum eſt in vſu maxime ſecundum iſtam deſcri
ptionem.verum eſt ꝙ Meſue ponit ꝙ ipſum poteſt fieri
duobus modis.ſed primus eſt magis in vſu.ſi autem face
re volueris iuxta ſecundum modum infra apparebit.
Olei autem nardini.i.de ſpica nardi.ſeu ſpica aromati
ca. Auic.in.5.canonis habet vnam deſcriptionem.ſed nō
eſt idem. Raſis in.9. Almanſoris in capitu.de dolore ſto
maci prouenſente ex apriate indurato ponit oleum nardi
num ſed non eſt in vſu. Dia ait.oleum nardinum diuerſe
conficitur cū folio malabatri ꝛ ſine iſto miſcetur. Ioā.an
glicus.in capitulo de modo abluendi oleum habet deſcri
ptionem huius olei.ſed non eſt ſimilis.
Oleum ſiſaminum.i.oleum quod fit ex granis ſiſami
cuius modus ſuperius fuit poſit⁹.ſed nō oportebat ꝙ de
Meſue dicere oleum ſiſaminum.qꝛ hodierni apothecarij
apud nos generaliter ponūt loco olei ſiſamini oleū oliua

rum pro hoc oleo conficiendo.ſed errant errore maximo.

Oleuꝫ nardinum ſecundum alium modum. ℞. ſpice
inde.i.nardi.ʒ.iij.ſanſuci.i. maiorane:xiloalo
es.i.ligni aloes:enule.folij indi calami aro.foliorum lau
ri.ciperi ſquinanti cordumeni.i.carui agreſtis.ſeu ſileris
cretici aā.ʒ.i.5.proijciantur ſuper ea pluſquam fuerint cō
trita vini ꝛ aque fontis.q.s.olei ſiſamini lib.vj.deinde ſi
at ſicut primum.ꝛ coquatur horis ſex ꝛ agiteꝉ omni hora.
¶ Iſtud oleum ſecundum iſtam deſcriptionem apud nos
non eſt in vſu.idem Meſue ponit quod ipſum poteſt fieri
per tertium modum.ſed non eſt in vſu.

Oleum maſticinum: ℞. maſticis.ʒ.iij. olei ſiſamini
kiſti.coque in vaſe duplici. Secundus mo
dus operatiōis eius eſt. ℞.olei roſati.ʒ.xij.maſticis.ʒ.iij.
vini bōi.ʒ.viij:decoque ſicut primū ad vini ꝯſumptionē.
¶ Iſtud oleum eſt in vſu.ſecundum intentionem Meſue
poteſt ipſum cōfici duobus modis.ſed primus apud nos
non eſt in vſu.immo ſecundus eſt ille quo generaliter vti
mur Auicene.in.5.cañ. habet vnam deſcriptionem que
eſt eadem cum prima.
¶ Maſtix vero gummi eſt ſatis notum. Iſido.maſtix ar
boris lentiſci gutta eſt.melior autem in chio inſula gigni
tur odoris boni.ſm Galie. maſtix eſt gluten romanum.
¶ Chiſt eſt pondus ſecundum modernorum opinionem
libre.i.cum dimidia. Auic.in.5.cañ.in tractatu de ponde
ribus inquit.chiſt apud gētes q̄ lingua greca loquuntur
cognitum eſt ſuper menſuram vero non conueniunt om
nes.ꝛ illud eſt.quoniam quidā eorū vtūtur alia quā vtā
tur alij. Chiſt enim apud romanos capit lib.i.5.ꝛ ſextam.
quare eſt.ʒ.xx.ꝛ chiſt.italicuꝫ lib.i.5.ꝛ lib.eſt.oñ.xij.

Oleuꝫ de ſtorace. Recipe olei ſiſamini.ʒ.xij. ſtoracis.
.ʒ.iij.fiat ſicut oleum maſticinum.deinde cole
tur ꝛ adminiſtretur.
¶ Iſtud oleum nō eſt in vſu.idem Auic.in.5.cañ.hꝫ vnā
aliāꝫ deſcriptionem que eadem eſt. Dia.habet deſcriptio
nem huius ſed non eſt eadem.
¶ Storax.i.ſtorax calamite que ſatis eſt no.meſue in ſuo
grabadin in capitulo de egritudinibus neruorum habet
duas deſcriptiones olei de ſigia ꝛ eſt ſtorax liquida.ſꝫ nō
ſunt in vſu.

Oleum coſtinum. ℞.coſti amari.ʒ.ij.caſſie.i.caſſie li
gnee.ʒ.i.exterimiatū ſāſuci.ʒ.viij.vini odo
riferi quantum ſufficit ad infundendum noctib⁹ duabus
olei ſiſamini lib.iij.đcoquaꝉ ſicut oleū nardinū horis ſex.
¶ Iſtud oleum eſt in vſu. Auic.in quinto cano.habet du
as deſcriptiones.ſed non ſunt eedem.
¶ Coſtum vero eſt radix amara.

Oleum de alcāna ℞.florum alchāne.ʒ.iiij.olei anti
qui.oñ.x.fiat ſicut oleum ro. In defectu au
tē floꝝ fiat cū folijs ꝛ itereꝉ decoctio ei⁹ cū modico vini.
Iſtud oleum non eſt multum in vſu. Dia.habet aliā de
ſcriptionem ſub nomine olei ciprini.quod idem eſt.nam
oleū de alcāna apud arabes eſt oleū ciprinum apđ grecos.
Idem Dia.aliud de ipſo facit ca.ſub nomie cipri arboris:
cuius folia ſunt oliue ſimilia.ſed viridiora ꝛ paulo groſſi
ora ꝛ ſemen nigrum ꝛ florē album germinat cum odore
bono apud modernos due ſunt ſpecies.ſ.alba ꝛ rubea.al
ba vero ſecundum exiſtimatiōem plurium modernorum
eſt fructex ſicut arboroſa que iuxta hortos ac in campis
inuenitur.ꝛ eſt quam noſtri ruſtici caueroxi vulgariter di
cūt.de cuius flore mulieres iſiciūt capillos.rubea vo apđ
nos non inuenitur.

Oleuꝫ đ ſanſuco fit ſicut oleū de mirtho videlicet fit
ex folijs ſanſuci ꝛ ipſius ſuco ſecundū modū
ſupradictum in oleo de citonijs.
Iſtud oleum non eſt in vſu. Dia.habet vnam aliā deſcri
ptionem:ſed non eſt eadem huic.
Oleum vero ſanſucinū eſt oleum de maiorana. Dia.in
quit ſanſucus a ſiculis amarac⁹ nominaꝉ. Idē dicit Pli.
ſed ſecundum Auic.amaracus eſt alacoꝛ ſiue vchuē vt ap
paret apud eundem in quinto canonis in trociſcis.anda
racharon.verum generaliter:hodierni habēt opinionē ꝙ

amaracus ſit maiorana. verum cõtraria eſt opinio Simonis ianuenſis. in capitulo de alaceon. Iſidorus dicit ſanſucus eſt quem latini amaracũ vocãt. cuius nomine vſus eſt. Virgilius etiam ad venerem referens vbi mollis amaracus illum floribus ⁊ dulci aſpirans amplectitur vmbra. vnde ⁊ nomẽ traxit amaracus a puero cuiuſdã regis qui caſu lapſus dum ferret vnguẽta nomen ⁊ gratiſſimum ex effuſione vnguenti odorem creauit.

Oleum de mezereon. ℞. foliorum mezereon. ℥. iiij. ⁊ proiice ſup ea aque dulcis lib. i. dimitte die ac nocte deinde infundantur ſuper ipſum lactis dulcis ⁊ recentis oñ. vi. olei ſiſamini. oñ. viij. coquantur vſque ad lactis ⁊ aque conſumptionẽ. deinde coletur ⁊ reponatur.

¶ Iſtud oleum eſt in vſu: ⁊ debet fieri ſecundum iſtam deſcriptionem. Idem in capitulo de mezereon habet vnam aliam deſcriptionem: ſed non eſt eadem huic. Leonardus de preda palea in capitulo de fiſtulis habet vnã aliam deſcriptionem que eſt eadem.

¶ Mezereõ apud Diaſcoridem vocatur camelea ſiue cocognidium vt dictum fuit in electuario de mezereon.

Oleum de haſce ⁊ eſt oleum ſericinum. Recipe haſce. oñ. iiij. zinziberis. oñ. i. ſ. funde ſuper ea in vaſe vitreato ſuci extremitatũ halaſce. oñ. iiij. olei ſiſamini. oñ. xiiij. aque dulcis quantum ſufficit decoque vſque ad aque conſumptionem.

¶ Modus alius. Recipe olei ſiſamini. ⁊ ſuci halaſce. ⁊ lactis vaccini recentis ana. lib. ij. albarum penidiarum. ℥. v. zinziberis albi. ʒ. xij. ⁊ decoquantur vſque ad ſuci ⁊ lactis conſumptionem ⁊ adminiſtretur.

¶ Iſtud oleum non eſt in vſu. ſecundum autem intentionem Meſue oleum de haſce eſt oleum ſericinum. ⁊ ſic credo quia Ioannes Serap. in ſuo antidotario inquit. oleum alſek in fine deſcriptionis ait. coquatur donec conſumatur aqua ⁊ remaneat oleum ſericinum ⁊ ibi docet ipſum facere duobus modis. vt facit Meſue. Auicẽ. in quinto canonis habet tres deſcriptiones. Meſue vero dicit. Recipe haſce. Ioannes Serap. dicit alſek. Auicen. haſce. ſi hec tria idem ſunt eſt thimus. ſi autem non eſt yſopus yſualis. nam in iſto oleo primo habet haſce. inferius habꝫ extremitatum halaſce ideſt thimi. ⁊ ſic quidam ſapientes dixerunt ꝙ per haſce intelligitur yſopus. ⁊ per halaſce thimus. Meſue ponit in alia deſcriptione penidios. vnde Ioannes Serap. inquit in deſcriptione alia non dicitur vaccinum. ⁊ dicitur ꝙ illud accipitur ex penidijs.

Oleum de cucumere aſinino. Recipe ſuci cucumerorum eius completorum olei ſiſamini ana. ℥. vj. coque vſque ad conſumptionem ſuci ⁊ vtere.

¶ Modus alius. Recipe ſuci radicum eius. ⁊ radicũ eius contritarum ana. oñ. vj. olei ſiſamini lib. i. coquatur ſicut diximus ⁊ adminiſtretur.

¶ Iſtud oleum eſt in vſu. tamen non multum. Dia. habet vnam aliam deſcriptionem ſub nomine olei ſicionij ideſt olei de radice cucumeris aſinini. eius ſucus apud eundeꝫ electerium dicitur. Meſue in capitulo de cucumere aſinino inquit. cucumer aſininus eſt fructus ſicut cucumer paruus qui ſatis eſt notus ⁊ melior pars eius plante eſt fructus ipſius ⁊ proprie eius completi ſucus ⁊ poſt ipſum radix. ⁊ melior fructus eius eſt completus citrinus iam expoliatus a viriditate ⁊ qui eſt vere amaritudinis. ⁊ cuius ſucus eſt albus habens ſicut de pinguedine aliquid. Incõpletus vero eſt malus. ⁊ melius tempus operationis eius eſt finis eſtatis. ⁊ collectionis radicis eius eſt finis veris.

¶ Operatio ſuci. Recipe ex ſuco eorum quantitateꝫ quã volueris ⁊ proprie quando citrineſcunt ⁊ ſunt maturitatis complete: ⁊ fiat extractio ſuci cũ facilitate nõ cũ compreſſione ⁊ expreſſione laborioſa. ⁊ exiccetur ſicut exiccatur ſcamonea ⁊ aloes. ⁊ conſeruatur ſucus eius triẽnio. ⁊ eſt adminiſtrandus poſt ſex menſes.

Oleum de pomis citrãgulis. ℞. poma citringulorũ numero. xij. ⁊ ſint ꝓprie antiqua. ⁊ pone ea integra in vaſe figuli vitreato funde ſuper ea olei de oliuis aut olei ſiſamini. ℥. xxvj. aut plus ſecundum magnitudinem. ⁊ paruitatem citrangulorum ⁊ aque fontis ⁊ aq̃ maris ana. lib. v. coquatur ad conſumptionem aque. deinde funde ſuper ipſum aque dulcis clare lib. i. ſ. ⁊ proiice ſuper ea penidiarum albarum. ʒ. viij. decoque vſque ad aq̃ cõſumptionẽ ⁊ adminiſtretur in potibus ⁊ cibis ⁊ pulmentis de farina.

¶ Iſtud oleum non eſt in vſu. Superius fuit poſitum oleum de granis citri ⁊ citrangulorum. ⁊ hoc eſt de pomis citrangulis: ⁊ de hoc pomo teſtatur Simon Ianuenſis ꝙ nunquam inuenit aliquem de eo mentionem feciſſe. ſed ſecundum Modernorum opinionem eſt pomum dictum arancium. Mattheus ſiluaticus inquit. pomum arancie. ideſt citrangulum vel citroniolum. nam hoc pomum in colore eſt citrinuꝫ. Auicen. in libro primo in fen. 2. doctrina. 3. capitu. 2. de ſignificationibꝰ coloris vrine inquit. ex coloribus vrine ſunt gradus citrinitatis ſicut palearis. deinde citrinus. poſt flauus. deinde ruffus. poſtea citrangularis. poſtea igneus qui tincture croci aſſimilatur.

¶ Vas figuli: ideſt terra argille. Iſidorus in capitulo de vaſis eſcarijs ait. vas dictum a veſcendo: ꝙ in eo eſſe apponantur: cuius diminutiuum vaſculum quaſi veſculuꝫ. Meſue habet in vaſe figuli: ideſt de argilla ſiue terra figuli. vnde vaſa ſiunt dicta ab argis vbi primo ipſa vaſa facta ſunt. Papias argilla terra humida ab argis dicta: apud quos primum ex ea vaſa facta ſunt.

Oleum de croco. Recipe croci. ℥. i. mirre pure. ʒ. iiij. cordumeni ideſt leuiſtici hortulani. ʒ. ix. calami aromatici. ʒ. viij. infundantur medicine in aceto diebus quinque preter cordumenum. die ſexta proiiciatur ſuper ea cordumenum. ⁊ dimittatur die vna. deinde fundatur ſuper ea olei lib. i. ſ. ⁊ coquatur lento igne vſque ad aceti conſumptionem. ⁊ ſunt qui loco aceti vinum ponunt.

¶ Iſtud oleum eſt in vſu. tamen non multum. Auicen. in quinto canonis habet vnam aliam deſcriptionem. ſed nõ eſt eadem huic. Crocus ideſt zaffaram. ⁊ eſt crocus orientalis ſeu cõmunis. inuenitur alius crocus qui hortulanus dicitur. ⁊ hic eſt carthamus.

Oleum de piperibus. Recipe trium piperum ana. ʒ. iij. chebulorum: bellericorum. emblicorum. ⁊ indorum añ. ʒ. v. radicum apij. feniculi añ. ʒ. iij. ſ. ſerapini. opoponaci. iuſquiami albi añ. ʒ. ij. ſ. turbith. albi boni. ʒ. xij. zinziberis. ʒ. iij. caulis recentis. haſech. humidi. foliorum ruthe humide. quantum de ſingulis capi poteſt. decoquantur omnia poſt contritionem earum cum aque lib. xxiiij. vſque ad tertiam partem. deinde coletur ⁊ proiiciatur ſuper ea olei de cherua emine. ij. ⁊ coquatur vſque ad conſumptionem aque: ⁊ ſunt ex hominibus qui addunt in eo ireos. ʒ. vj. tapſie. ʒ. ij. aniſi cordumeni ideſt carui agreſtis añ. ʒ. i. ſ. calami aro. ʒ. ij. ſ. ſpice inde. ideſt nardi. ʒ. i. expreſſionis alaſce. ſextaria tria. ⁊ adminiſtretur vbi oportet. ⁊ ſunt qui loco olei de cherua ponunt oleum irinum ideſt de ireos. aut oleum de cheiri ideſt de viola citrina. aut oleum de amigdalis amaris. aut ex omnibus partes conuenientes.

¶ Iſtud oleum eſt in vſu: maxime apud Mediolanenſes. dicitur autem de piperibus propter tria genera piperis q̃ in eo ingrediuntur. ⁊ ſunt proprie albi dicti leuci. nigri dicti melani. lõgi dicti macri. ⁊ hec tria genera nota ſũt apothecarijs. ſed apud medicos nõ tñ. qꝛ opinio multorum medicorum eſt quod piper album ſit cataputia. aut granum been. quod non eſt credendum. ⁊ ego ſumme admiror ꝙ doctores ſupradicti in deſcriptione olei de been ſint decepti in re tam facili. cum habeant capitulum ſpeciale ⁊ clariſſimum a Serapione qui hec tria genera apertiſſime declarat.

¶ Haſce humide. ideſt recentis ⁊ eſt thimus. nam inuenitur in aliquibus codicibus meſue vbi dicitur haſce humidi. ergo haſce eſt verus thimus ſicut apparet apud Sera. in capitulo de thimo. quidam dixerunt ꝙ eſt yſopus deus vero nouit.

Oleum de cherua eſt oleũ quod ſit ex ſemine: quod dicitur granũ regũ ſiue cataputia maior: vt apparet ſupra. Emina ſm Aui. in q̃nto cañ. in cap. de põderibus emina italica ⁊ egyptiaca eſt. ℥. xvj. ⁊ emia rõana eſt. ℥. xx. Papias ait. emina appendit librã vnã que geminata ſextarium facit: habet dragmas centum.

¶ Tapſia ſm Diaſ. dr̃ tapſia: qꝛ primo in iſula tapſo fuit inuẽta ab Aui. vocaĩ thexiſiſie: ⁊ dic̃ ꝙ ẽ gũmi ruthe agreſtis: ⁊ ſecundũ haliabbatem tapſia eſt rutha agreſtis. Auerro. v. col. inquit tapſia ideſt gũmi ruthe agreſtis ſecunduꝫ quoſdam medicos. quidam praue crediderunt ꝙ eſſet rubea tinctorum: ſed non recte: verum eſt ꝙ tapſia ſꝫ Simonem ex auctoritate pauli eſt rubea tinctorum. ſed aliud eſt Auic. in quinto cañ. in capitulo de cura alguada ⁊ albaras in quodã medicamine habet tapſiam ⁊ rubeam tinctorum: quod non eẽt ſi eſſet idem. ſunt ex hominibus qui loco tapſie ponunt ruthã ſilueſtrem: ⁊ ſunt ex hoibus q̃ ponunt caſſiam: ⁊ ſunt ex hoibus qui ponunt lepidum qđ eſt genus eruce ſiue ſeitaragi indi.

¶ Sextariũ ſm Auic. in quinto cañ. i ca. de põderibus eſt. ʒ. vj. idem dicit gentilis ſuper illum paſſuꝫ. moder. vero generaliter opinantur ꝙ ſextarium ſit pondus duarum librarum cũ dimidia: maxime quando inuenitur ſextarium vini vel aque vel ſuci. ſi vero inuenitur ſextarium cinamomi aut piperis intelligitur pondus dragmarũ ſex. in hoc ſunt diuerſe opiniones.

Oleum de euforbio. ℞. euforbij. ℥. ſ. olei de cheiri. i. olei qđ ſit ex viola citrina. ℥. v. vini odoriferi. ℥. v. decoque vſque ad vini conſumptionem ⁊ vtere.

¶ Iſtud oleum eſt in vſu. Meſue ponit ꝙ iſtud oleuꝫ poteſt fieri duobuſ modis. ⁊ ſic eſt ꝙ ſunt ex hominibꝰ qui faciunt ipſum ſm primum modũ: ⁊ ſunt qui faciunt ipſũ ſecundum alium modum. verum noſtri doctores mag. laudant ſm modum q̃ꝫ primum. Auicẽ. in quinto cañ. habet vnam aliam deſcriptionem que videtur eſſe eadem cum ſecunda deſcriptione: ⁊ ſic aliam ſcribam.

Oleum de euforbio ſm alium modum. Recipe ſtaſiſagrie: condiſi ana. ʒ. iij. piretri. ʒ. vi. calamẽti mõtani ſicci. ʒ. xij. coſti. ʒ. x. caſtorei. ʒ. v. tere ⁊ decoque in vaſe vitreo cum vini odoriferi lib. iij. ſ. poſtquã infuſa fuerint in eo diebus duobus vſque ad mediũ vini. deinde frica manibus fricatione vehementi: ⁊ cola ⁊ fundes ſup ipſuꝫ olei de cheiri. i. de viola citrina aut olei ſiſamini li. i. ſ. ⁊ decoque vſqꝫ ad conſumptioneꝫ vini. deinde ꝓiice ſuper ipꝫ euforbij recentis ⁊ albi. ʒ. iiij. trita cõtritiõe vltia ⁊ coquatur cum eo ⁊ vtatur.

¶ Iſtud oleũ eſt illud qđ magis laudant noſtri doctores.

Euforbium vero eſt gũmi ſatis notum.

Staſiſagria ſm Aui. in ſcđo cañ. eſt vua paſſa mõtana ⁊ eſt granũ capitis ⁊ in monte libano iueniĩ de ea plurimũ ⁊ eſt granum nigrũ: ſicut cicer nigruꝫ: ⁊ hec ab aliquibus dicitur pedicularia: eo ꝙ pediculos occidit.

¶ Condex. i. condiſi ⁊ eſt id ꝙ Diaſ. vocat ſtructiuꝫ ⁊ ſũt radices quibus vtuntur lanarij ad ſuffumigandum lanas ſm intentionẽ Diaſcori. nunquaꝫ potui cõponere eã virtutem. etiaꝫ habet ad prouocanduꝫ ſternutationem. ⁊ ꝑꝑ id multi crediderunt ipſum eſſe eleborum album: ſed non recte ſicut patet per Diaſc. propterea macer vocat id ſtructiũ: ⁊ inquit ꝙ non minus ꝓuocat ſternutationem q̃ꝫ eleborus albus. Dinus autem florenti. in lib. 2. in capitulo de cura ſcrofularum inquit. condiſi. ideſt eleborus albus quod falſum eſt. idem dicit Auerro. in quinto col. vide ẽt Auicen. in quarto canoñ. in fen. vj. in ſumma ſecunda venenoruꝫ ex plantis qui ait de condiſi ⁊ eleboro albo. ergo idem non ſunt. verum hodierni putant ipſum eſſe ſpeciem elebori: ⁊ loco eius poteſt poni eleborus eo carẽtes ⁊ nullo modo audeant huius interius propinare.

Oleum vulpinum. Recipe vulpẽ integraꝫ: cuiꝰ interiora ſint euulſa. ⁊ pone i vaſe ⁊ funde ſuper ipſã aque fontiuꝫ ⁊ aque marine ana. kiſt. i. lib. i. ſ. olei antiqui clari kiſt. ij. ſ. decoque lento igne cum ſalis. ℥. iij. vſqꝫ ad aque conſumptionẽ. deinde pone in vaſe ⁊ ꝓiice ſuper ipſam herbe aneti ⁊ alaſce ideſt thimi ana. lib. i. ⁊ funde ſuper ea aque dulcis vbi cocte fuerit ex eiſdeꝫ herbis añ. m. i. manipulis eſt tantum quantũ capi poteſt vna manu. d̃coque ſicut prius vſqꝫ ad aque cõſumptionẽ ⁊ adminiſtretur. eſt. enim mirabile. ⁊ quãdoqꝫ preter oleum coquitur vulpes i aqua fontiuꝫ ⁊ aqua ſalſa. ⁊ ſit aq̃ quãtitas multa cum eiſdem herbis ⁊ adminiſtretur lauãdo in tina ⁊ eſt efficax: hoc quoqꝫ nõ pretermittimus quod vulpes tãdiu debet coqui ſiue in faciẽdo oleũ ſiue. aquã ad abluẽdum dõec ſic cocta ſit vt eiꝰ artus omnes laxẽtur ⁊ diſſoluãtur.

¶ Iſtud oleum eſt multum in vſu. Ioãnes anglic. in capitulo de dolore iuncturarum inquit. oleum vulpinum eſt medicamen vltimum ad arteticam. ⁊ podagram ⁊ doloreꝫ renum. ⁊ dorſi. quod ita ſit vt dicit Meſue. Petrus argillata in cap. de podagra ſiue gutta frigida ponit vnguentum de vulpe ipſius Meſue. Recipe vulpem integram euulſis interioribus ⁊ pone in vaſe cum aqua ſalita vino ⁊ oleo. ⁊ vltra hoc pone in iſto vaſe ſaluiam rorẽmarium iuniperum anetum origanum ⁊ maioranã omnia iſta bulliant. vt docet ipſe ibidẽ. miror ob tali verba. nam primo Meſue non ponit vnguentum de vulpe. preterea deſcriptio olei vulpini non eſt eadem. ſꝫ vide ſupra in vnguento de vulpe. vulpes vero apud arabes diciĩ thaleb. Gul. narrat virtutẽ ipſius dicẽs. ꝙ oleũ i quo decoquitur vulpes cõfert multũ doloribꝰ iuncturarum. ⁊ multi medicoꝝ ponũt ipſaꝫ viuã in vaſe cũ oleo ⁊ decoquũt ⁊ quidã põunt eã mortuã ſꝫ hoc oleũ nõ eſt plus reſolutiuũ q̃ꝫ oleũ in q̃ coquitur adeb. nã quãdo cogtur i oleo ẽ virtus eiꝰ reſolutius multũ. ⁊ nos q̃dem diximꝰ ꝙ medicie que hoc faciunt attrahunt ab interioribus corporis

Oleum de ſcorpionibꝰ. Recipe ſcorpiões circiter. xx. vel plus vel minꝰ ſecũdũ quãtitatẽ coꝝ ⁊ pone in vaſe vitreo. ⁊ funde ſup eos olei amigdalaꝝ añ. lib. ij. ⁊ ſtringe caput vaſis. ⁊ dimitte i ſole diebus. xxx. deinde cola ⁊ vtere.

Iſtud oleũ eſt in vſu. Meſue docet ipſum cõpõere duobus modis. ⁊ ſic ſunt ex hominibꝰ qui cõponũt ipſuꝫ ſecũdũ primũ modũ. ſꝫ noſtri doctores magis laudãt ſecundam deſcriptionẽ quam primã. ⁊ ſic illam deſcribam.

Oleum de ſcorpionibꝰ ſecundũ aliũ moduꝫ. Recipe ariſtologie ro. gentiane. ciperi. corticũ radicis capparis. añ. ℥. i. fũde ſup ea olei amigdala. amararũ kiſt. i. ⁊ põe in ſole. xx. dieb. deĩde proiice ſup ea ex ſcorpionibꝰ a. x. vſque ad. xv. ⁊ iteꝝ ſtringe orificiũ vaſis. ⁊ dimitte i ſole ꝑ dies. xxx. deĩde cola ⁊ reſeruetur. ẽ. n. mirabile.

Iſtud oleum maxime ſecundum iſtam deſcriptionẽ ẽ illud quod magis laudãt noſtri doctores. vide etiã apud raſim in libro de diuiſionibꝰ in capitu. medicinarum vrine vnam deſcriptionẽ que eadem huic eſt. Ioannes ãglicus in cap. de lapide renum habet hanc deſcriptionẽ. ſcorpiones autẽ ſatis nati ſunt ſupra narraui de ipſis in cap. de tyriaca. que valet contra ſcorpiones

Oleum de ſerpentibꝰ. Recipe ex ſerpẽtibꝰ nigris circiter li. ij. ſint ſerpẽtes nigris itegri. ⁊ funde ſup eos olei ſiſamini. kiſt. i. ſ. ⁊ põe in vaſe terreo vitreato ſtricti orificij. ⁊ ſigilla orificiũ vaſis. ⁊ d̃coqꝫ lento igne vſqꝫ dũ diſſoluantur ſerpẽtes. ⁊ caueat ſibi operator a vapore eius. ⁊ cum coctũ fuerit dimittatur infrigidari ⁊ recondatur in vaſe vitreo. ⁊ adminiſtretur liniendo cũ penna.

Iſtud oleum non eſt in vſu.

Serpens autem accepit nomen: qꝛ occultis acceſſibus ſerpit. Auic. in quinto cañ. habet vnam aliam deſcriptionem que eſt ſimilis huic. idem habet Leonardus de preda palea in capitulo de fiſtulis. Gilibertus de anglia in capitulo de paraleſi habet vnam aliam deſcriptionem. ſed non eſt ſimilis iſti. ſpecies autem ſerpentum multe ſunt. Auic. in ſecundo canoñ. de ſerpente facit capitu. ſed ibi non narrat eius ſpecies. verum idem in quarto. in fen. vj. in. capi. de ſpẽbus ſerpentum de ipſis loquitur ⁊ narrat de morſu baſiliſci. i. reguli quoniam habet coronam. cuius longitudo ẽ duorum palmorum. ⁊ caput eſt acutum valde. ⁊ oculi eius ſunt rubei. ⁊ color eius ad nigredinem ⁊ citrinitatem decliuis eſt. qui adurit totũ ſuper quod incedit. ⁊ nõ

oritur in circuitu cauerne eius aliquid. ⁊ cuꝫ opponit habitationi eius auis moritur ipſa auis. ⁊ ſm plurimū qui tangit eum cum virga moritur. ⁊ eſt mediāte virga. ⁊ propter illud iam tetigit illum miles quidā cum lancea ſua ⁊ ſtatim mortuus ē miles ⁊ animal eius: ⁊ tetigit ipſe labiū equi. quare mortuus eſt equus ⁊ miles. ⁊ hi quidem ſerpētes multiplicantur terra aroth ⁊ nubie. verum de numero ſerpentum primi ordinis reponūtur ſpecies quedam draconum interficientium ſicut baſiliſcus flatu eoꝝ. d eoruꝫ numero fuerunt dracões de quibus recitat Ariſtoteles in libro de proprietatibus electuarioꝝ ⁊ plantarū. ꝙ tempore regis Philippi erant in duobus montibus inter quos montes erat poſita via ducēs ad ciuitatē. ⁊ quotquot per illam viam tranſibant quando erāt inter illos duos montes moriebanf. ⁊ tunc Socrates ingēiatus eſt ad mortem ipſorum ⁊ facit fieri caueam vitreā ⁊ intrās in eam illuc perrexit. ⁊ vidit illos quoruꝫ flatu inficiebatur aer. per cuius reſpirationem ⁊ contactum inficiebātur trāſeuntes ⁊ moriebantur. dicunt etiā quidam quod regulus ſerpens interficit ſuo ſibillo ⁊ ſuo viſu. regulꝰ etiā eſt auis paruiſſima omnibus nota. nullius effectus ad opera medicine.

oleum de ranis. Recipe ranarum aquaticaꝝ capita circiter. ℥. vj. ⁊ funde ſuper ea in vaſe vitreo olei ſiſamini. lib. ſ. ⁊ obtura orificium vaſis. decoqꝫ ſicut diximus in oleo ſerpentino. ex multis auteꝫ rebus ſiunt olea ſecundū hunc modum que rerum ex quibus ſiūt virtutem habent. de quibus multi ex ſcriptoribus ſcripſerunt in quibus ſermonem non extendimus.

Iſtud oleum non eſt valde in vſu. Joan. anglicus in ca. de dolore iuncturarum habet deſcriptionē huius olei. ſpecies autem ranarum multe ſunt. Aui. in ſcdo can. de ipſis loquitur. ſed non diſtinguit ſpecies earum. veruꝫ idem in quarto canonis in fen. vi. in tractatu ſcdo de venenis ebibitis que ſunt ex animalibus loquif de ranis lacunalibus viridibus ⁊ marinis rubeis. ⁊ de ranis citrinis. ⁊ ibi loquitur de venenoſitate que eſt in ipſis. nā ſine dubio oēs rane ſunt venenoſe. Serap. in cap. de ranis inquit ex auctoritate Dia. rane que ſunt in paludibus quando coquūtur cuꝫ ſale ⁊ oleo ⁊ adminiſtrantur in cibo ſunt bezaar venenis. nam bezaar eſt tyriaca contra venenum. etiam bezoar eſt lapis cōtra venenū. Iſido. in cap. de piſcibus inquit. rane a garrulitate vocate eo ꝙ circa genitales ſtrepunt paludes ⁊ ſono vocis importūis clamoribus reddunt. ex his quedā aquatice dicunf qdā paluſtres quedā rubete. ob id qꝛ in vepribus viuūt grādiores cunctaꝝ alie calamites vocanf qm inter harundines ⁊ fructices viuūt minute oium ⁊ viridiſſime mute ⁊ ſine voce ſunt. agridule rane pue in ſicco vel agris morātes. vnde ⁊ nuncupate. negant quidē canes latrare. quibus in offa rana viua fuerit data.

oleum de ouis. ℞. vitella ouorū elixatorum circa. xxx. ⁊ cōminue ea manibꝰ ⁊ pone i ſartagine lepida ⁊ frige ſuper ignē mouendo cum ligneo aut ferreo cocleari donec rubeſcant ⁊ reſoluatur ab eis oleum. ⁊ tūc exprime ea cum cocleari ⁊ manabit abunde.

¶ Iſtud oleū nō eſt in vſu. ſm intentionē Meſue pōt cōponi tribus modis. Leonar. de pda palea in ca. de fiſtulis habet etiam hanc deſcriptionem.

¶ Ouoꝝ ſpēs ſunt plures. Aui. in. 2. cañ. ait. oua nota ſūt ⁊ meliora ex eis ſunt oua galline recētia. meliꝰ qd in eis ē. eſt vitellus. ⁊ melius eoꝝ artificiū eſt vt nō cū alio cōgelētur. Galie. ait inquit. oua que eligimus ſunt oua gallinaꝝ non ergo oꝫ ꝙ narremus naturam aliorum ouorum.

oleum de frumento. modus opationis eius eſt. pone frumētuꝫ ſuper laminā ferream ignitam non multum ⁊ comprime ⁊ manabit oleuꝫ. ſecundus modus ponatur frumentum excorticatū in vaſe ſublimationis. ⁊ fiat ſicut dicemus.

¶ Iſtud oleū eſt in vſu. Leonar. de preda palea in capitu. de fiſtulis habet huius olei deſcriptionē. Frumentū. i. triticum Iſido. ait frumenta ſunt proprie que ariſtas habēt. fruges autem reliqua. frumenta autem vel fruges a fruendo hoc eſt a veſcēdo dicta ſūt. nā frument. dicitur ſumma pars gule. primitiue proprie que ſunt de frugibꝰ pcipiunf. triticum vel a tritura dictū. quod puriſſimum horreo condatur vel qꝛ granum eius cōmolitur ⁊ teritur.

oleum ſinapinū. modus eiꝰ ē ſicut olei de frumēto.
¶ Iſtud oleū eſt in vſu ſꝫ intētionē Meſue eius opatio eſt ſicut opatio olei de frumento. ego aūt vidi fieri oleū de ſinapi ſicut fit oleū de amigdalis. ſinapis autē due ſunt ſpēs. ſ. nigra ⁊ alba. nigra aūt eſt illa que intelligitur qñ ſimpliciter ponitur. ⁊ vtraqꝫ nota eſt.

POSSEDIA. Ex ea.ʒ.i.bibita cum puſca ſplē ſiccat cū yris illirica mixtus ⁊ in cataplaſmatibꝰ poſitus ⁊ mulſa adhibita doloꝛes podagricos mitigat.aceto aūt mixtꝰ lepꝛas ⁊ maculas ⁊ puſtulas coꝛpis tollit. Acceptus ſol'onem vētris facilē pſtat: mulſe mixtus nauſeā ꝓuocat cacoſtomaticus eſt.oleū qđ ex ip̄o ſemine exit acceptū ventrem mollit.coꝛiū radicis eiꝰ ſtipticū eſt.expꝛeſſus ſuccus eius vtilis ē vt aſpꝛedinē ⁊ pꝛuriginē coꝛpis mirifice purgat. SERAP. Ben cōfert empetigini ⁊ lentiginibus q̄ ſunt in facie ⁊ ſcabiei ⁊ pꝛuritui ⁊ egritudini cuꝫ q̄ eleuat̃ cutis cū aceto ⁊ attenuat duriciē epis ⁊ ſplenis ſi eis ſupponat̃ cū aliq̄ pharmacia ex deſiccantibꝰ: ſed in ſucco eiꝰ eſt paꝝ ſtipticitatis. Mouet vomitū qn̄ bibit̃ ex eo cum melle ⁊ laxat ventrē laxatione foꝛtioꝛi: ⁊ aufert cicatrices multū oleū eiꝰ iunctū.coꝛtex exterioꝛ ipſiꝰ grani adminiſtrat̃ qn̄ indigemus ſtipticatiōe multa. IO.MES. Ben p vomitū ⁊ p ventrē educit flegma crudū groſſuꝫ ⁊ ē medicina mirabilis ad colicā flegmaticā ⁊ vētoſam. Et etiā criſterizat̃ ⁊ ſupponit̃: ⁊ fit ex medullis eiꝰ emplm̄ ⁊ farina oꝛdei ⁊ melle ſoluit apata dura ⁊ ſcrofulas: valet ad egritudines neruoꝝ frigidas ſicut eſt ꝯtio ⁊ ſpaſmus. calefacit.n.eos ⁊ lenit duriciem eoꝝ ⁊ nodoſitatē ⁊ emplaſtrat̃ ſup epar ⁊ ſplenē ⁊ ꝓpꝛie cuꝫ farina lupinoꝝ ⁊ ſpica ⁊ ꝯfert duriciei ⁊ opilationi coꝝ. Ben aūt paruuꝫ emplaſtrat̃ in egritudinibus p̄dictis ⁊ eſt virtuoſius: ⁊ ſil'r eius oleum. Oleū aūt de ben notū ꝯfert veſtigijs vlceꝝ ⁊ lentiginibꝰ ⁊ feditati eius ⁊ moꝛfee ⁊ diſtillat̃ in aurem ⁊ cōfert doloꝛi eiꝰ ⁊ ſonitui in ipſa ⁊ ſurditati . doſis eius eſt a ʒ.5.vſqꝫ ad.ʒ.i.5. AVICEN.li.2.ca.de ben. Ben ē mundificatiuū ⁊ ꝓpꝛie eius medulla: ⁊ inciſiuū humiditatum groſſaꝝ: ⁊ apit cū aceto ⁊ aq̄ opilatōes viſceꝝ.⁊ in arboꝛe ipſius eſt amaritudo ⁊ ſtipticitas.⁊ ꝓpter hoc eſt i ip̄a virtus cauterizatiua.⁊ eius coꝛtex eſt ſtipticus plus . ⁊ oleuꝫ ipſius nō euacuat̃ a ſtipticitate. Et in ipſo toto eſt abſterſio ⁊ inciſio.ſemē eius ꝯfert lentiginibꝰ magnis ⁊ paruis et pāno et moꝛfee et veſtigijs vlceꝝ.et ſil'r eiꝰ oleū: et cōfert apatibus duris omnibus cum ponit̃ in emplaſtris et vnguētis et ꝯfert cū aceto excoꝛiatiōi et ſcabiei vlcerate. et ꝯfert bothoꝛ lactee et aſahaphati et calefacit neruos ⁊ lenificat ſpaſmū et duriciē neruoꝝ et ꝓpꝛie oleuꝫ eius.et ꝯfert doloꝛi auris et tinnitui q eſt in ip̄a cū adipe anatis. Ex decoctio radicis eiꝰ ꝯfert doloꝛi dentiū ſi cū ea os colluit̃. Et ꝯfert duriciei ſplenis qn̄ bibit̃ cū aceto mixtū ex eo in pōdere duaꝝ.ʒ.qn̄qꝫ etiā ꝯiungit̃ cū fermēto aut farina loly et aqua alkaratin aut farina oꝛdei aut farina lupini et fit ex eo emplm̄ ſpleni.et ip̄m qđē eſt malū ſtomaco faciens nauſeā et ſi bibat̃ ex ſucco eiꝰ aureus.i.cū melle facit vomere foꝛtiter et ſoluēdo educit flegma cruduꝫ cū bibit̃ cū melle.et ſil'r eiꝰ oleū: et ſil'r cū ſupponit̃ liciniū īfuſuꝫ in ip̄o loco eiꝰ ponit̃ q̄ꝫtū ip̄ꝫ eſt de rubea: et medietas ſui de coꝛtice caſſielignee.et decia pōderis eiꝰ macis.

B alanoc eſt ſpēs canfoꝛe.

B allariana ideſt ſu.

B alas ē cū multe placēte in oleo frixe ponūt̃ in patella vna ſup aliā locādo

Caplm̄. LXXV.

Balauſtia. lati.gre.balauſtion.arabi.lulitia. Balauſtia eſt flos mali granati caducus quē Diaſco. vocat qtinū.cap.de malogranato.fri.ē et ſic. in.2. SERAP.li.aggre.ca.lulitiar.i. balauſtia . et ē flos mali granati.et ex maliſgranatis quedā ſunt domeſtica q̄dā ſilueſtria: ſed flos ſilueſtris dr̄ balauſtia: quaꝝ q̄daꝫ inuenitur alba quedam purpurea et quedam roſacea.

AVI.li.2.ca.đ balauſtia. Balauſtia flos ē granati ſilueſtris pſici aut egyptij: et ipſa qđē qn̄qꝫ ē rubea . qn̄qꝫ alba et qn̄qꝫ roſea.et ſucci eiꝰ natura ē ſic̄ ſuccꝰ barbe hircine. fri.ē in fine p̄mi.ſic.in.2. GAL.6.ſm̄.phar.cap.balauſtiū. Balauſtiū ē flos mali granati ſilueſtris q̄lis domeſtico vicinus: vehemēter aūt ſtipticat guſtū.nec nō deſiccatiue et ſtiptice v̓tutis ē.palam quoqꝫ ꝙ eſt groſſaꝝ partiū ſi recolamus dicta in q̄rto hoꝛuꝫ monumentoꝝ cum oſ̄debamus omne ſtipticū terreſtre eſſe et frigidū. Nullius aūt alterius ſapoꝛis hꝫ indicium: et ideo ponet vtiqꝫ hoc aliquis ſiccare et infrigidare nō debiliter ſi quidē nō male oſ̄debat̃ a nobis in quarto hoꝝ nocumētoꝝ ineſſe ſtipticitatē terreſtribus et frigidis coꝛpoꝛibus: deinde et apparētia teſtant̃. Et.n.ſi paratritionibus et alijs vlceribus id apponas: citius quidē videbis ad cicatricē ꝓcedere.hinc eſt.n.ꝙ emittētibꝰ ſanguinē et diſſinterijs: adhuc in fluxibus qui in ventre et matrice nō eſt aliquis medicoꝛum ſcribētium curatiuum negocium qui nō vtat̃ hoc pharmaco. POSSE SERAP. Balauſtia incarnat et ſtringit et curat tenaſmonem et conſolidat vlcera inteſtinoꝛum: et confert ſputo ſanguinis ⁊ fluxui menſtruoꝛuꝫ ⁊ confert ad omnia ad que confert hypoquiſtidos.

AVICEN. Balauſtia eſt gluctinatiua et retinet oēm fluxū ſanguinis et generat melācoliam et eſt bona gingiue ſanguinolēte et cōſolidat plagas et vlcera antiqua et alhocoꝛ.et ꝑcuſſionē puluerizata deſuper: et firmos efficit dentes motos: et ꝓhibet fluxum ſanguinis. et ſtringit fluxum inteſtinoꝝ et fluxum matricis ſanguineum.loco eius ponatur coꝛtex glandis et caput granati.

B alanſtum.i.quercus.
B aluſti.idem.
B albaiati.eſt gen⁹ apoſtematis corroſiui.
B aleccara vel balecara. ē animal ſimile lacerte: ſʒ vētricoſius ſatis qđ īuenit̃ barbarie ⁊ ſardinie: ⁊ ē coloris lacerte.l.dab.
B alfel ſunt quidā̃ fructus vt apparet in.l.bule.
B alialmō.i.colen ⁊ eſt fel.
B alifen.i.poꝝ greci dicūt q̄ ē herba fructuoſa angulosis caulibus nigris.
B alliocē. Pli.li°.27.cap.8. circa principium.
B alkati eſt genus apatis.
B alſamita.mēta aquatica quid ſunt. l. ſiſimbrium ſiſnabar.aribiec. (ſa.
B alſamita aq̄tica.i.meliſ
B alſamū qd eſt.l.ielefem.
B alſales ideſt bulbus belbeſum. ⁊ eſt balſalalʒir.
B alſaton.ſunt capilli q inueniunt̃ in arbore balſami. vt appet.i.l.icleſſeʒ.
B altat.bar.barar.i.anas auis.
B altonica.i.camomilla.
B aluan ideſt faciens mordicationem ſtercoris.
B aluū in Aui.buſuris non bñ ſcriptū ē naʒ ara.ſcribit̃ balach. ⁊ ſic ēt ſcribitur in cap.de gallia p̊. nā duo ð ipa facit capitla: ſʒ ſcribit̃ albella.ſunt dactili immaturi.
B aluum eſt cibariū qđ fit ex tritico lacte ʒuccaro.
B anaich.i.ebullus.

Caplm. LXXVI.

Bara. vel bara.vel baratl.ara.gre. cucurbita genella: vel collogntida lati.cucurbita. Cucurbita fri.ē ⁊ hūida.in cibis ⁊ medicis cōpetit ⁊ p̄cipue ſemia ei⁹ q̄ ante maturitatē colligunt̃ ſemia aūt ipſa diuretica ſūt ꝑpter ſubtilitatē ſube eoꝝ ⁊ p̄cipue medicine competūt. Cōtra calefactōeʒ epatis raſura cucurbitaꝝ ꝯterat̃ ⁊ ſuccus exprimat̃ ⁊ addito aceto vel agreſta pānus intinctus ſuperponat̃. Cucurbita cocta cuʒ carnib⁹ maxie ꝯfert colericis ſanis ⁊ eſtate acutiſſime febriētib⁹. Elixe cucurbite ſine cōdimēto vel cū lacte amigdalaꝝ: ⁊ ēt aſſate cum agreſta ſūt cib⁹ ⁊ medicia. Silr coque cucurbitā in paſta ⁊ bñ diſſoluat̃ in aq̄ ⁊ ex illa aq̄ ⁊ ʒuccaro fiat ſyrup⁹. optimus eſt acutiſſime febriētib⁹ epaticis ⁊ ethicis. ⁊ pōt dari a p̊n°: q: mām digerit ⁊ purgat p vrinā. aliquantulū laxat ēt. ꝯ opilationē epatis ⁊ renū ⁊ veſice ⁊ ꝯtra apata pectoris valet. ſemina eius mundata ſi cōterant̃ ⁊ in aq̄ ordei coquant̃ ⁊ aliquantulū ablactent̃ ⁊ aq̄ ipſa colata cū ʒuccaro mixta patientib⁹ det̃: vel ex aq̄ illa fiat ſyrupus. ⁊ nota q̄ maiorē ṽtuteʒ hñt ſi ablactent̃ ſemina q̄ʒ ſi coquantur. valet ſilr p̄dictus ſyrup⁹ in febrib⁹ acutis. Silr notādū q̄ poſt maturitatē dʒ cucurbita colligi ⁊ ſuſpēdi cū ſeminib⁹ vt ſuba deſiccet̃ ꝑpter ꝯglutinatōeʒ eius: deinde cū aq̄ lauet̃ ⁊ ſoli exiccet̃ ⁊ in loco ſicco ꝯſeruet̃ ne ꝑpter hūiditatem multā corrumpat̃. SERAP.li°.aggre.cap. bara. ṽtus ei⁹ eſt fri. ⁊ hu.in ſcđo: ⁊ ſuccus abraſionis eius ꝯfert dolori auriū q accidit ab apatibus qñ adminiſtrat̃ cū oleo ro. ſilr aūt caro ipſius cucurbite qñ fit emplm cū ea extinguit ⁊ infrigidat apata calã infrigidatiōe ⁊ extinctōe cū tēperamēto. ⁊ dixit. cucurbita eſt minoris malitie q̄ʒ fruct⁹ eſtiui oēs qñ bñ digerit̃: ſed ſi corrūpat̃: ⁊ nō bñ digerat̃ ⁊ nō deſcēdat a ſtō cito corruptio ei⁹ ē mala valde. GALIE.6.ſim.phar.ca.collogntida. Cologntida.i. cucurbita fri. ⁊ hu. eſt ꝯplonis eſt ꝭʒ tertiū in ambob⁹ graduʒ. vñ ⁊ raſure ei⁹ ſuccus ad auriū dolorē q ſ̃m flegmonem ꝯfert vtentib⁹ cū rodino. ita ṽo ⁊ tota cataplaſmata calidos flegmōes infrigidat moderate. eſt aūt ⁊ cū comedit̃ mollificatiua ⁊ ſiticuloſa. DIASCO.ca. de cucurbita. cruda trita ⁊ cataplaſmatibus adhibita papulas corporis amputat. apati calõ maximū preſidiū eſt. ſuccus raſure eius dolorē calm auriū mitigat cū oleo ro. mixtus ⁊ aurib⁹ inſtillatus ⁊ cerebro appoſitus eſtuatōes infantiū mitigat ⁊ confert apatibus calidis q̄ ſunt in cerebro coꝝ tumoribus oculoꝝ opitulat̃. podagricis maximū p̄ſidiuʒ eſt. elixa quoqꝫ ⁊ exp̄ſſa melle ⁊ nitro addito ⁊ bibita ventrem mollit. cruda ⁊ excauata ⁊ vino impleta ſi ſic manſerit vna die ⁊ vna nocte. ⁊ poſtea bibat̃ ſimiliter ventrem mollit. crude ⁊ trite leniunt oēm tumorē. ſuccus eius dolorē dentiū mitigat: ſi diutius in ore teneat̃: ſed oleo roſa. mixtus ex vnctōe corporis admotus febriū reſtringit ardorem. ⁊ qñ fit emplm cū raſura eius ⁊ medulla panis ſuper podagram ca. aut ſup heriſipillaʒ confert. cinis aridi corticis efficaciter pōt ſanare combuſta. eundē cinerē dicimus ab expertis vulnera in veretro iam in putredinē ṽſa purgare: ⁊ ad cicatricē ꝑducere podagre eſtuanti ⁊ ignib⁹ ſacris cortices virides ſubueniūt. ſemini ſicco illa vis traditur: vt in puluerē tonſum ⁊ impſum impleat vulnera que cauata ſunt: in cibo ſumptū ſtomacū relaxat. bibēdi deſideria nō excitat: ſuccus tepefactus dolori auriū q ex inflamatione caloris fit infundit̃: humectat aūt ⁊ īfrigidat abundanter ⁊ ptiriaſiʒ infantiū raſura depellit cū polēta. Hec eadē dicit Sera.auc. diaſco. ſub alys ṽbis. ⁊ idē Sera.auc. Aben meſuay. Sanie cucurbite ꝯfert tuſſi ⁊ dolori pectoris q ꝑuenit a caliditate ⁊ abſcindit ſitiʒ. Et idē auc. Meſarugie. qñ cucurbita inuoluit̃ in paſta ⁊ aſſat̃: deinde exprimit̃ eius aqua ⁊ dat̃ in potu cōfert febr. acutis ⁊ tuſſi ⁊ ſedat ſitim. ⁊ quādo ſumitur cum ʒuccaro mollit vētreʒ mollitōe leni. ALMANSOR. tracta. 3°.cap. de cucurbita. Eſt frigi. ⁊ humi. que ſtomaco mala exiſtēs appetitū deſtruit. ſitim quoqꝫ ſedat ⁊ epatis ⁊ ſtōi ardorem extinguit quādo in eis abundat calor.

B ar. vel barar. vel baltat ideſt anas auis.
B arach kebuli. eſt qđdam ſemen induʒ ⁊ ſunt eius due ſpēs quaruʒ vna eſt parua abſqꝫ rugis ⁊ alia magna cū rugis. Et earū melior eſt parua eradicat flegma ex iuncturis. ſoluit fl̃a ex inteſtinis. ⁊ ṽmes ⁊ aſcarides ⁊ ī ꝭ ē valde bōa ⁊ ē cataputia.
B arachion.i.apoſtema.
B araſen vel baraſeil ideſt lentigio aque.

Caplm. LXXVII.

Bararichichene ſiue baʒarichichen. arabice gre. ⁊ latine ſemen lini. GAL.7.ſim.phar.ca.ð ſemie lini. Semē lini ca.in p̊.in ſic.ē mediū. ⁊ ſi comedit̃ inflat. ⁊ cū toto ꝭ q̄ aſſat̃ īflat. hu. ⁊ q: ipʒ ē plenū hūiditate ſupflua. SERA.li°.aggre. auc. Ha. ṽtus ei⁹ eſt q̄ ſubtiliat ⁊ ꝑuocat vrinā ⁊ mēſtrua. ⁊ qñ bibit̃ ⁊ fit cuʒ ea emplm ꝯfert apatibus epatis ⁊ orificio ſtomaci ⁊ ipſi ſtomaco: ſed radicis ei⁹ ſtipticitas eſt amplior ſtipticitate floris: ⁊ caliditas eius eſt minor caliditate ipſius. ⁊ ꝑpter eius ſtipticitatē acqrit q̄ admiſcetur cū medicinis que adminiſtrant̃ ad ſputū ſanguis. Et idē auc. Diaſco. flos eius eſt ſtipticus ſtipticitate pauca calefactiuus maturatiuus ⁊ eſt cali. q̄ſi in p̊mo. ⁊ eſt medium in hūiditate ⁊ ſic. Et ſcđa virtus ei⁹ eſt q̄ ē mollificatiuū. ſedatiuū doloꝝ ⁊ ꝯfert egritudinibus interiorib⁹: niſi q: eſt minus in hoc q̄ʒ camomilla ⁊ ē mediū inter laxatiuuʒ ⁊ ſtipticū ⁊ admiſcet̃ in eo paꝝ virtutis ꝑuocatiue vrine. ⁊ hoc quidē apparet in eo manifeſte qñ comedit̃ aſſatuʒ. ⁊ tūc eſt magis ꝯueniēs ad ſtrīgēdū ventrē. Et dixit in li° de ꝯſeruatōe ſanitatis. q̄ qñ ſemen lini decoquit̃ in aqua eius decoctio eſt infrigidatiua. Et idē auc. Diaſco. ṽtus ſeminis lini eſt ſimilis virtuti ſeminis fenugreci. ⁊ qñ admiſcetur cum aqua melle ⁊ oleo ⁊ ꝯficit̃ reſoluit apoſtemata calida ⁊ mollificat ea ſiue ſint interius ſiue exterius. ⁊ qñ fit ex eo emplm cū ficubus ⁊ nitro delet pānū ⁊ puſtulas albas faciei. i. papulas ſ̃m trāſlatiōeʒ noſtrā Diaſco. ⁊ qñ ꝯficit̃ cuʒ aq̄ reſoluit apoſtemata que ſunt in radice auris ⁊ apoſtemata dura. ⁊ quādo coquitur cum vino eradicat formicaʒ ⁊ ſpecies vlceruʒ que dicuntur faui. ⁊ qñ miſcetur cum melle ⁊ pipere et vtitur quis eo mouet coitum. et qñ miſcet̃ cum naſturtio quātitate equali cōfert ſciſſuris vnguium et earum exoriationi. et fit cum decoctione ei⁹ criſtere ad mordicatōeʒ inteſtinoꝝ: ⁊ matricis ⁊ mollit ventrē: qñ mulieres ſedēt in decoctōe eius ꝯfert apatibus mr̃icis ſicut fenugrecū. Et idē auc. Aben Meſuay ꝓprietas ei⁹ eſt ⁊ ṽtus vt qñ fit ex ea emplm mixta cera ⁊ melle ꝯfert ardoribus vnguiū. ⁊ ideʒ auc. Atabari. Si ponit̃ ſup vngues equat ineq̄litates eaꝝ. Et idē auc. Abugerig ꝯfert vlcerib⁹ veſice ⁊ renuʒ ⁊ maturat apata qñ fit cū eo emplm. Et qñ bibit̃ torreſcm̄: ꝯfert tuſſi fri. ⁊ hu. Et idē auc. Meſarugie expellit fetuʒ cito. ⁊ idē auc. Alcanʒi. Nō ē ei par ad expellēdū cito fetū ⁊ expellēduʒ aq̄ʒ. ⁊ idē auc. Raꝭ. ſedat dolores ⁊ ꝯfert pūctōib⁹ inteſtinoꝝ. PAV.ca.ð lino. linū qñ ꝯburit̃ fum⁹ ei⁹ ē ſubtilis ⁊ ꝯfert corize ⁊ ſuffocatōi mr̃icis. AVICEN.lib.ſcđo. cap. de ſemie lini. ṽtus ē eis ꝓxima ṽtuti fenugreci ca. in p̊mo. cōmenſuratū hūiditate ⁊ ſiccitate. Et dr̃ qdeʒ q̄ decoctio lini eſt decoctio recentis ei⁹. in ipſo. n. eſt hūiditas ſupflua eſt maturatiuū ⁊ abſtergit ⁊ īflat ꝑpter hūiditatem ſuā ſupfluam ita q̄ illud qđ ex eo frixuʒ eſt. hoc agit cū ſtipticitate q̄ in frixo manifeſte cōmenſurata ⁊ in non frixo manifeſte ꝑmixta cū lenificatione ⁊ eſt ſedatiuū doloꝝ minus q̄ʒ camomilla. ex ipo fit emplm cū nitro ⁊ bolo ⁊ lenit pānū ⁊ ꝯfert ꝯctioni vnguiū: ⁊ ſciſſuris ⁊ fracturis eaꝝ. ⁊ qñ ꝑmiſcet̃ cū eq̄li mēſura naſturty ⁊ ꝯficit̃ cū melle. lenit apata calã exteriora ⁊ interiora: ⁊ apa qđ eſt poſt aures cū aq̄ cinerl ⁊ apata dura ⁊ ꝓhibʒ ſpaſmū ⁊ ꝓprie ꝯctōeʒ vnguiū cū ꝑmiſcet̃ cū cera ⁊ melle eius ſuffumigatio ꝯfert corize. ⁊ ſilr fumigatio ipius lini ꝯfert tuſſi flegmatice ⁊ ꝓprie qđ ex eo eſt aſſatū. ⁊ eſt malū ſtō ⁊ eſt difficilis digōnis ⁊ ē pauci nutrimēti. qđ aūt ex eo frixū ē ꝯſtringit ventrē: ⁊ nō frixū eſt cōmenſuratū: ⁊ ei⁹ ꝑuocatio ē debilis: ſʒ ꝯfortat̃ cū aſſatōe. ⁊ qñ inungit̃ cū melle ⁊ pipe mouet coitū. ⁊ cū decoctōe ipſi⁹ fit peſſariū matrici ⁊ ſedet̃ in ea ⁊ iuuat̃ a mordicatōe q̄ eſt in ipſa ⁊ apatib⁹. ⁊ ſilr in iteſtinis ⁊ ex ea fit iuuam̄tū ad vlcera veſice ⁊ renū ⁊ cū ex decoctiōe qdē ſemis lini fit cliſtere cū oleo ro. magnificat̃ iuuamentū ei⁹ in vlceribus inteſtinoꝝ.

B araſicam.i.bdellium.
B araſmas quid eſt lege titimallus.
B aras ē q̄ſi morfea alba. ſ. q̄ īficit carnē ⁊ cutiʒ. ⁊ in hoc differt a morfea ī q̄ tm̄ īficit̃ cutis. vñ cū pūgitur morfea emanat ab ea ſanguis: ī baras nūq̄ʒ exit: ⁊ eſt in eo caro infecta vſqꝫ ad os ⁊ eſt quaſi incurabilis.
B arba aarō. Jarus.i.aarō. pes vituli. Dragōtea minor. Dia. cātica aſiris.
B arba algus.i.eleborus.
B arbachi vel barbaki ideſt meatus inguinis.
B arba hircina quid eſt. l. ciſſos hypoquiſtidos.
B arba iouis herba herculis vel bonades. i. ſtichados citrinū. hʒ. n. capitelluʒ florib⁹ plenū citrinis odoriferis. nō ē. n. ſtichados: ſed ei ſimilis.
B arbaſc⁹ ṽbaſcū. i. capſus barbaſſus. flōmos. Buſiū Buſiri. Pli.li. 25.ca°.9. Molena. Dia.
B arbol ideſt adiantum ſiue pollitricon.

Barba ſiluana ē plātago aq̄tica q̄ iuxta aq̄s naſcitur: cuius folia ſunt oblōga in acutū tendētia erecta ſup aquā ſilĩa folys plantaginis: niſi q: nō ſunt ei coſte appentes ſicut plātagini. vñ in dinamidys ſcribit Ha.ca. de curis genitaliū valere ad impregnādū. ⁊ idē dic̃ eodē li° de epilēſia q̄ barba ſiluana ē centūmeruia aq̄tica ⁊ ponit̃ ſilr barba ſiluana ī antidotario Ha. minori ī quodā medicamine qđ incipit medicamē ad incipiendum.

B arbatus.i.elleborus.
B arbalon. i. vritides pori Hali 2°. tegni. ꝯmen. 15°.
B arbar Bartha. nomē eſt emplaſtri ſcripti in antidotario virili.
B arch ideſt oua.
B ariliez. arabi. torpedo piſcis ſtupefaciens.
B arſceguanſcen. ara. capillus algol. capillus viridis ſyriace capillus porcinus. Aui. coriādrū putei Dia. Adiātū. Pollitricō
B ardenedia.i.meliſſa. ha (li.
B arob.ara.oua.
B arſace qd eſt.l.veſaſa.
B arcatartaba. Barcāchara ideſt piretrū. barchar karaba. Archaba.
B arce vel bare.i.ſyrico.
B arceoſan vl' barſeoſen.i. capillus veneris.
B archim ideſt lippari ⁊ ē nomen loci.
B archora.qd ē.l.oſtracoꝝ
B ardana quid eſt.l.lappa. Xp̄ofor⁹ ð honeſtis lappa iuerſa a bardana nō ſunt idem.
B arinium.i.affodillus.
B arocha. Melliſophilos .i.meliſſa. Macer. Bardenebia. Hali.
B arochion.i.botracion.
B arſa auerſcere ideſt capillus veneris.
B aruc ideſt pſinthium.
B aruli. barulos. barulios ſunt macule que fiūt in facie maxime infantiuʒ propter comeſtioneʒ panis coroſi a murib⁹. yontos dcē. Dentib⁹ muris
B arʒi ideſt dulb. (idē.
B aſac.i.ſaliua hoīs ieiuni.
B aſalas ideſt gentiana.
B aſale ideſt cepulla.
B aſalum. Stephanus.

Caplm. LXXVIII.

Baſal. ara.gre.bulb⁹.lati. ṽo cepe. DIA.cap.bulbus. Ei⁹ ſpēs ſūt due. vna q̄ hʒ ruffuʒ bulbū q bon⁹ eſt ex terra pingui ē: ⁊ collect⁹ euſtomatic⁹. alia ē ſpēs bulbi plus iſto euſtomatic⁹. Oēs. n. bulbi cali ⁊ viſcidi ſūt comeſti erigūt liguā ⁊ fauces exaſpant ſtōm inflāt cataplaſmatib⁹ adhibiti laxatōibus ⁊ dolorib⁹ iūcturaꝝ ⁊ podagricis maximū p̄ſtāt effcm̄ corpi infixi euocāt ſoli ⁊ melle addito id facere pn̄t tumores hydropicis bulbus impoſit⁹ ſpgit: caninis morſib⁹ ſubuēit: addito melle ſtōi dolorē ꝯpeſcit: ⁊ furfures ⁊ acoras nitro addito purgat: liuores ⁊ maculas tollit. medio oui addito ⁊ aceto ⁊ melle: lētigines corpis emēdat ꝯquaſſatōib⁹ auriū ⁊ vnguiū cū polēta bñ adhibet̃. coct⁹ in cinere calõ ⁊ polēta addita ⁊ capitib⁹ minoꝝ piſciū nigris cicatricib⁹ reddūt coloreʒ ⁊ maculas nigras aceto ⁊ altomio mixto nefelin tollēt: cocti ⁊ comeſti dolorē lateris ꝯpeſcūt: ſʒ nō mltū comedēdi ſūt: q: neruis ꝯry ſūt ⁊ ſiccatie ṽtutis. GALIE.7.ſim. phar.ca. de cepa. Ex q̄rto gra. eſt calefcm̄. ſuba ṽo ei⁹ groſſaꝝ ꝑtiū ē magis. vñ emoroydas apit appoſita aut cū aceto illinita in ſole alfos abſtergit: ⁊ fricata ī allopicys citi⁹ q̄ʒ altioniū ꝑuocat capillos. ſi ṽo ſepauerit qs ſuccū ei⁹ totū q̄ʒtū eſt reſiduū ſufficiēs ē terreſtris ſube. Ipſe āt ſuccus aquoſe ⁊ aeree ē calĩtatis. ita āt ⁊ ſuffoſos ⁊ abliopinatos p̄ groſſitie humoꝝ iuuat vnct⁹. Ex hõ aūt ꝯplone tota cepa īflatiua ē cōeſta. ⁊ ꝑpterea q̄cūqꝫ ſicciora ſunt ꝯplone minus vētoſa: ꝭ idē dicit Dia. in. 6. ca. bulb⁹ comeſtiu⁹ frīdior ē vomitiuo ⁊ groſſi nec nō viſcoſi hūoris eſt generatiuus. Nā digeſtibilis ē ⁊ īflatiu⁹ ⁊ libidinoſus ſupplaſmat⁹ aūt: eo q̄ amaritudis atqꝫ ſtipticitatis ꝑticeps ē abſterſiuus ⁊ ſolidatiu⁹ efficit̃ ⁊ ſiccatiu⁹. Oñſuʒ ē. n. q̄ amarus qdē ſapor in abſterſiuis ſubys eſt. ſtipticitas ṽo in ſolidatiuis. ſiccitas ṽo eſt in vtraqꝫ. ⁊ idē ī li° de cibis. Cepa calefacit corp⁹ ⁊ ſubtiliat in ipſo groſſos hūores ⁊ incidit viſcoſos. Cruda ⁊ cocta pauciſſimū dat corpori nutrimentū. nocet colericis ſʒ his q flegmaticū humorē: aut crudū groſſuʒ ⁊ viſcoſuʒ collectū habuerit ydonea talia eduliorū ſunt. SERAP.lib.aggre.auc. Diaſco.cap.baſal. lōge ex cepis ſunt acutiores q̄ʒ rotunde ⁊ plus ſtiptice. ⁊ ille q̄ ſunt rubei coloris ſunt acutiores q̄ʒ albe ⁊ ſicce q̄ʒ recētes ⁊ crude q̄ʒ aſſate ⁊ q̄ʒ p̄parate cū ſale ⁊ aceto: ⁊ cepe qdem mordicat ⁊ generat vētoſitatē ⁊ ſubtiliat hūiditatē facit ſitiʒ. mollit vētrē. qñ aūt volumus adminiſtrare cepe. auferimus cortices exteriores ⁊ īteriora eius ⁊ fit ex eis ſuppoſitoriū. ⁊ qñ ex ſucco ei⁹ fit cohol cū melle ꝯfert debilitati viſus ex vlcerib⁹ q̄ fiunt in oculo. ⁊ p̊ncipio deſcēſus aque ad ipm ⁊ admiſcet̃ in caputpurgys ⁊ mūdificat caput: ⁊ ponit̃ in medicinis ſquinātie ⁊ adminiſtrat̃ empla

ſtrum ex eius aq̄ ſale ⁊ ruta ad moꝛſum canis rabidi. Et
qñ miſcet̃ cū thucia ſedat pruritū oculi q fit a flegmate
ſalſo. ⁊ qñ miſcet̃ cū ſale aufert verrucas. ⁊ mixtuꝫ adipe
gallie aufert callos q ſunt ī pedibꝰ ꝑꝑ calciamēta. ⁊ qñ di
ſtillat̃ ex ſucco eiꝰ in aurē ꝯfert debilitati auditꝰ ⁊ tinitui
eiꝰ ⁊ aque q̄ deſcēdit ad eā. Et qñ miſcet̃ cū eo ſpuma ma
ris ⁊ fricat̃ cuꝫ eis allopitia multiplicat ⁊ auget capillos.
vſus qdē eiꝰ in cibo īducit ſodā: nimiuſq̄ꝫ vſus eiꝰ inducit
egritudinē galargas.i.litargiā: ⁊ fac̃ doꝛmir̃ qñ comedit̃.
apiunt ēt oꝛificia venaꝝ q̄ ſunt in ano qñ applicat̃ in loca
⁊ ꝓuocat mēſtrua. ⁊ qñ diſſoluit̃ in aceto ⁊ linit̃ ī moꝛfea
in ſole aufert eā. ⁊ qñ linit̃ cū eo allopitia facit in ea oꝛiri
pilos citiꝰ q̄ꝫ ſpuma maris. Et qñ comedit̃ gnāt vētoſita-
tē ꝑꝑ hūiditatē q̄ eſt in ea. PLINI.ca.cepe. v̄tutē bꝫ in-
ciſiuā ⁊ oblōga plus ē ſtiptica q̄ꝫ rotūda ⁊ q̄ coloꝛē ruffuꝫ
hn̄t q̄ꝫ ille q̄ albū. Sicce aūt viſcidioꝛes ſunt q̄ꝫ virides ⁊
crude plus viſcide q̄ꝫ cocte. Comeſte inflatiōes p̄ſtant. fa
ſtidiū tollūt. ſiti ꝓuocāt: ⁊ tollūt oꝛis fetoꝛē: cuſtomatice
ſunt. emoꝛroydas impoſite ꝓhibēt. ſuccus eiꝰ īmiſſus na-
ribꝰ caput purgat. moꝛſibꝰ caninis occurrit: melle ⁊ ruta
⁊ ſale addito cuꝫ ſepo gallinaceo auriū doloꝛē ⁊ ſupfluos
ſonos cōpeſcit: ⁊ ad vlceratōes ēt auriū ꝓdeſt. Cruda v̄o
fricata allopitias emēdat: cū altiōio fricata cremīta capil-
loꝝ p̄ſtat. puluis eiꝰ comeſtꝰ doloꝛē capitis remouet. ſuc-
cus eiꝰ optime caput purgat naribꝰ attractꝰ colicis ꝯrie
flegmaticis vtiles ſunt. Capitulum. LXXIX.

Baſal alzir. arabice vel varies. grece bulbus emati
cus vel bulbus vomiferus. latine vero nar-
ciſcus vel cepe ſine tunicis vel cepe marinum.

DIASCO.ca.narciſcus. Bulbꝰ ematicus vł bulbꝰ vo
micus folia bꝫ poꝛro ſilīa: ſꝫ minuta. haſtas bꝫ duoꝝ pal-
moꝝ q̄ ianes ⁊ ꝯcaue ſunt ⁊ ſine folijs. flos ē illi albꝰ in gi
ro: in medio croceꝰ. ⁊ eſt q̄dā ſpēs cuiꝰ illud mediū purpu
reū eſt: radicē bꝫ albā rotūdā ſicut bulbꝰ ⁊ ſemē nigruꝫ ⁊
oblōgū vt in mēbꝛanulis. Naſcit̃ ille q eſt melioꝛ in locis
mōtuoſis: cuiꝰ flos ſuauē lōge iactat odoꝛē: in reliq̄s autē
poꝛri bꝫ ſilitudinē ⁊ viridis ē. v̄tus eiꝰ eſt q̄ abſtergit ⁊ in-
carnat ⁊ deſiccat: ⁊ illud qd̄ de eo adminiſtratur ē radix.
SERAP.li.aggre.ca.baſal alzir.i.narciſcꝰ ⁊ ē bulbꝰ ſi-
ne tunicis: ⁊ ī ſapoꝛe eiꝰ ē amaritudo cū ſtipticitate. ⁊ idē
aucto. Aben Meſuai Narciſſus eſt cali. ⁊ ſic. in ſecundo.
GALIE.8.ſim.phar.cap.bulbꝰ vomitiuꝰ ſiue cepe ma
rinū calīs ē multo plus cōplōne bulbi p̄dicti.ſ.cepe coīs.
POSSE.DIA. Radix eiꝰ bibita ⁊ comeſta ⁊ cocta vo
mitū ꝓuocat trita cū melle cōbuſtiōibꝰ medicat̃ neruos
īciſos ꝯſolidat. laxatos ꝯponit: antiq̄s doloꝛibꝰ articuloꝝ
p̄ſtolat̃ melle mixtus effelidas ⁊ oēs maculas vultibus
tollit: mixtus ſemini vrtice aceto melle ⁊ herbo vulnera
ſoꝛdida purgat: a͞pata dura rūpit: īfixa coꝛpoꝛi impoſita
euocat cū iris illirica melle mixto. Jtē collectōes erūpit:
atq̄ꝫ ſtipites euocat: ⁊ ſi q̄ ſūt aliēa cū faria ⁊ oleo admix-
to melle. SERAP.auc.Ga. v̄tus eiꝰ eſt q̄ deſiccat ⁊ ab-
ſtergit: ex̄hit ⁊ īcarnat vlcera magna ⁊ īcarnat īciſiōes in
lacertis fcās. ⁊ mixtꝰ cū oꝛobo mūdificat ſoꝛdes coꝛpis ⁊
apit a͞pata ⁊ qñ comedit̃ ex radice. narciſci aut bibit̃ cō-
mouet vomitū. ⁊ trita cū melle ꝯfert cōbuſtionibꝰ ignis:
⁊ qñ fit ex ea empl̄ꝫ: ꝯglutinat vulnera neruoꝝ. ⁊ idē auc.
Aben Meſuy Narciſcus facit opatōeꝫ ieſimini: niſi q̄ ē
debilioꝛ eo ⁊ ꝯfert doloꝛibꝰ q fiūt in flegmate. Et oleū eiꝰ
eſt bonum ad hoc: ⁊ radix eius incarnat vlcera neruoꝝ ⁊
bꝫ virtutē lauatiuā. GALIE.8.ſimp.phar.ca.narciſcꝰ.
Narciſcus radix ſiccatiue eſt virtutis intātum vt cōſoli-
det plagas maximas vſq̄ꝫ ad abſciſionē que circa tenan-
tos. bꝫ aūt quid abſtenſiuum ⁊ attractiuum.

B aſara.i.ſemē. Beſer idē.
B aſara aſifigemti ideſt ſe-
men maratri.
B aſara alcobeth.i. ſemen
malue oꝛtulāe vł mīoꝛis
B aſara achiro ideſt ſemē
vrtice.
B aſara ataba ideſt ſemen
trifolij. (lij.
B aſara aleoꝛaf.i. ſemen fo
B aſara alkangi ideſt ſemē
iuſquiami.
B aſara alcomach ideſt ſe
men lapatij.
B aſara araſien ideſt ſemē
naſturtij.
B aſara albaſal ideſt ſemē
cepulle. (ni.
B aſara alchiten.i. ſemē li-
B aſara catona ideſt ſemē
pſilij.
B aſara chete ideſt ſemen
melonis.
B aſara curcumeri ideſt ſe
men carui ſilueſtris.
B aſara faſageneſcheſe id-
eſt trifolium.
B aſara gergir ideſt ſemen
eruce.
B aſara guira ideſt ſemen
vrtice.
B aſara liſen.i.lingua agni.
B aſara neriges.i. narciſcꝰ.
B aſara ſadal ideſt ſemen
ſinapis.
B aſara ſebeꝫ.i. ſemē aneti
B aſara thethimi ideſt ſe-
mē malue maioꝛis ⁊ eſt
biſmalua.
B aſara vlcas ideſt ſemen
lactuce.
Capitulum. LXXX.

Baſſat. ara. gre. lithodēdon. lati. v̄o coꝛallus. Coꝛal
lus ē q̄dā terrea ſuba q̄ repit̃ ī locis maris
⁊ montibꝰ maxime cauernoſis locis ⁊ in mari exn̄tibus.
q̄dā.n. hūoꝛoſa glutinoſitas lapidibus adherens ex ſicci-
tate ꝓpꝛia ⁊ maris caliditate ⁊ ſiccitate cōdēſata in ſubaꝫ
lapideā trāſmutat̃. ⁊ q maioꝛē ſiccitateꝫ bꝫ fit rubeus; q
maioꝛē aquoſitatē fit albꝰ. fri. eſt ⁊ ſic. in ſcd̄o: ſed albꝰ fri-
gidioꝛ eſt rubꝛo: ſed rubeꝰ minus fridus ſiccioꝛ magis al
bo: ſed tā rubeus q̄ꝫ albꝰ vſui medicine cōpetit: ſed nunq̄ꝫ
albꝰ poni dꝫ in medicinis niſi cū determinatōe: vn̄ cū in-
uenit̃ ſimpl̄r coꝛallus: rubeus dꝫ poni. Eſt ergo eligēdus
rubeꝰ q groſſius eſt ⁊ planus ⁊ clarus ⁊ q̄ꝫto plus accedit
ad rubedinē tāto melioꝛ ⁊ qui nulla foꝛamīa bꝫ aut pau-
ca. albus eligendus eſt groſſus q eſt planus ⁊ quanto ma-
gis intēdit̃ ad albedinē tanto melioꝛ; ⁊ q ēt nō eſt ꝑfoꝛatꝰ
paruis foꝛaminibꝰ virtutē bꝫ ꝯſtringēdi ⁊ ꝯfoꝛtādi conſu
mēdi ⁊ depurādi. SERAP.lib.aggre.cap baſſad. q̄deꝫ
eſt qd̄ eſt nigen ſiue mergen. nā nigen eſt radix ipſiꝰ arbo
ris: ⁊ baſſad eſt rami eius. ⁊ naſcunt̃ ſicut rami aliaꝝ ar-
boꝝ terre naſcētiuꝫ ⁊ fit nodoſus ab aq̄ marina: ⁊ in fun
do maris ⁊ qñ exit e mari ⁊ occurrit ei aer ſtringit ip̄m ⁊
indurat̃: ⁊ repit̃ in aliq̄bꝰ littoꝛibus: ⁊ melioꝛ ex eo eſt ru
beꝰ q ſimilat̃ aſſarig. aut cinabꝛio bene coloꝛato cito fran
gibilis ⁊ ī partibꝰ ſuis eq̄lis: ⁊ in odoꝛe ſuo ſil̄at̃ odoꝛi lēti
cule marine: ⁊ ī figura ſua ē ſil̄is arboꝛi caſſie lignee hn̄s
ml̄tos ramos: q aūt ē petrificatꝰ ē malus. ⁊ ſunt ex eo ſpe
cies alie nigri coloꝛis hn̄tes pl̄es ramos q̄ꝫ rubeꝰ: ⁊ odoꝛ
coꝝ ē foꝛtioꝛ q̄ꝫ illiꝰ. v̄tus rubei fri. cū tēꝑamīto ⁊ deſic
cat deſiccatōe foꝛti. DIASCO.ca.coꝛallus. vel litho-
dēdron arboꝛ ē in fundo maris naſcēs q̄ dū velli cepit ac
cepto aere graueſcit. Naſcit̃ v̄o multū in ſicilia. Eligēdus
eſt aūt coloꝛe coccineo aut ſandicino vnum hn̄s coloꝛē ⁊
fragilis odoꝛis gratifici ⁊ q̄ſi cinamomi: ⁊ q h̄ nō habue-
rit īutilis ē. virtꝰ eſt ei fri. ⁊ ſtiptica. Reprobādus eſt aūt
ſcabꝛoſus vel lapidoſus aut fiſtulatim ꝑfoꝛatus vł diffu-
ſus mollis q̄dē eſt coꝛallus nā: ſꝫ poſt extractōꝫ ex mari-
nis aq̄s dureſcit ſiue lapideſcit. AVICEN.liᵒ.2.ca.de
coꝛallo. Naſcit̃ in maribꝰ: q̄ ſunt in africa. Et ex eo alius
eſt rubeꝰ alius niger: aliꝰ albꝰ. fri. in p̄mo. ⁊ ſic. in ſecūdo.
POSSE. Coꝛallus bꝫ virtutē occultā contra epilēſiam
⁊ conſeruat domum a fulgoꝛe contra fluxum ſanguinis
narium imponatur puluis eius cum ſucco ſanguinarie ⁊
pillule inde facte naribus apponātur cōtra fluxum men
ſtruoꝛum. puluis eius cum athanaſia ⁊ ſucco plantaginis
⁊ puluis eius ſolus cum bombice citius cōſtringit. cōtra
coꝛroſionem gingiuarum ⁊ oꝛis precedēte ablutione cuꝫ
aqua ſalmacia vel aluminoſa conficiatur puluis de dua-

bus partibus coꝛalli ⁊ tertia roſaꝝ: ⁊ ponatur ſuper gingi-
uas: contra fluxū ſanguinis gingiuaꝝ puluis coꝛalli ⁊ an-
tere ſupponat̃ vel cum melle conficiatur: ⁊ illiniātur gin
giue: puluis coꝛalli imponit̃ vlceribus ⁊ ea ꝯglutinat. con
tra emoptoicā paſſioneꝫ.i. ſputū vel vomitū ſanguinis ſi
fiat vitio ſpūaliuꝫ. ex duabꝰ partibus coꝛalli ſubtiliſſime
pulueriꝫati fiat confectio cū aqua oꝛdei infuſiōis dragā-
ti ⁊ fiant inde pillule quas teneat patiēs ſub lingua ſingu
las diu in oꝛe reſolutas trāſglutiat. ſi fiat vitio nutritiuo-
rū detur puluis eius cū ſucco plātaginis. eodē modo valꝫ
ꝯtra diſſinteriā vitio ſuperioꝝ. Ad idē det̃ puluis eius cū
ouo ſoꝛbili. ſi fiat vitio inferioꝝ inijciatur ꝑ cliſtere cū ſuc
co plātaginis. SERAP. Coꝛallus deſiccat deſiccatiōe
foꝛti. vnde abſtergit pectus ⁊ cōfert diſſurie ⁊ ſpuētibus
ſanguinē abſtergit viſum ⁊ eſt bonꝰ lachrymis ⁊ deſiccat
deſiccatiōe foꝛti. DIASCO. Coꝛallus carnes ſupflue
creſcentes depaſcit cicatrices oculis curat. Alta vulnera
replet: emoptoicis mire ſubuenit: diſſurijs medicatur cū
aq̄ bibitus. ſplenē ſiccat. ſtomaci ⁊ vētris doloꝛē ſedat cū
aqua pluuiali bibitꝰ. nā hoc ꝓbatū eſt. ꝓfluuiū mulieris
ſiſtit ſi cuꝫ coꝛnu ceruino vſto ⁊ aq̄ tepida bibatur. contra
ictus fulminis grādinis facit. Et idē ca. lapis coꝛallus. oīa
ludibꝛia ſōnioꝝ repellit. ⁊ eſt maximuꝫ tutamē aduerſus
iras demonioꝝ ſcripto noīe noctiluci: hoc eſt echare vel
goꝛgone ꝑſona. Nā eū poꝛtans nūq̄ꝫ capiet̃ ab vllo medi
camine nec a fulminea vmbꝛa. Jn bellis maximū adiuto
riū eſt victoꝛiā p̄bens ⁊ facilitatē impetratiōis ⁊ introitū
loci. Preterea ꝯtritus ⁊ ſeminatus cū frumēto vel ēt pul
uerizatus ⁊ cuꝫ aqua in arboꝛibꝰ aſꝑſus fructus multipli
cat ⁊ amouet de terra grādines: ſic in vineis ⁊ oliuetis. in
domo aūt poſitꝰ ab omni maleficio ⁊ vmbꝛis demonuꝫ ⁊
inanibꝰ ſōnijs cuſtodit habitātes: ⁊ fulminibꝰ in naui ven
tis ⁊ tēpeſtatibꝰ reſiſtit. AVICEN.li.2.cap.de coꝛallo
ſi terit̃ ⁊ impleant̃ ex eo ꝯcauitates dentiū īfirmoꝝ erra
dicat eos ⁊ ꝯfoꝛtat gingiuas: ⁊ ē ſūmus in ꝯfoꝛtatiōe gigi-
ue. ⁊ Ga. q̄dē extimauit q̄ cū coꝛallo aduſto ⁊ abluto ſi ſu
mat̃ pōdus.ʒ.i. cū quo terat̃ danich gūmi ara: ⁊ ꝯficiat̃ cū
albumine oui ⁊ bibat̃ cū aqua frida ꝯfert ſputo ſanguīs.
⁊ coꝛallus ꝓpꝛie ru. ꝯfert oībꝰ egritudinibus ſtōi ita vt ſu
ſpēdat̃ ſup ip̄m directus. ⁊ dixit Galie. ego exꝑtꝰ fui ip̄m
⁊ ſuſpēdi ip̄m in collo eiꝰ q hēbat doloꝛē ſtōi ita vt eēt co-
rallus ſup os ſtōi ⁊ remotus fuit doloꝛ: cū ergo accepi ipꝫ
redijt: ſicut exꝑtus fui lignū crucis in hn̄te epilēſiam. ⁊ q
ſuſpēderit in collo ſuo ī diebꝰ ſanitatis ſue coꝛallū rubeū
ſecurus erit a doloꝛe ſtōi. ⁊ ꝑꝑ hoc appēdunt̃ ī collis pue-
roꝝ: coꝛallus quoq̄ꝫ ꝓhibet fluxū ſanguīs. ⁊ abſcindit car
nē additā: ⁊ ꝯfoꝛtat ſtōm abſtergēdo ⁊ ſiccādo humidita
tes infixas in eo ⁊ ꝓpꝛie qd̄ eſt aduſtū ex eo: ⁊ qd̄ ē ablutū
abſtergit veſtigia vlceꝝ: ⁊ eſt ꝯueniēs lachrymis retinet
ſputū ſanguīs: ⁊ adiuuat ad ſpuēdū: ⁊ ſil̄r niger: ⁊ qd̄ ex eo
p̄cipue ablutū eſt ⁊ aduſtū: ⁊ ē ex medicinis ꝯfoꝛtātibus
coꝛ: ⁊ ꝯfert tremoꝛi coꝛdis: ⁊ bibit̃ cuꝫ melle ꝓpter a͞pata
ſplenis ⁊ eſt iuuamētū eiꝰ ⁊ ꝯfert a͞patibus inteſtinoꝝ.

B aſed. ara. beſed ideſt co-
rallus.
B aſedion ideſt roſa aſini.
B aſienici.i. maratrum.
B aſileꝰ.i. impatoꝛ vel rex.
B aſilicō vaſilicō.i. oꝫimuꝫ
⁊ gre. dr̃ regale ſeu īꝑia-
le. nā baſileus rex vł im-
peratoꝛ dicit̃ ⁊ quid ē.l.
berengemiſch.
B aſilicon entaticon q̄d eſt
.l. medion. Dia.
B aſilicon vnguētum.i. vn-
guentum regale ⁊ eſt te-
trapharmacum.
B aſilicen. Dia. multi ame-
os dicunt.
B aſilica.i. ſerpentaria. dra
cōtea colubꝛina ſ̄ꝫ quoſ
dam. veꝝ aliā colubꝛinā
vidi d̄pictā ī liᵒ. antiquo.
B aſilica ēt ab antiq̄s gētia
na vocabat̃. ī lib. aliquo
de ſimplici medicina.
B aſion. Stepha. ē herba q̄
atanauiſſa dicitur.
B aſiliſca.i. regia vł gentia
na ſ̄m quoſdam: ſed ſ̄m
veritatem eſt palma xp̄i
.l. chaſialkiel.
B aſilicus ideſt regulus ⁊ ē
ſerpens quidam.
B aſis ideſt plāta pedis vel
radix.
B aſdh ideſt baad.
Capitulū. LXXXI.

Baſtarem. ara. vel caſtaron gre. vectonicō. lati.
vero betonica. Betonica ca. ē ⁊ ſic. in
p̄mo: cuius folia p̄cipue viridia competunt vſui medicie
exiccata ēt ſunt multe efficacie. vn̄ cū inuenit̃ in receptis
folia ponēda ſunt. SERAP.liᵒ. aggre.ca.baſtarē. auct.
Diaſco. herba eſt q̄ naſcit̃ omni āno hn̄s virgā ſubtilē cu-
ius lōgitudo ē vnius bꝛachij aut plus ⁊ ē q̄drāgulata ⁊ bꝫ
folia mollia ⁊ lōga ſil̄ia ī ſua figura folijs arboꝛis glādiū
in ſciſſuris ſuis odoꝛē bonū hn̄tia. Et folia que ſunt ꝓpin
qua terre ſunt maioꝛa alijs: ⁊ in ſūmitate v̄ge ē ſemen col
lectū in ſe ꝓpe collectōeꝫ ſpice frumēti ⁊ aſſil̄at̃ ſaturegie
folia eius colligunt̃ ⁊ deſiccant̃ ⁊ ſic ſeruāt̃. Nā qd̄ ex eo
plurimū adminiſtrat̃ ſūt folia ⁊ bꝫ radices ſubtiles ſicut
radix ellebori. DIASCO.cap.vectonicon ſ̄m tranſla
tionē nr̄am. herba eſt oībus nota. v̄gas hn̄s tenues ⁊ lon-
gas vniꝰ cubiti ⁊ q̄drata folia longa ⁊ tenuia ſimilia oꝛio
obꝛotūda ⁊ diuiſa ⁊ odoꝛata. Radices ⁊ folia ſunt ei īfini
ta: ſemē eius ē vt ſpica ſil̄e timbꝛe: folia eiꝰ collecta ſiccan
tur ⁊ vſui nec̄aria ſunt. Radices bꝫ tenues ſic̄ elleboꝛus.
GALIE.7ᵒ.ſim.phar.ca. ceſtrū ſiue ceſtron. gre. latine
dcm̄ betonica virtutē bꝫ inciſiuā ſic̄ oñdit guſtus: amara
eſt ⁊ ſubacris hec herba ſicut indicat ⁊ q ſ̄m partē actus.
POSSE. Ad doloꝛē capitis ſcm̄ ex frida cā fiat garga-
riſmus ex collatura decoctōis betōice cū ſtafiſagria ī ace
to ſi fiat vicio ſtōi det̃ decoctio ipſiꝰ cū ſucco abſinthij cū
cal̄a ſi adſit vehemēs ꝯſtipatio vt in iliaca paſſiōe p̄cedē
te cliſteri. fiat idē remediū ad matricē mundificandū: ad
ꝯceptū adiuuādū fiat fomentū ex decoctōe eiꝰ. fiat etiā
ſuppoſitoꝛiū: det̃ ēt el̄ium ꝯfectū ex puluere eiꝰ ⁊ melle.
SERAP.aucto.Gal̄. betonica īcidit ⁊ abſtergit ⁊ īcidit
hūoꝛes groſſos frangit lapidē renū ⁊ mūdificat ⁊ abſter-
git pulmonē ⁊ ꝓuocat mēſtrua ⁊ ꝯfert epilēſie ⁊ curat ci-
catrices neruoꝝ ⁊ lacertoꝝ. ⁊ qñ ponit̃ ſup moꝛſuꝫ alicu-
ius aīalis venenoſi fraudulenti ꝯfert. ⁊ qñ ſumit̃ in potu
ꝯfert ſciatice ⁊ eructuatiōi acetoſe. DIASCO. Radi
ces eius accepte in potu cū hydromelle nauſeā ꝓuocant.
folia eiꝰ dant̃ ad ꝯquaſſatōes: ⁊ de alto cadētibꝰ medent̃:
⁊ offocatōes ſtericas ſoluūt. ʒ.i. cum mulſa accepta moꝛ-
ſus venenatos cū vino bibita ſaluberrime curat. Quiſq̄s
aūt hāc herbā biberit viꝫ veneni nō admittit. vrinā ꝓuo
cat. Epilēticis cū aq̄ bibita maximū p̄ſidiū ē. epicis ⁊ ſplē
neticis cuꝫ oximelle. ʒ.i. accepta efficm̄ ſanitatis exhibet.
digōneꝫ celebꝛat. ſi āt in modū grani fabe accipiat̃ īdigō-
nibꝰ ꝓdeſt ſtomaticis. dentibꝰ ꝯquaſſata ⁊ glutita medi-
cat̃. vīo poſtea glutito. emoptoicis vtiliter dat̃. ʒ.i. cū vīo
tēꝑata vel lacte recenti capno. ſciaticis nefreticis obulos
duos accepta cū aq̄ medicat̃ ⁊ veſice doloꝛeꝫ cōpeſcit. hi
dropicis febꝛiētibꝰ. ʒ.ij. cū mulſa dant̃: nō febꝛiētibus v̄o
cū vīo ⁊ melle. hictericis ſubuēit. mēſtruis impat. olca.i.
cū vino bibita vētrē mollit: ⁊ olcis q̄tuoꝛ cū vino ⁊ mulſa
ciatis.x. exbibita: cū melle v̄o ꝯpoſita ſic̄ electuariuꝫ ⁊ ac-
cepta ptiſicis ⁊ emoptoicis maxie ſubuēit. ī itiner̄ doloꝛe
ex herba iſta. ʒ.iij. cū aq̄ cal̄e ciatis q̄tuoꝛ dant̃ cū vīo de-
cocta ⁊ potui data ſplenetic̄ ꝓdeſt. ʒ.ij. ex ea cū ml̄ſa ciat̄
duobꝰ bibite lūboꝝ vł coxaꝝ renūq̄ꝫ doloꝛē curant. ʒ.iij.
cū vīo veteri ciat̄. iij. ⁊ gr̄. pipis. 17. ꝯtrita ⁊ calefcā ⁊ acce
pta lateris doloꝛibꝰ ſubueniūt. Jn fractura capitis herba
ꝯtuſa ⁊ ſup caput vbi ꝑcuſſio ē impoſita vulnꝰ mira cele-
ritate glutinat: ⁊ id meliꝰ fit ſi trita recēs imponat̃. Eſt āt
ſibi data vis vt oſſa fracta extrahat. Radices quoq̄ꝫ eiꝰ
cū aq̄ decocte vſq̄ꝫ ad tertiā ex illa aq̄ oculos foue. Jpſiꝰ

autem folia trita ſuper frontē impone ⁊ ſanabitur dolor oculoꝝ: dolorē dentiū aufert cuꝫ aqua calida ciatis quattuor.ʒ.i.accepta a ieiuno omnē oculoꝝ caliginē extenuat ⁊ claritatē facit. reumaticis.ʒ.ij.cū aqua calida dant̃. mulierib⁹ que partu laborāt ⁊ febricitant datur vt ſupra. nō febricitantibus cuꝫ mulſa ad neruos inciſos imponit̃ trita ⁊ in locis que frigore vexant̃. ebri⁹ ne fias ṗus ipſaꝫ accipe cū aqua. ad carbunculos ponitur cū aqua ⁊ axungia trita vice emplaſtri. datur etiā his qui de via laſſi ſunt. datur cū aqua calida ad eos qui cibū retinere non poſſunt: ⁊ eyciūt. Ad ventris doloreꝫ vel tumoreꝫ cum vino trita imponit̃. In canis rabidi morſu contuſa ⁊ alligata expurgat venenum. febrientibus cū aqua cali. datur. ipſa etiaꝫ trita ⁊ īpoſita podagricis mire dolorē lenit podagricoꝝ. hec dicit Serap. ca. ꝓprio. lꝫ per alia verba.

B aſtiridon ideſt ruſtici. ⁊ eſt rubus caninus.
B at. ara. i. anas auis.
B atat. ara. ventus.
B ateca. ara. melo magnus viridis anguria a qbuſdā. vt Aueroy. 7. colligꝫ. cap. 9. circa mediū dr̃ vl̃ alius melo apud tuneciꝫ ſic dictus. Cucumer ſaracenicus. Auēzoar. lib. primo. capi. 7. l. dullaſia.
B atrabēteꝫ. i. capillus ve.
B atale ideſt faba.
B atalme ideſt feniculus.
B atan. i. venter ⁊ ſtomac⁹.
B atanum. i. raffanum.
B atāgliſcos quid ē. l. culb.
B athala bñdicta. eſt oleuꝫ benedictum.
B athala iamenia. i. blitis ⁊ ē olus iamenum.
B athanon. i. raffanus.
B athal ideſt olus.
B athāglioſti. i. miliū ſolis.
B ataꝝ eſt eminentia q̄dā in vulua quarundā mulierum que aliquādo in tantuꝫ magnificat̃ vt ſit velut virga viroꝝum.
B athara. i. aſaꝝ vel briſelliū ⁊ eſt rubicūduꝫ lignū quo tingit̃ ⁊ latine vocatur barzi.
B atartiū metallitiuꝫ. i. ciprū.
B atheka ideſt quoddam quod componitur ex lacte citro ⁊ zuccaro.
B ather. i. puſtula vel eminentia carnis fetida.
B atheta. i. melōes maturi
B athetb. i. meló magn⁹ viridis ⁊ ē melon indus.
B atibiridō. i. rubus ruſticus.
B athle. i. mirtilli.
B athrocos vatrachos grece ideſt rana.
B atrachi campice agredine rane pue virides agrorum.
B atraxiō. Ste. vardebeb. ⁊ eſt quengeum.
B aul. arabi. vrina.
B ati vel batus batis ideſt Raya piſcis.
B athus ideſt buſſus arbor vel ipſius lignum.
B athi. i. more rubi vl̃ rub⁹ ipſe. Hal̃. 8. memiri. ca. 8.
B atill's. i. gabata teſtea vbi aurum purgatur.
B atin. Dia. Batiꝫ ideſt diptamus.
B atim vel botiꝫ arbor terbentine.
B atitura metalloꝝ qd ē. l. lepidos. gre. ara. tubel.
B atofilla. i. cima rubi.
B aton. i. rubus teſtinus.
B atra. i. apium ruſticum.
B atrachion vel batrachiū. i. apium raninum. Dia.
B atrabitos. i. lapis ſimilis teſte laminis ſciſſily.
B atuꝫ Batus ideſt rubus ferens mora que bati dicuntur. l. ſillach. Halie. ſecundo memiri. cap. ſcđo.
B aualmays. i. vrīa capre.
B aucia ortēſis. i. paſtinaca domeſtica ꝑ q̄. l. lezar.
B aucia agreſtis ideſt paſtinaca agreſtis ⁊ daucus.

Caplm. LXXXII.

Baul arabi. vel hirne. gre. lotium. lati. vero vrina. SERAP. lib. aggre. capi. baul. aucto. Halic. virtus vrine eſt ca. acuta. ⁊ eſt in eo abſterſio magna ⁊ ꝓpter hanc cām vtunt̃ ea lauatores pannoꝝ lauantes cū ea pānos: ⁊ auferūt ab eis maculas ⁊ ſordes: ⁊ ex ea eſt ex aīalibus fortis caliditatis maioris eſt caliditatis. ⁊ econtra. Et vrina hominis debilior eſt omnibus alys ṗter vrinam porci caſtrati. Ipſa enim eſt in debilitate ſicut hominis vrina. vrina auteꝫ verris fortior eſt vrina hominis ⁊ vrina apri fortior eſt his. ⁊ ſignum in hoc eſt acuitas odoris poſtq̄ꝫ non pōt temptari per ſaporē vel potū ꝓpterea vero ꝙ viderunt medici ꝙ vrina multuꝫ abſtergit curat cū ea vlcera profunda ⁊ ſaniē ⁊ vlcera multe ſordis: ⁊ propterea adminiſtratur in vlcerib⁹ teſticuloꝝ circa loca illa exiſtentibus que ſunt multum humida ⁊ in vlceribus auriū ⁊ abluunt cū ea caput ⁊ mūdificat furfures q ſunt in eo ⁊ lentigines faciei ⁊ curat empetiginē ⁊ ſerpigineꝫ ⁊ ſahaphati capitis: ⁊ quandoqꝫ adminiſtrant eaꝫ coacti nō potentes habere medicinā aliā in ruſticis ⁊ curat egritudines coꝝ: ⁊ accipitur etiā petia ⁊ ligatur ſuper exituram aut ſuper vlcera que generātur in manibus ⁊ pedibus ligatione forti precipiendo infirmo ꝙ continue mingat ſuper loco illo non diſſoluendo donec curetur ⁊ confert ⁊ curantur: ⁊ medicina que ſumitur ex vrina infantiū ⁊ eſt dicta criſocolla: eo ꝙ aurifices vtūtur ea ad auꝝ ſolidandum: eſt multū iuuatiua in vlceribus fraudulentis ⁊ difficilis conſolidationis. Qui ergo vult facere hāc medicinam recipiat mortariū ex cupro ⁊ piſtellū ex eodē ⁊ mingat in eo puer non pollutus ⁊ piſtetur cōtinue in ſole aut in loco calido donec diſſoluatur ex ſubſtantia eris ⁊ erit magni iuuamenti in vlceribus dictis. Fex aūt vrine alba reſidēs in fundo eius ſm ꝙ dicitur cōfert heriſipille. Et vrinam pueroꝝ iam biberunt quidā in paſſionibus prouenientibus ex corruptione aeris ⁊ extimauerunt ſe propter hoc fuiſſe curatos. DIASCO. cap. lotiū. Quiſqs biberit lotiū percuſſuꝫ vipere ſanat. venenis bibitis prodeſt. hidropes in initio curat. punctiōes ethimi ⁊ ſcorpionis marini. ſil'r ⁊ draconis maritimi punctū curat. Canina vrina nitro admixta ⁊ inde medicamentū fcm̄ lepras prurigines tollit. Et vrina hominis quādo cū nitro miſcetur: cōfert ſi ponatur ſuper morſum canis rabidi ⁊ ſcabiē vlcerataꝫ ⁊ ſupra pruritū. Et vrina hominis ſenis que nō eſt recēs eſt melior in vlceribus humidis ⁊ in furfuribus capitis ⁊ empetigini ⁊ ſerpigini. ipſa quidē furfures ⁊ acoras ⁊ ſcabies ⁊ pannaritia vulnera medicanda: curat putredines veretri: ⁊ puſtulas auriū ſanat. vermes aurium excludit: ⁊ curat cuꝫ corio mali granati ſi fuerit decocta. Pueri vrina ortopnoicos curat cuꝫ melle in vaſe ereo cocta peruncta vulnera gingiue compeſcit. caligines oculorum tollet in eramine miſſa ⁊ cocta vt ipſuꝫ coagulare faciat: ⁊ puluis eius in oculis aſpergat̃: quod in vaſe ex vrina reſederit: ignē ſacrum compeſcit. Caprinū lotiuꝫ in vaſe coctum: ⁊ cū lanis peſſaryꝭ adhibituꝫ dolores ſtericos curat. vulnera oculoꝝ tollit. prurigines palpebraꝝ compeſcit. vrina taurina cuꝫ myrrha adhibita dolores auriū mitigat. vrīa capña hec oīa facit: bibita v̓o calculos frangit ⁊ excludit. leporinum lotiū bibitum cuꝫ ſpica nardi ⁊ aqua ciatis duobus hidropes curat. Infantibus vrinam prouocat: ventrē mollit dolorem auriū compeſcit. lincus vrina: quem multi ligurum vocant mox vbi minxerit lapis fit: quē multi elecoꝝ vocant dolores ſtomaci compeſcit: ventris abſtinet reumatiſmū. Aſininum vero lotiuꝫ bibituꝫ nefreticos curat. hec ſententialiter dicit Serap. auctori. Diaſco. cap. proprio. licet ſub alys verbis.

B aulſabil. i. vrīa pueroꝝ.
B aulcebul idem.
B aulbacca. i. vrina vacce.
B aulbulis. i. vrina bouis.
B auleb. i. vrina canis.
B aulunſeni. vrina boīs.
B aulurus gemel ideſt vrina camelli.
B auma ideſt pix.
B aurach rubeum ideſt nitrum.

Cap. LXXXIII.

Baurach. ara. gre. afronitrum. lati. vero ſpuma nitri. Baurach aliud minerale: aliud artificiale. minerale: aliud armenum aliud africanū: aliđ romanū aliud egyptiū. Armenū eſt laminoſuꝫ albuꝫ habēs permixtionē rubedinis ⁊ aliquid purpureitatis ⁊ eſt mordicatiuū ſalſum. Alie v̓o ſpēs in his ꝓprietatib⁹ erūt remiſſiores ⁊ debiliores. vñ baurach. i. afronitrum qđ eſt ſpuma nitri armeni q̄ ē alba lenis ⁊ ſalſa mordicatiua. Et eſt aliud ſicut artificiale ſicut flos parietis q eſt ſic̃ flos ſalis. Ex eo artificial'r fit ſal nitrū. Et eſt ſil'r baurach artificiale qđ fit ſm Hal̃. li. dinamidiaruꝫ. ca. de afronitro ſic. Accipe partes nitri duas ſaponis ꝑtem vnā. diſtēpera cū capitello. ⁊ fac trociſcos. Illud v̓o quod eſt minerale ſm Diaſ. ca. de afronitro: dicit̃ afronitrū veri⁹. ⁊ eſt ca. ⁊ ſic. in ſcđo. SERAP. li. aggre. ca. de nitro. Nitrū ⁊ baurach. i. nitrū ⁊ ſpuma nitri. ſpēs baurach ⁊ minere ipſi⁹ ſunt ſicut minere ſalis. Nam ex eo ē aqua fluēs: deinde petrificat̃. ⁊ ex eo eſt qđ in minera ſua eſt ſic̃ lapis. ⁊ ex eo eſt rubeuꝫ ⁊ ex eo eſt album ⁊ purulentū. ⁊ multoꝝ coloꝝ. vñ nitrū hꝫ ſpēs multas. vna earum dicit̃ baurach armenuꝫ. ⁊ defertur ab armenia. ⁊ eſt alia q̄ dicitur nitrū. ⁊ defertur ab rabath. ſunt eius due ſpēs album ⁊ nigrū. ⁊ eſt ſil'e ſalib⁹ minerarū. ⁊ ſapor eius eſt īter ſalſedinē ⁊ acetoſitatē. ⁊ dixit qdā medicus ꝙ baurach ſunt due ſpēs. ſ. artificialis et nālis: ⁊ nālis eſt illa que naſcit̃ in mineris. ⁊ ſunt ei⁹ due ſpēs. ſ. armenicū ⁊ babilonicum: ⁊ armenicū eſt melius: ⁊ eſt illud qđ vidimus apud nos: ſed babilonicum eſt illud qđ defertur ad nos. ⁊ ſunt eius due ſpēs. vna nominatur nitrū. ⁊ eſt ſal petroſum cuius color eſt ad rubedinē tendens: ⁊ ſapor ad ſalſedinē cum amaritudine pauca ſignificās ſupfluam aduſtionē: ⁊ ſpēs alia dicitur baurach panis. q̄r in maſſa vtunt̃ in pane: ⁊ hoc q̄r homines ipſi⁹ terre diſſoluunt ipm̄ in aqua: ⁊ liniūt ex eo panem anteq̄ꝫ coquant. recipit. n. ab ipſo claritatem quādam: ſed baurach artificiale generat̃ ex materia nitri humiditate plumbi. ⁊ hec cōmiſcent̃ adinuicē. ⁊ ponunt̃ ad ignem. ⁊ iſtud nominat̃ nitrū. ⁊ eſt ſal petroſuꝫ īciſiuuꝫ ⁊ abſterſiuū exñs. ide vna ex ſpēb⁹ baurach artificialis eſt baurach album ⁊ eſt illud artificiale qđ eſt ſpumoſum. ⁊ eſt melius omnibus: ⁊ color eius eſt terreus purulentus trahēs plus verſus rubedinē. ⁊ ex eo ſumitur quod fit ex ſigillatione.

DIASCO. ca. de nitro. Nitrū eligi oportet qđ eſt lene ⁊ color eius ſit ſicut color roſe. aut albū. ⁊ ſit plenum foraminib⁹ ſicut ſpongia: ſed medicina que dicit̃ afronitrum. ⁊ eſt eius expoſitio ſpuma nitri. ⁊ eſt illud qđ putāt qdaꝫ eſſe baurach armenū: ⁊ melior ex ea eſt. q̄ eſt lenis multū ⁊ exiſtēs in laminib⁹ cito frangibilis. ⁊ in colore ſuo ē purpureitas: ⁊ eſt ſil'is ſpume mordicās linguā queādmoduꝫ eſt illa que defert̃ a philadelfia: ⁊ a candia: ⁊ poſt hanc in bonitate eſt illa que defertur a babilonia: vel ex egypto. Pli⁹. liᵒ. ʒi. caᵒ. io. SERAP. auc. Hal̃. differētia eſt inter baurich africe: quod dicit̃ ſpumoſum: ⁊ nitrum: vel nitri ſpumā. ꝙ ſpuma baurach eſt medicina deſiccatiua. ⁊ color eius eſt ſil'is farine frumēti. ⁊ eſt alba. ⁊ nō eſt ſic̃ flos lapidis aſy: neqꝫ talis coloris: ſed baurach ſpumoſum nō eſt ſicut farina: ſed eſt coagulatū ⁊ aggregatuꝫ: ⁊ eſt illud quo vtuntur hoīes quotidie ad lauādū ſordes. ⁊ ad auferēdū pruritū. ⁊ poſtq̄ꝫ res eſt ſicut diximus īueniunt ipaꝫ medici eſſe vnaꝫ ex medicinis reſolutiuis: ſed ſpume baurach eſt v̓tus. ⁊ natura eſt eadē quaꝫ hꝫ baurach: niſi q̄r eſt ſubtilior. ⁊ poſtq̄ꝫ dixim⁹ ꝙ natura baurach eſt media īter naturā baurach affrice ⁊ naturaꝫ ſalis. ⁊ hoc q̄r in baurach affrice eſt v̓tus que abſtergit ſolū. ⁊ in ſale ē virtus ſtiptica. ⁊ in baurach ſunt iſte due v̓tutes ſimul: niſi q̄r virtus eius eſt ſtiptica pauca: ſed v̓tus abſterſiua eſt multa. ⁊ dixit ꝙ virtus baurach eſt media īter v̓tutem baurach affrice ⁊ ſalis. Et quādo comburit̃ eſt ꝓpinquus illi affrice. ⁊ hoc ideo q̄r ſubtiliat: ⁊ ꝓpter hanc cauſam deſiccat ⁊ reſoluit. ⁊ ſi ſumitur de eo aliqđ per os incidit ⁊ ſubtiliat humores groſſos pluſq̄ꝫ ſal: ſed baurach affrice nō vtuntur interius niſi īdigeamus medicina forti. q̄r ipm̄ cōmouet nauſeam ⁊ vomitū. ⁊ niſi eſſet ꝓpter hoc darem⁹ ipm̄ in humoribus groſſis. Quidam v̓o vtuntur iſta baurach affrice in medicinis que dant̃ illis qui ſumpſerunt fungos ſtrangulantes: ⁊ curat eos ſtatī: ſed ⁊ nos adminiſtramus baurach aduſtum ⁊ nō aduſtū. ⁊ maxime ſpumam eius in iſta ſtrāgulatione. ⁊ iſta ſpuma nomine greco: ⁊ cōpoſito afronitrum dicit̃. ⁊ eſt magis abſterſiuuꝫ q̄ꝫ ſal. q̄r nō ſtipticat. ⁊ ſunt amara multū. Et poſt dicit ꝙ ſal amarum mediū eſt īter ſalem durū ⁊ afronitrū bonum: eo ꝙ afronitri ſunt ſpēs. q̄r ex eo eſt durū groſſum: qđ nō diſſoluitur in aqua cito. ⁊ nō eſt ſermo medius hic in ſpeciebus illis ex eo: ſed ſermo ille eſt medi⁹ in hoc qđ ſignificat nomen ſuū volo dicere ſpumā ſube eius: que eſt ſicut ſpuma quia nitruꝫ eſt ſicut petra: ⁊ iſta ſpuma eſt ſicut ſpuma in ſupficie exiſtens. ⁊ ideo nitrum eſt minus calidū q̄ꝫ afronitrum. ⁊ ꝓpter hāc cām aufert carnem que creſcit in vlceribus: ⁊ deſtruit eā abſqꝫ nocumēto aliquo: ſꝫ flos nitri ⁊ ſil'r ipm̄ nitrum vlcerū mordicat carnes. ⁊ dicit conſiderator hoꝝ ſermonū. quādo diligēter cōſideras ſermoneꝫ Hal̃. in. 4. ca. de nitro ⁊ afronitro: ⁊ ꝯparas ipm̄ cū ſermone ſuo in. ii. ca. baurach affrice. qđ ē ſpumoſum ⁊ baurach ſimpl'r. ⁊ aggregas opationes īuenies pro certo: ꝙ intellexit per baurach affrice nitruꝫ. ⁊ per baurach afronitrum ſpumā nitri. ⁊ dixit ꝙ afronitrū eſt ſpuma nitri. ⁊ eſt baurach armenū. ſumitur ergo per hoc ꝙ baurach ſꝫ Hali. eſt baurach armenū. ⁊ pro certo ſcias ꝙ intellexit per baurach armenuꝫ afronitrū. Comburit̃ nitrū ſic. ponatur i olla terrea: ⁊ ſepeliatur in prunis: ⁊ dimittat̃ donec caleſcat: ⁊ poſtea auferatur ab igne: ⁊ reponatur: ⁊ illud eſt qđ vocatur amentuꝫ. Bulcaſim li. qui dicitur ſeruitor. Sal nitrum comburitur ſicut ſal. POSSE. SERAP. auc. Diaſc. virtus omnis nitri eſt deſiccatiua: ⁊ quando bibit̃ ex eo incidit ⁊ ſubtiliat humores groſſos viſcoſos pluſq̄ꝫ afronitrū. ⁊ datur aduſtū ⁊ nō aduſtū ad ſuffocationē fungorum pernicioſoꝝ. Sed v̓tus ſpume nitri que dicit̃ afronitrum eſt ſil'is v̓tuti ſalis aduſti. ⁊ aduſtio ei⁹ eſt ſic̃ aduſtio illius niſi ꝙ afronitrū valet plus ſale ꝙ in hoc ſedat tortiones ventris. ⁊ miſcet̃ cū aliqb⁹ vnguētis: ⁊ iungitur ex eis patiēs febres periodicas. ⁊ aufert rigoreꝫ earum ſi fiat inunctio ante paroxiſmū apud ignem. ⁊ īgredit̃ etiā vnguēta que fiūt ad ſcabiem vlceroſam ⁊ pruritū ⁊ morfeam: et quādo afronitruꝫ et ſpuma nitri: qđ eſt baurach armenū diſſoluit̃ in aqua aut vino: et diſtillat̃ in aurē ſedat dolorem eiūs et vētoſitates que ſunt in ea. et ſibillū: ⁊ cōfert humorib⁹ fluentibus ad ea. et quādo diſſoluit̃ in aceto mūdificat ſordes que ſunt in ea: et qñ miſcetur cuꝫ adipe anſerino: aut axūgia porcina curat morſus canis: et quādo miſcet̃ cum terbētina curat orificia furūculoꝝ: et fit emplm̄ cuꝫ eo et ficubus ſupra ventrē hydropici. et fit cum eo et melle cohol acuens viſum: et quādo bibit̃ cuꝫ aceto et aqua cōfert ſuffocationi fungoꝝ ꝑnicioſorum: et quādo bibit̃ cum aqua cōfert nocumēto ſpecierū cantaridarū que dicit̃ buſſraſitis: et ſumitur cuꝫ aniden. et confert nocumēto ſanguinis nariū. et cōfert ad extenuāduꝫ et fit emplaſtrū paradiſi que facit declinare caput ad poſteriora: et torſionib⁹ neruoꝝ confert. et miſcet̃ puſca et aqua: et fit panis habēti paraleſim lingue.

B aurac. babaſur eſt q̄daꝫ ſpēs baurach
B aurach kebuli ſemen indum eſt.
B aurati. i. mediū vētris.
B auratus. i. deſiccatus et induratus.
B auratania. i. vitis agreſtl
B autamia. i. viticella. et ē vitis alba.
B autia. iezar. Iezarum. i. paſtinaca vel vitis alba. l. lezar.
B azadarab. i. galbanum.
B azaracaton. ara. pſilliuꝫ. Bezarachatime.
B azarachiten. ara. ideſt ſemen lini.

B azaredū. Bezard ſcripſit Stephanꝰ pro bazarat: ⁊ eſt galbanum.
B azbe.i.yſopus.

B azbel.i.thimus.
B dela.grc.ſanguiſuga.

Cap. LXXXIIII.

mollificatio. tria ſunt in eis ꝓpter que in ipſis cadit recti/ficatio. faciūt.n. cadere in opilationes: ⁊ proprie paratos: ⁊ qꝛ facile adherent villis ſtomaci ⁊ partibus inteſtinoꝝ: ⁊ qꝛ dimittunt corrugationes in ipſis. ⁊ nos emendamus quod timet̄ de eo qd̄ diximus primo prohibentes peni/tus exhibitionē eoꝝ ipſis ⁊ omnibus paratis cadere in opilationes. in non paratis miſcenda ſunt ea cū ipſis que opilationem fieri ꝓhibent ſicut aliq̄ ex diureticis notis. ⁊ infuſio eoꝝ in aq̄ caſei remouet hoc nocumentum ab ipſis. ⁊ ſuccus fumi terre ſil'r. Et ſimiliter Abſinthiū aga/ricus reubarbaꝝ ſpica ⁊ ſimilia. Et emendamus qd̄ pōt peruenire ex eo qd̄ diximus in ſecundo ⁊ tertio miſcēdo cū eis que remouēt ab ipſis adherētie intēſionē ⁊ acqui/runt eis lenitatem: ſicut ſi fricentur cum oleo amigdala/rum dulciū aut roſaꝝ aut violaꝝ aut ſiſamino: aut ſaltē conterant̄ cum eis amigdale dulces. paſſule quoqꝫ ⁊ mel earum lenificant eos ⁊ confortāt operationē eoꝝ: ⁊ ſunt ꝓprie iuuatiui cum eis. ſimiliter acquirit eis caſſiafiſtula viole condite tereniabin tamarindi ⁊ ſimilia. Quidā di/xerunt ꝙ non eſt bona permixtio eorum cū medicina lu/brificatiua ⁊ lenitiua: qm̄ operationes eorum in id ipſū non cōcurrunt. ⁊ ego non video illud: immo remouet̄ ab eis per ipſā adherētia ⁊ corrugatio: ⁊ acquirit̄ ſolutio fa/cilis. Et ſcito ꝙ decoctio acquirit eis vehemētiorem ope/rationē q̄ ſola infuſio: ⁊ infuſio minus facit eos eſſe opi/latiuos q̄ coctio. ⁊ aſſatio minorat de ſolutōe faciēs ipos conſtipantes plus: ⁊ adhuc magis combuſtio. Et contriti quidē plus ſoluunt ⁊ plus dimittunt veſtigia conſtipatio/nis in vȷs. Infuſi vero minus faciūt illa. ⁊ infuſio quidē eorum competit: quando ſolū queritur ſolutio. Et eorū contritorum exhibitio: quādo querit̄ conſtipationis im/preſſio: ⁊ quanto magis conterunt̄ melius celebrabitur illud. Et kebuli quidem conditi minoris ſunt ſolutiōis ⁊ maioris confortatiōis membroꝝ nutricationis. ⁊ nō con/diti faciunt contrarium. Modus condiendi kebulos eſt iſte. Accipe ex eis hūidis ſi haberi poſſunt vel humecta/tis ſm̄ artem qua humectari poſſunt quantitatem quā volueris. ⁊ cum ſtilo punge eos vndiqꝫ ⁊ decoque eos in aqua cum facilitate vſqꝫ dum ſufficiat. poſt hoc dimitte eos per diem vnum ſuper tabulam ⁊ exprime aquam eo/rū ⁊ ſubmerge eos in aqua mellis per dies duos. dimitte tunc ⁊ coque eos lento igne: ⁊ poſtq̄ cocti fuerint recōde eos in vaſe vitreo: ⁊ da poſt. 6. menſes. Ars autē auxiliat̄ in humectando eos. infundant̄ in aqua plurima ⁊ expo/nant̄ radȷs ſolis per dies octo: deīde accipe vas magnū ſicut doliū: vel ſaltem fiat fouea in terra in loco humido vbi inter multā harenā humidā diſiunctim ſepeliant̄ ſe/pe ac ſepe aquā deſuper infundēdo. ⁊ innouādo harenā de tertio in tertiū diē vſqꝫ dū tumeſcant ⁊ humectentur. hic erit modus hūectatiōis eoꝝ. POSSE. SERAPI. virtus citrinorū eſt ꝙ fortificant oculos ⁊ prohibēt cur/ſum humorum ad ipſos ⁊ conferūt ſebel: ⁊ confortāt ſto/macū: ⁊ incoriant ipſum: ⁊ conferūt melancolie ⁊ cardia/ce. ⁊ clarificant colorē. virtus kebuloꝝ eſt ꝙ conferunt ano ⁊ emoroidibus ⁊ īcoriant ſtomacū: ⁊ confortant eū: ⁊ digerunt cibū. deſiccant humiditatē. leniunt naturā conferunt ventoſitati emoroidarum: ⁊ conferunt melan/colicis: maxime quando cū eis admiſcētur ſpecies corro/borant ſenſū ⁊ memoriā: ⁊ conferūt lepre ⁊ colice: ⁊ con/ferunt emoroidibꝰ antiquis: ⁊ ſedant ſodā ⁊ hydropiſim. ⁊ inducunt nauſeam ⁊ vomitū. Sed ſeni ⁊ indi vel nigri habent corticē ſubtilem nigrum ⁊ cortex eoꝝ vergit ad citrinitatē qui quando condiunt̄ corroborant ſtomacū. ⁊ incoriant eū incoriatione pauca ⁊ nō eſt in eis iuuamē/tum quantū in kebulis. IOAN. MESVE. Mirabola/ni ſunt ex rebus q̄ faciunt vtentes ſe iuueneſcere. ⁊ acqui/runt eis colorem bonū ⁊ bonitatē odoris oris ⁊ ſudoris ⁊ generant gaudium ⁊ confortant cor ⁊ epar ⁊ ſtomacū: ⁊ conferūt tremori cordis: ⁊ mundificant ſtomacū: ⁊ con/ferūt emoroidibus: ⁊ extinguūt inflāmationē colere: ſed citrinoꝝ operatio in hoc eſt precellēs. ipſi.n. ſolutōe edu/cunt eā: ⁊ conferunt habentibus cōplexiones calidas: ⁊ eoꝝ fricatio cum aqua agreſte. ⁊ cū aqua roſaꝝ aut ſucco feniculi abſtergit oculū: ⁊ aufert ſupercalefactionē eius. ⁊ facto inde alcohol. ſtringit lachrymas. ⁊ ꝯuenit mollifi/cationi oculoꝝ: ⁊ cōferunt tertiane et febribus colericis. Et contrite cū maſtice ſanant vlcera et deſiccāt ea. kebu/li quoqꝫ ſolutōe educunt flegma: et addunt in rōne: ⁊ cla/rificant viſum: et ꝓprie conditi: et mūdificant ſtomacū: et confortāt ipm̄: et cōferūt hydropiſi. et fe. antiquis. Ni/gri aūt vel indi ſolutiōe educunt melancoliā et colerā aduſtā. et conferunt melancolie et tremori et clarificāt viſum et colorē et conferūt lepre et triſticie et quartane. Doſis. potio citrinoꝝ tritoꝝ ē a. ʒ. ij. vſqꝫ ad. v. et infuſoꝝ a. ʒ. v. vſqꝫ ad. ʒ. x. Et potio kebulorū tritoꝝ a. ʒ. iij. vſqꝫ ad quattuor. et infuſorū a. ʒ. vij. vſqꝫ ad. x. et indoꝝ eſt ſic̄ kebuloꝝ. BVLCASIN. Eben Aben azarin. libꝰ. g. dicit̄ ſeruitor. modus aſſandi mirabolanos. opꝫ ꝙ imbi/bas eos in aq̄ citonioꝝ: aut in ſucco agreſte: aut in aceto/ſitate citri: aut in aq̄ vbi cocte ſunt lentes: aut vbi coctū eſt lapatium acutū: deinde deſicca eos bene et madefac in oleo roſaꝝ vel oleo de lentiſco aut oleo maſticino aut cū butiro aut oleo oliue: deinde aſſa ſuper patellam fer/reā vel terreā: quam cū primo calefeciſti et abſtuliſti ab igne: caue ne adurat̄ et deſtruatur virtus eoꝝ. Similiter aſſantur ſemina que adminiſtrant̄ in medicinis fluxus. Et modus aſſationis eoꝝ eſt iſte. Accipe patellā ferreā aut eneam aut terreā aut lebetē cū lato orificio. et cale/fac bene: deinde aufer ab igne et ſtatim ſuperpone ſemi/na dū ipſa eſt calida anteq̄ infrigidet̄ et cōmiſce ea ſem/per donec videas aſſatōē eoꝝ completā ad voluntatē tuā. Et ſi non fuerit cōpleta vice vna pone iteꝝ et fac vt p̄us et ſcias ꝙ nō oportet oīa ſemina equaliter aſſare: qꝛ ſunt quedā que habent multā viſcoſitatē que debēt am/plius aſſari ſicut pſilliū: ⁊ caue ne comburantur.

Halim.i.pulegium.
Halimō.i.cretanꝰ. Pli. liꝰ. xx. capꝰ. xx. añ mediū.
Halimach.i.pimpinella.
Halion. quid eſt.l. Naliop Serapion.
Haliū. ara. ſpagus. heliū. gre. Pau. helio. Alexan. nō eſt dr̄ia apud arabes inter. a. l'ram ⁊. e.
Halkaſmeth. i. feniculus.
Hlmeſes lapis in quo acui/tur. ſ. cos.
Halmetani.i.lapis veſice.
Halrebegi.i. lapis molarl.
Halſcix alzuzegi. ara. her/ba vitri. nā haſcix herba zuzegi vitrū. ⁊ gre. ꝑdi/chiados ⁊ perdiculi. ⁊ ē paritaria.
Hals.i.ſilligo vel ſpelta.l. germanum. ⁊ futa.
Halſia.i.abrotanum.
Halterma.i.galbanum.
Haltalep: ideſt viriditas inuenta ſuper aquam.l. viriditas.
Haltich ideſt aſa.
Halum ideſt aniſum.

Cap. CCCXIII.

Halzum. ara. gre. fobolia vel coclea. lati. limacia vel maruecia. coclea ex ea eſt terrēa et marina et ſunt de genere oſtracoꝝ. SERAPION liꝰ. aggre. Ex limacȷs qn̄ terunt̄ cū cortice ſuo ē virtus exic/catiua fortis et adminiſtrat̄ in cura apatum difficilis re/ſolutiōis que fiūt in cruribꝰ a conquaſſatiōe vel ictu: et exiccāt ea. Et qn̄ limacie adurunt̄ cū cortice ſuo deſiccāt fortiter. Et eſt in eis calefactio ꝓpter aduſtionē. Et quā/do accipiunt̄ ex eaꝝ cinere. quattuor ꝑtes et ex gallis vi/ridibꝰ due et piperis vna et terunt̄ oīa fit medicina cōfe/rens vlceribus inteſtinoꝝ et veſice: quādo ſunt putrida iuuamento maximo. Et opꝫ ꝙ terat̄ hec medicina forti/

ter ⁊ pulueriʒetur ſuper cibos eoꝝ. Et detur ex ea ſimiliter in potu cum vino ⁊ aqua. Et caro limaciaruꝫ ⁊ teſtarum eaꝝ cõuenit vlceribus ⁊ morſui canis rabidi. Et caro limaciaꝝ agreſtium: quãdo teritur in mortario fit medicina que exiccat membra omnia in quibus eſt humiditas multa. ⁊ ꝓpter hanc cauſam ↄuenit hydropiſi: ſed humiditas limaciaꝝ quãdo accipit̃ ſola ſine carnibus. ⁊ miſcetur cũ olibano aut mirra aut calce aut cuꝫ aliquo iſtorum aut cum omnibus: ⁊ terunt̃ ſimul donec incorporentur: ⁊ fiant ſicut mel fit hec medicina tenax glutinoſa q̃ exiccat apoſtemata mucillaginoſa que ſub auribus ſunt exiccatione forti ⁊ exiccat ⁊ coercet humores qui fluunt ad oculos: quando ponunt̃ ſuper tempora. Modus aũt accipiendi aquã limaciarum eſt ꝙ quãdo perforat̃ caro ipſaꝝ cũ ſtilo ferreo ⁊ ſint limacie recẽtes. accipit̃ namq; humiditas ab eis ⁊ colligit̃ in vaſe. DIASCORI. ca° de limacys. Coclee vel limacie terrene ſunt bone ſtomaco: laxant vẽtreꝫ: ſed ille que ſunt in fluminibus ſunt pinguiores illis que adherẽt arborum paruaꝝ ramis que dicuntur ſalmi vel ſalmuci ſiue ſalſitem laxant ventrem: ⁊ ꝓuocant vomitũ. Et quando ipſaꝝ teſte comburũtur calefaciunt adurunt ⁊ abſtergunt ſcabiem ⁊ morfeã. ⁊ aduruntur limacie cum carnibus ſuis ſicut ſunt ⁊ fit inde cohol abſtergens cicatricẽ cornee oculi ⁊ curant vlcera oculi. ⁊ valent cõtra empetiginem. ⁊ fit emplaſtrũ ex eis crudis ſicut ſunt ſuper tumoreꝫ hydropicorum: ⁊ minuit eũ nec ſeparantur de loco donec diminuant humiditatem eius: ⁊ ſedant apoſtemata podagre. Et quando fit emplaſtrum cũ eis extrahit infixa corpori ⁊ fragmenta oſſium: ⁊ teruntur ⁊ fit naſcale cum eis ⁊ ꝓuocat mẽſtrua. Et fit emplaſtruꝫ vulneribus ⁊ ꝓprie neruoꝝ cum eis piſtatis cũ carne ſua ⁊ maxime addito thure ⁊ mirra adinuicem mixtis ⁊ cõglutinat ea: ⁊ caro eaꝝ curat vlcera. ⁊ terit̃ ⁊ miſcet̃ cũ aceto. ⁊ ſtringit ſanguinem nariũ: ⁊ elixant̃ carnes limaciaꝝ recentiuꝫ ⁊ comedunt̃: ⁊ ſedant dolorẽ ſtomaci. ⁊ terunt̃ ſicut exeunt de teſtis ſuis. ⁊ bibunt̃ ex ei⁹ cum vino ⁊ conferunt colice ⁊ dolori veſice. Et qñ accipitur de viſcoſitate que eſt ſup carnẽ agreſtiũ cum ſummitate acus: ⁊ ponit̃ ſup piluꝫ palpebre ei⁹: cuius ortus non eſt rect⁹ ſicut decet ↄglutinat eũ ⁊ rectificat decẽter. pñt hec oĩa limacie marine facere: ſed minorẽ hñt virtuteꝫ.

Haman. arabi. crobeker: ideſt columbus.

Hamanoib: ideſt raſa.

Hambar. hambair. arabice ideſt ambra.

℄ Capitulum. CCCXIIII.

Hamdebut. handebuh. ara. latine. tela aranee. SERAPION. libro aggre. cap. Handebut. aucto. Galie. Tela aranee quãdo ſuperponitur vulneribus que fiũt extra corpus non ſinit ea apoſtemari. Et idem auctori. Diaſcori. quãdo miſcetur cum aliquo vnguento ⁊ extenditur ſuper petiam ⁊ ligatur ſuper tempora ⁊ ſuper pulſus brachiorum curat feb. tertianaꝫ. Et quãdo ponitur ſuper locum vnde fluit ſanguis ſtringit eum ſtatim. ⁊ quãdo ponitur ſuper vlcera non profunda prohibet ea apoſtemari. ⁊ ex tela aranee eſt quedã ſpecies que eſt alba ⁊ dura: que ꝑm ꝙ dicũt quidã: ſi reſtringatur in corio ⁊ ſuſpendat̃ ſuper adiutorium quartanary aufert eam. DIASCORIDES. capitulo de tela aranee. Omnibus eſt nota. vires habet conſtringentes admixta quibuſdã vnguentis temporibus impoſita feb. curat. ſanguinem defluentẽ retinet. ſuperpoſita vulneri nõ cauo prohibet fieri ſaniẽ. ſine tumore vulnera ſanat. cuꝫ oleo cocta dolorem auriuꝫ mitigat. Aranea trita ⁊ impoſita ⁊ in plagella ⁊ fronti impoſita temporibus tetanicas paſſiones ꝓhibet. Album opus aranee corio ligatũ ⁊ collo ſuſpenſum quartanas tollit, vt dicit Almanſor. caplo de Aranea. Aranee opuſculum abſtergit ⁊ curat ſerpiginem. ⁊ ꝓpter hoc ponit̃ in quodam vnguento ad ſerpiginem qđ ponitur in antidotario Galieni minori.

Hameacti. kameactis. ara. ideſt ebulus.

℄ Capitulum. CCCXV.

Hameb. ara. vel hupue phathabalep. gre. ſtrignũ vel cuculus vel morella. latine vero ſolatrum vel vua vulpis. SERAPION libro aggre. cap° Hameb. aucto. Diaſco. Sunt eius quattuor ſpecies. vna comeditur: alie vero nõ: ſed illa que comeditur eſt domeſtica: ⁊ eſt herba nõ magna habens plurimos ramos. ⁊ folia nigra ſimilia folys hedarog. i. oʒimi: ſed maiora ⁊ latiora. ⁊ habet ſemen rotũdum: cuius color eſt viridis ⁊ niger: ſed quando maturatur fit rubeus: ⁊ quãdo frangitur inuẽitur in eo multa humiditas: ⁊ granula que ſunt ſemina eius. Item aucto. Galie. eſt frigi. in ſecũdo. ⁊ nõ eſt humida: ſed ẽ media inter medicinas que humectant ⁊ que deſiccant. ⁊ ipſum eſt compoſitũ ex virtutibus cõtrarys .ſ. humida ⁊ ſicca. ⁊ hoc q2 in eo ſunt due ſubſtantie. ſ. terrea ⁊ aquoſa. Eſt aliud ſolatruꝫ qđ dicitur kekengi: quod habꝫ folia ſilĩa folys ꝑmi: niſi q2 ſũt latiora eis: ⁊ rami ei⁹ quãdo elongant̃ declinant verſus terrã. ⁊ hꝫ fructum in chiſti rotundũ ſimilem veſice ⁊ eſt fructus eius granum rubicundũ ſimile vue quem quidaꝫ kikilium vocant. Et idem. Eſt alia ſpecies ſolatri faciens ſomnum. ⁊ eſt plãta habens ramos multos ⁊ ſpiſſos egredientes ab ea. ⁊ ſunt difficiles ad frangendũ: ⁊ ſunt pleni folys: in quib⁹ eſt humiditas que adheret manui. ⁊ aſſimilat̃ folys citonioꝝ. ⁊ flos eius eſt rubeus ſicut ſanguis non magnus: cuius ſemen eſt croceum. ⁊ habꝫ radicẽ non magnam multuꝫ: cuius cortex eſt rubei coloris. ⁊ naſcitur in locis aſperis ⁊ petroſis. GALIENVS. s. ſimpli. phar. caplo de ſtrigno. Uirtus ſolatri ſomniferi eſt ꝙ eſt fri. in tertio. ⁊ facit dormire. ⁊ habet proprietateꝫ ſimilẽ opy: niſi q2 eſt debilior eo. Et idẽ Serap. eſt alia ſpecies ſolatri que dicit̃ ſolatrũ maniale: ⁊ eſt illud qđ dicitur furiale: eo ꝙ facit furioſitatem ſeu maniam: ⁊ eſt plãta habẽs folia ſimilia folys eruce: niſi quia ſunt minora eis. ⁊ ſpinoſa que dicit̃ caradis. ⁊ habet virgas lõgas egrediẽtes ab eius radice. io. aut. iz. Et longitudo eius eſt duoꝝ brachiorum. ⁊ in ſummitatibus eorũ ſunt capitella ſicut pili ad modũ arboris dulb. ⁊ ſunt minora oliuis et altiora et flos eius ẽ niger. et poſt floreꝫ emittit velut racemum. io. vel. iz. grana habentẽ. Et grana ſunt rotunda mollia nigra in mollicie vue ſimilia granis cuſſus. et habet radices groſſas albas concauas. quoruꝫ longitudo eſt vnius brachy. et naſcitur locis montuoſis. et inter arbores dulb. Plinius libro. zi. ca°. zi. in ꝑncipio. POSSE. SERAPION. Quando fit emplaſtrum cũ folys ſolatri. et ſuccaran cõuenit formice et herſipille. Et quãdo teruntur contritione forti: et miſcentur cum ſale et fit emplaſtrũ cum eis curat ſcabiem vlceroſaꝫ et pruritũ eius. Et cõuenit dolori capitis ⁊ inflãmationi ſtomaci. Et quando terũtur fortiter cum ſale: et fit emplaſtrum cũ eis reſoluunt̃ apoſtemata que fiunt in radice auris. Et quãdo ſuccus eius miſcetur cum ceruſa et litargiro et oleo roſarum: ⁊ mutat̃ hora poſt horam conuenit apoſtematib⁹ calidis que fiunt in cerebro et capite infantiũ. Et miſcetur ſuccus eius ſief: qđ ſumitur ad curſum humiditatũ currentiũ ad oculum loco aque et loco albuginis. Et quando diſtillat̃ in aurem conuenit dolori eius. et fit naſcale cum eo. et cõuenit curſui humiditatuꝫ matricis. GALIENVS. libro ſecũdo de cibis capi. de ſolatro. Holex nullũ noui habẽs tantã ſtipticitatẽ quantaꝫ morella. ergo merito vt alimẽto qđẽ ipſo raro: vt medicina aũt ↄtinue vtimur. efficax eſt. n. ad q̃cũq; opꝫ infrigidare et ſtipticare. Alimentum aũt pauciſſimum habꝫ.

SERAPION. kekengi qđ quidam nominãt kakabũ. fructus eius ꝓuocat vrinam. Et ideo admiſcetur iſte fructus in multis medicinis que ↄferunt epati veſice ⁊ renibus. ⁊ hec herba adminiſtrat̃ in medicinis ⁊ nõ comedit̃ ⁊ fructus hic mũdificat icteritiam per ꝓuocatõeꝫ vrine. Et idẽ auc. Habix. Alkekengi. ẽ aliud montanũ aliud ſilueſtre: ⁊ eſt albũ: ⁊ ẽ ſimile in forma ſupiori. Et ↄuenit ſuccus eius bibitus apatibus taꝫ intrinſecus q̃ꝫ extrinſecus: ⁊ qñ linit̃ ſuper apata extrinſeca conuenit eis. Et granuꝫ eius quando bibit̃ cõuenit vlcerib⁹ renũ ⁊ veſice. Et granum eius eſt fortius domeſtico. Et idem Serap. virt⁹ ſolatri ſomniferi ẽ facere dormire. Et qñ accipit̃ de cortice radicis eius aureus. i. ⁊ bibit̃ cum vino facit dormire. Et ſemẽ eius ꝓuocat vrinaꝫ. ⁊ ideo adminiſtrat̃ in hydropiſi ⁊ bibit̃ de cortice radicis eius. ʒ. i. ⁊ facit dormire leuiori ſomno q̃ꝫ gummi papaueris. ⁊ ſuccus eius ꝓuocat vrinam ꝓuocatõe forti. ⁊ dant̃ hydropico ex ſemine ei⁹ grana. iz. ⁊ curat̃: ſed ſi plus dent̃ inducunt maniam vex cui accidit hoc ſi biberit mellicratum curat̃. Et cortex ei⁹ ingredit̃ in medicinis narcoticis. Et qñ coquitur in vino ⁊ decoctio eius tenet̃ in ore ſanat doloreꝫ dentiũ. ⁊ quãdo admiſcet̃ ſuccus radicis eius cũ melle acuit viſuꝫ. Et idẽ Serap. virtus ſolatri manialis ẽ ꝙ quando bibit̃ ex radice eius. ʒ. i. inducit ſomnia nõ recta: ſed aliena. ⁊ qñ bibũtur ex eo. ʒ. y. inducunt furorẽ ⁊ velut ebrietatẽ tribus vl̃ quattuor diebus: ⁊ qñ bibunt̃. ʒ. iiy. faciunt hoc ideꝫ ⁊ eũ occidunt. ⁊ cura eius ẽ mellicratũ: qñ bibit̃ ex eo quantitas plurima ⁊ euomatur: ⁊ fiat hoc ſepe. Et idem auctor. Meſealach. ſolatrum moniale eſt fri. ⁊ ſic. in tertio. ⁊ eſt plus ſtipticũ q̃ꝫ omnis alia herba. extinguit calorẽ igneũ: ⁊ fructus ei⁹ generat ſemper permixtionem ſenſus. ideo opꝫ cauere ab eis. GALIENVS. Cortex radicis eius fri. ẽ in fine terty ⁊ ſic. in ſecũdo. ꝓpe fineꝫ eius. vnde curat vlcera. Alie vero ſpecies nõ ſunt alicuius iuuamẽti recepte interius: imo ſiquis biberit ex eo aur̃. quattuor: moritur inde. ⁊ ſi bibatur minus inducit inſaniã: ſed vnus aure. aliquando non nocet. Sed ſciendũ ꝙ vbi iſta tranſlatio dicit aureus. in greca tranſlatione dicitur. ʒ. i.

℄ Capitulum. CCCXVI.

Hamech. ara. gre. kamaket vel kamachet. lat. ꝟo tuberi. ⁊ ẽ fungus quidam. Et qdaꝫ vocant ipm fungũ veſcenium. Plinius lib. i9. cap. z. in fine. SERAPION li° aggre. cap. Hamech. aucto. Diaſco. Eſt radix rotunda nõ hñs folia nec tyrſuꝫ. color eius ẽ rubeus. ⁊ repit̃ in vere ⁊ comedit̃ crudus ⁊ coctus. Et ideꝫ aucto. Gal. ſuba eius eſt terrea multum. admiſcet̃ ei paꝝ ſubſtantie ſubtilis. Et dicit Gal. in libro de chimis. kameket generat groſſum humorẽ: ⁊ non ẽ multũ mali chimi. Et dixit in lib° venenoꝝ ꝙ generat ſtranguriã ⁊ colicaꝫ: ſimiliter faciunt fungi. ⁊ melius eoꝝ eſt illud qđ reperit̃ in arena habens paucam aquã. AVICENNA libro ſecundo. cap. tubera. ſunt ex ſuba terrea plus ⁊ aquea minus ⁊ in ipſis ẽ acreitas ⁊ ſubtilitas pauca meliora eoruꝫ ſunt harenoſa illa in quib⁹ non eſt odor malus. ⁊ q̃ ex eis ſunt ſicca deteriora ſũt hũidis. ſunt groſſa valde ⁊ gnãnt humorẽ groſſum melãcolicũ: ⁊ ſunt dure digõnis. ⁊ tyriaca eoꝝ eſt vinũ puꝝ ⁊ ſpẽs ↄdiẽtes. ALMANSOR. tractatu 3°. capi. de tuberibus. Tubera. fri. ſunt ⁊ groſſa flegma quoq; generant crudũ. que autem ex eis ruboreꝫ hñt mala exiſtunt: quoꝝ multa comeſtio colicaꝫ generat nec etiam abſq; calidis ſunt edenda condimentis.

Hameien. hameme. arab. ideſt amomum.

Hamepitas. i. ypericon.

Hameſes ideſt lapis i quo acuitur ferrum.

Hamibum. i. amilum.

Hamil. hamilil ideſt mille folium.

Han ideſt mel.

℄ Cap. CCCXVII.

Hanabroch. ara. lat. vpupa auis. SERAPI. lib. aggre. cap. Hanabroch. aucto. Galie. huiuſmodi auis hꝫ coronã que fit ſuper caput eius ex plumis eius: ⁊ qñ bibitur ex iure ipſius ⁊ bibitur ex cibo eius multum conuenit dolori colico. Almãſor. tracta. tertio. cap. de auibus. caro alaude que pileata dicit̃ ventrem ſtringit cuius ius ventrem fluere facit.

℄ Capitulum. CCCXVIII.

Handachuca vel chua vel cuf. ara. gre. lothos vel ʒharat vl̃ lotus. lati. ꝟo trifoliũ vel quedã ſpẽs trifoly. de q̃ dicit Diaſco. cap. de trifolio. ⁊ hꝫ odorem aſpalti. SERAPION. lib. aggre. cap° Handachucha. nominat eam Diaſco. lothos. i. trifoliuꝫ. Et eſt ʒart ſiue garch. ⁊ chua ⁊ ẽ duaꝝ ſpecierum. ſ. domeſtica ⁊ ſilueſtris. Silueſtris quidẽ hꝫ ſtipitẽ longitudinis duorum cubitoꝝ vel brachiorum ⁊ plus paꝝ ⁊ naſcũtur ab eo ramuli multi ⁊ quodlibet. habꝫ folium in extremo quod aſſimilat̃ handachuche que oritur in paludibus. ⁊ dicitur trifoliũ. ⁊ habet ſemẽ ſimile fenugreco niſi ꝙ eſt minus ſatis. Sed ſciẽduꝫ ꝙ illa vocatur a quibuſdã herba flaura vel herba maura: ſed Diaſcor. vocat ipſum trifolium maius domeſtica que naſcit̃ in hortis. ⁊ eſt quedã alia que naſcit̃ ſuper aquas ⁊ maxime in babylonia: quãdo fluuius nilus irrigat terrã. ⁊ eſt herba habens crus ſimile cruri fabaꝝ ⁊ eſt ſemen albũ ſimile fagi in capitib⁹. ⁊ dicunt ꝙ extenditur quando oritur ſol ⁊ apparet ſuper aquam. Et quãdo occidit reſtringit ſe ⁊ ſubmergit̃ in aq̃. Et capita eius ſimilant̃ capitibus papaueꝝ magnoruꝫ: ⁊ in capitibus eſt ſemẽ ſimile giguers ⁊ ſcariole ⁊ exiccant ipſuꝫ in babylonia: ⁊ faciunt inde panem. ⁊ habet radicẽ ſimilem citonio que comedit̃ cocta ⁊ cruda. ⁊ ſapor decocte ſimilatur ſapori vitelli ouorum ⁊ vocat̃ handa ⁊ heuche. ⁊ Auicẽ. in ſecũdo dicit ꝙ de eius ſeminib⁹ fit panis. DIASCORIDES. cap. de trifolio. Duo ſunt genera eius. ſ. maius ⁊ minus. maius habet tres ſpecies. vna appellat̃ trifolium vel trigenon ponfillon: qđ latini trifoliũ odoratum dicunt vel ſulfuratũ. ſecunda trifolon vel exalbida vel oxitrifolon: dicit̃ latine trifoliũ acutũ vel alleluia. Tertia dicitur trifolon dematices ſiue partemon. ⁊ eſt trifolium porcinũ vel equinum. Maius gre. vocat̃ trifolium egoceron vel lothos. ara. handachucha. latine trifoliũ leporinũ vel herba flaura vel herba maura: cui⁹ frutex eſt longus cubitis duob⁹: virgas tenues habẽs in circuitu duo folia in extremo in ſimilitudinẽ folioruꝫ lupini ⁊ nigra: ⁊ ſingulis virgis tria folia per ſingulas nationes habens: coma eius in initio folioꝝ odorem rute reddit: qui cuꝫ creuerit aſpalto in odore ſimilis ẽ: flos eſt illi paruus ⁊ purpure⁹ ex quo ſemen profert velut latuꝫ ⁊ in figura corniculatũ. radix eſt illi oblonga ⁊ fortis virtutis ⁊ acerrime ⁊ diuretice. Plin. lib. zi. cap. 9. ⁊ lib. z6. cap. 7. Tripolium. POSSE. SERAPION. auctor. Albugerig. Andachucha ſilueſtris. ↄuenit ſtomaco frido ⁊ groſſe vẽtoſitati. ⁊ aq̃ eius abſtringit vẽtrẽ. ⁊ valet colice paſſioni ſi ponat̃ ſup morſuꝫ ſcorpiõis dolorẽ ſedat. Et ſi ponit̃ ſup mẽbrũ in quo ẽ mordicatio aĩaliũ nõ inducit dolorẽ. ⁊ ſemen ei⁹ eſt fortius folio ⁊ eſt bona dolori teſticuloruꝫ ⁊ ꝑncipio hydropiſis ⁊ dolori mr̃icis. DIASCORI. Trifoliũ maius vel lothos virtutis diuretice ⁊ acerrime eſt. ſemen ei⁹ ⁊ folia cum aqua bibita pleureticis ⁊ diſſurys ⁊ epilenticis ⁊ hydropicis in initio ſingulare ꝑſidiuꝫ eſt. ſtericis cauſis opitulat̃. mẽſtruis imperat. omnia predicta ſeminis ipſius. ʒ. quattuor et folioruꝫ. ʒ. iiy. curant. folia ipſi⁹ cum oximelle accepta morſibus venenatis occurrunt. feb. vt dicitur tertianis: tria folia aut tria grana ſeminis eius cum vino bibita medicant̃.

Handal. ara. colloquintida. hanſalũ. Ste. l. handeb.

Handebal.i.tela aranee.
Handebelaſamũ vel hendebeliſimuꝫ.ideſt xilobalſamum.Aliabbas.
Haneb vel hanel arabice ideſt iuiube.
Hanerie ideſt vene q̃ ſunt in labyꝭ.
Haniſa.ara.lati.ventriculus. SERAPION li°. aggre.cap°.Haniſa.auct. Diaſco.ventriculus galline antiq̃ eſt medicina maturatiua. Et pellicula interioꝛ vẽtriculi galli ſiccata ⁊ ꝓpinata in potu ↄuẽit egritudini oꝛis ſtoma.l.gigeg.
Hanix.ara.ſerpens. Auicẽna.haieth.
Hanis.henis.ara.cicer.
Hanſel.ara.i.ſquilla.
Hanub.hanul.ara.i.yrcus
Hanudab.i.abꝛotanum.
Hanudim ideſt acoꝛus.
Hapagratos ideſt vſnee.
Hapapir ideſt papirus.
Hapar ideſt capparus.

℄Cap. CCCXIX.

Har. ara.lati.anas. SERAPION.libꝛo aggrega.capitulo har.Omnibus ẽ nota. vnde ei⁹ adeps ſedat doloꝛem ſedatõe magna: ⁊ ipa eſt melioꝛ omnibus adipibus. Nam non inueni adipem ſubtilioꝛem nec magis mollificatiuaꝫ nec magis reſolutiuam. ea propter qꝛ caro eius eſt ca.multuꝫ. habet ſimiliter multam humiditatem.⁊ ideo eſt grauis digeſtionis:ſed clarificat coloꝛeꝫ ⁊ vocẽ:impinguat ⁊ auget ſpma. vñ ipſa caro eſt calidioꝛ ⁊ groſſioꝛ oĩbus alyꝭ carnib⁹ auiũ. AVICENNA libꝛo ſecũdo capitulo Anas. Eſt calidioꝛ omnibus auibus domeſticis.dicunt quidam ipſa calefacit infrigidatũ ⁊ facit calefactum poſſidere febꝛem.eius pinguedo eſt maxima in ſedando doloꝛẽ ⁊ ſedando moꝛdicationeꝫ in ꝓfundo coꝛpoꝛis.Et eſt melioꝛ pinguedinibus auiuꝫ. ⁊ eius caro frangit ventoſitates.⁊ ipſius ſtomacus eſt plurimi nutrimenti.Eius pinguedo clarificat coloꝛẽ:⁊ eius caro impinguat:⁊ clarificat vocẽ.eius caro tardatur in ſtomaco: ⁊ eſt grauis ⁊ pꝛopꝛie caro anſeris:ſed leuius quod eſt in ipſa ⁊ melius ſunt ale.Cum autem caro digeritur harum auium eſt nutribilioꝛ omnibus carnibus auium. augmẽtum efficit in coitu ⁊ multiplicat ſperma.
Hara.i.cucurbita.⁊ hara.i.iuniperus.
Harabatra.harathaur.i.ſtercus bouis.

℄Capitulum. CCCXX.

Harach. ara.latine ſudoꝛ. SERAPION.libꝛo aggre.aucto.Gali.in ſudoꝛe hominis eſt ſalſedo ⁊ amaritudo pauca:maxime quãdo admiſceť cũ puluere illius loci vbi luctant homines.⁊ accipitur ⁊ linitur ſuper tumoꝛes qui fiunt in coꝛpoꝛe pꝛeter naturam ⁊ reſoluit omnes:⁊ in illo puluere ſolo eſt virtus reſolutiua ⁊ ſtiptica:quãdo ponitur ergo iſte ſudoꝛ cum illo puluere ſuper apata mãmillarum reſoluit ea ⁊ extinguit inflammationẽ earum.Et linitur cum eo dubulet. ⁊ conuenit ⁊ ego ſum vſus in apoſtematibus lumboꝛum ⁊ ſedata fuerũt apoſtemata ⁊ reſoluta:⁊ eger fuit curatus.Sed quãdo apoſtemata que curanť cuꝫ iſto medicamine ſunt ſicca ⁊ dura opꝫ ꝙ mollificentur cũ oleo de alchãna aut roſarum:quãdo miſceť cum hoc oleo cõuenit coagulationi lactis in mãmilla ⁊ reſoluit ea.⁊ in hunc modum opoꝛtet ꝙ vtať eo in oĩbus apatibus. Sudoꝛ equi qñ calefit cuꝫ aceto conuenit epilẽſie.Et ſi adminiſtrať in moꝛſibus venenoſis conuenit ⁊ ad hoc valet ſudoꝛ ouium.
Harafaras ideſt ſterc⁹ caballinum.
Haragaraen ideſt ſtercus pecoꝛinum.
Harahamẽ ideſt ſterc⁹ columbinum.
Harabas.i.ſtafixagria.
Haraheꝛmar.i.ſterc⁹ aſini
Haraltil.i.ſtercus caninũ.
Harmiẽ.i.ſterc⁹ capꝛinuꝫ.
Harba ẽ quedã auis q̃ vocabať harba:cuius virtutes iuenies in.l.latamie. ⁊ in.l.ſumach.Aui.ẽ animal venenoſum faciens oua venenoſa.

℄Cap. CCCXXI.

Harbalim eſt quedã herba ſimilis ſcolopẽdrie ſemẽ eius eſt angulatũ ſicut lancea ⁊ eſt domeſtica ⁊ ſilueſtris.domeſtice caliditas ẽ pauca. ſilueſtris cali.eſt in ſecũdo.⁊ eſt cõſolidatiua.Eius folia ſicca in potu ſumpta vel cum aceto ſuper ſplenem poſita ſanãt ſplenem. Auicẽ.lib.ſecũdo.cap.de harbalim.
Harbatini.ſm Diaſco.ẽ lonchitis.Argaſtus.ara.
Harboꝛ albes.harboꝛ albaeꝫ.harboꝛ albies.i. cipꝛeſſus.
Harcoman.hartemum.Subomõ. ſpelta. Ste. Albaui.
Harcharcharraba.i.piretrũ.Aliab.harcathacha. (Aui.
Harchaſite ideſt lapis marchaſita.

℄Capitulum. CCCXXII.

Hard. ara.gre.rodon.lat.roſa. SERAPION li°. aggre.cap.hard.auc.Galie.octauo ſim.ꝑhar. cap.de roſa.ſubſtantia eius ẽ cõpoſita ex ſubſtãtia aquoſa cali.cuꝫ duabus alyꝭ qualitatibus ꝑmixta. ſtiptica.ſ.⁊ amara:cuius ſtipticitas eſt in quantitate tali: qꝛ coꝛpoꝛa hñtia virtutem fluxã non poſſunt diſſoluere virtutẽ ei⁹. Et ſemen eius ẽ magis ſtipticum q̃ꝫ roſa. Et idem. Roſa cum ſtipticitate q̃ eſt in ea ẽ ei dulcedo ⁊ ſimilitudo acuitatis vel moꝛdicatiõis pauce.⁊ conuenit apatib⁹ ca.in pꝛincipio eoꝛuꝫ.Et opꝫ ꝙ recipiať recens ex ea ⁊ abſcindanť ſummitates eius albe cum foꝛpicibus ⁊ reſeruenť ꝓ medicaminibus oculoꝝ.Sed oleum roſarum eſt in natura ſua medium inter nãm roſe ⁊ olei ⁊ eſt medicina cuꝫ qua curanť apata ſanguinis in augmẽto ipſoꝛum. Et in eo eſt virtus penetrandi ad pꝛofundũ coꝛpoꝛis ⁊ humectat coꝛpoꝛa ſicca.⁊ conquaſſať cum aceto ⁊ inungiť caput cũ eo. ⁊ cõuenit doloꝛi capitis facto ex caliditate ſolis: ⁊ quãdo roſe ſiccanť opoꝛtet ꝙ deſiccenť in vmbꝛa ⁊ cõmoueanť aſſidue. ⁊ aqua roſaꝝ eſt frigidioꝛ complexiõe tempata: non tamẽ multum. ⁊ ipſa quidẽ eſt ſubtilis multũ:cuius ſignum eſt ꝙ roſa deſiccatur cito.ideo qꝛ in ea non eſt aliqua viſcoſitas:qꝛ odoꝛ eius vincit.⁊ ꝓpterea feſtinat ⁊ replet vias odoꝛatus. Itẽ auctoꝛi.Diaſco.Eſt enim roſa frigida deſiccatiua ⁊ ex ea eſt plus ſtiptica ſicca q̃ꝫ recens. ⁊ ſuccus roſarum:quãdo coquiť cum vino conuenit doloꝛi capitis ⁊ oculoꝛum ⁊ aurium.⁊ conuenit gingiuis: quãdo ex eo fit collutio.⁊ coquunť folia eius ſine ſtipitibus ⁊ nõ expꝛimuntur.⁊ fit emplaſtrum cum eis heriſipille.Et ſemen quod eſt in medio roſarum: quãdo pulueriꝫatur ſuper gingiuas ad quas fluunt humoꝛes cõuenit multum: ſed caput roſe qñ bulierit in aqua ⁊ bibiť abſcindit fluxũ ventris ⁊ ſputũ ſanguinis.Et ideꝫ aucto. Hacham.aqua roſa.ꝓhibet fluxũ ad oculum.⁊ conuenit ſincopi: quãdo bibiť ex ea auſtus aliquis.Et ideꝫ auctoꝛ. Humay. Roſa foꝛtificat membꝛa intrinſeca. Et ſtipticitas ei⁹ penetrat pꝛopter amaritudinem que eſt in ea.Et idẽ auctoꝛ.Aben Meſuay.Odoꝛatio roſe cõuenit colericis ⁊ calidis.⁊ habentibus doloꝛem capitis a colera.⁊ pꝛohibet fumoſitates colericas acutas.⁊ cõuenit doloꝛi acuto ⁊ mouet ſternutationem habenti cerebꝛũ ca. Et quando conficiť cuꝫ melle aut cum ꝫuccaro abſtergit quod eſt in ſtomaco ex humoꝛibus flegmaticis.Et idẽ auctoꝛ. Raſis expꝛtus eſt quidã ex amicis meis qui accepit ex folyꝭ roſaruꝫ recentibus ⁊ ꝫuccaro ⁊ fecerunt eũ aſſelare deceꝫ vicib⁹. ⁊ hoc facit ſuccus eius. veꝝ ſicca non eſt laxatiua. ⁊ hoc ſignificať ex eo ꝙ virtus eius ẽ amara ꝙ abſtergit. Et quando roſa deſiccať fit ſtiptica:qꝛ ſeparatur ab ea amaritudo. ⁊ ſiccitas qdẽ in roſa eſt pauca:qꝛ ipa eſt cõpoſita ex ſtipticitate ⁊ amaritudie. vñ abſcindit libidinẽ ⁊ laxat laxatione foꝛti. IO.MESVE.cap.de roſa. Roſa ẽ ex medicis hñdictis in q̃ eſt virtus ↄfoꝛtatõis ⁊ ſolõnis ⁊ male q̃litatis permutatiõis.Et ẽ ex ea rubea ⁊ alba. ⁊ de vtriſqꝫ eſt multoꝛũ folioꝛum denſoꝝ ⁊ criſpoꝛum ⁊ alia paucoꝛum ⁊ planoꝛum.⁊ melioꝛ eſt rubea vere rubedinis paucoꝛuꝫ folioꝝ ⁊ planoꝝ. ⁊ ex albis eſt melioꝛ habẽs ſimiliter. Et melioꝛ ſuccoꝛuꝫ eſt ille:cuius mater eſt roſa cõpleta. ſicca vero melioꝛ eſt in qua nondũ cecidit completio. eſt frigi. in pꝛimo.ſic.in ſecũdo.diuerſarum aũt naturaꝝ ſubſtantie compoſuerunt roſam inter quos põt cadere ſeparatio diſtinguens.componiť.n.ex partibus terreis ⁊ aqueis mediocribus dantibus ei ſtipticitateꝫ ⁊ ſubſtãtiam. ⁊ ex partibus aereis pꝛopter quas eſt in ea de dulcedine aliquid: ⁊ aromaticitas;⁊ ex partibus igneis ſubtilibus a quibus conſiſtit perfectio ⁊ ſpecies dãtibus ei amaritudinẽ:pꝛopter qꝺ in abſciſione amaritudinis ipſius q̃ remoueť pꝛopter ſolam exiccationẽ eius non reſoluiť ſpecies. in abſciſione rubedinis non eſt plus roſa q̃ꝫ homo moꝛtuus.amaritudo aũt in ea que recens eſt plus eſt ſtipticitate ipſius. Et pꝛima eius opatio eſt pꝛopter amaritudinẽ ſuam: pꝛopter qꝺ roſa recens ⁊ pꝛopꝛie ſuccus ſoluit.cum aũt reſoluitur caliditas dans ei amaritudinẽ ꝓpter exiccationeꝫ eius nominať ſubſtãtia ei⁹ ſtiptica faciẽs cõſtipatõeꝫ.Eſt aũt ſuccus eius ca.fere.ad pꝛimum pꝛopter excluſionem ei⁹ a re terreſtri ⁊ fri. POSSE IOAN.MESVE.Eſt aũt roſa reſolutiua exiſtens extinctiua inflãmationũ: cõfoꝛtatiua membꝛoꝝ: coadunatiua partiuꝫ:⁊ cõſtrictiua: ⁊ ſemẽ eius in hoc eſt foꝛtius.⁊ ſimiliter pili eius qui ſunt in medio ipſius ⁊ ſuccus eius eſt reſoluẽs. Et ſicca quidẽ magis frigida ⁊ ſtiptica.⁊ que nõ eſt compoſita frigidioꝛ ⁊ ſtipticioꝛ.⁊ alba in frigiditate ⁊ ſtipticitate plus ẽ q̃ꝫ ru. non eſt in ea malitia:ſed eſt ex debiliter ſoluẽtibus: vigorat tamẽ operationẽ eius aq̃ caſei. Si.n.ſucci roſ.℥.i.miſceatur cũ aqua caſei ⁊ pauca ſpica eſt ſolutiuũ ↄueniens. Et ſimiliter infuſio.℥.6.folioꝝ roſarum in aqua caſei cuꝫ pauco melle ſoluit ſine moleſtia.Et ſyrup⁹ factus ex ſucco eius eſt leuis ſolutionis. Et ſimiliter ponitur oleum eius in emendatõe medicinarum acutarum ſicut eſt ſcamonea ⁊ ſimilia. Roſe aũt condite cuꝫ melle abſtergunt ⁊ mundificant ⁊ confoꝛtãt: ⁊ ↄdite cum ꝫuccaro minoꝛis ſunt abſterſionis ⁊ maioꝛis cõfoꝛtationis ⁊ ſtipticitatis:⁊ aqua eaꝝ que fit per infuſionẽ mundificat confoꝛtat abſtergit ⁊ reſoluit.Ea que fit per ſublimationem eſt multe confoꝛtatiõis neqꝫ eſt reſolutiua ꝓpter reſolutionẽ ſubtilis caliditatis eius in decoctiõe ipſius.per albas vero nõ fit ſolutio aliqua de qua ſit curandũ.Et eſt in eis de ſtipticitate plus q̃ꝫ in rub. neqꝫ adhuc ſunt ſimiles eis in cõfoꝛtatione.⁊ ſcito ꝙ roſe nõ ſuſtinent de coctõe aliquid oĩno pꝛopꝛie recẽtes.ſoluiť.n.ab eis virtus ſigillans abſterſionem eius ⁊ ſolutionẽ.⁊ declarať virtus ei⁹ ſtiptica faciẽs conſtrictionem. ſuccus vero eius ſuſtinet de coctiõe aliquid mediocriter:⁊ acquirit ei ſubtilitateꝫ ⁊ bonitatẽ abſterſionis.oleũ quoqꝫ factum ex roſis nõdum completis eſt maioꝛis infrigidationis ⁊ ſtipticitatis:cuius meli⁹ fundamentũ eſt oleum oliuaꝝ mediarum in maturitate aut ſiſaminum.Acetum autem infuſionis eius eſt medicina bona omniũ inflationum ⁊ eſt diuiſiuum ſolutione cõfoꝛtatiuum.Succus eius ex aqua infuſiõis recentum completarum ſolutiõe educit coleram. mũdificat ſanguineꝫ ab ea ⁊ venas ⁊ articulos.⁊ cõuenit icteritie ⁊ aperit opilatiões epatis ⁊ ſtomaci ⁊ mundificat ⁊ cõfoꝛtat ea. ⁊ confoꝛtat coꝛ.⁊ conuenit tremoꝛi eius:⁊ educit materiaꝫ cauſantem eũ.⁊ feb.colericis. Roſa vero ⁊ oleũ eius ⁊ aqua ipſius facta per ſublimationem cõfoꝛtat coꝛ ſtomacum ⁊ epar:⁊ coadunat partes laxas membꝛoꝝ: ⁊ ↄfoꝛtat retentionem:⁊ ſedat doloꝛes calidos mira ſedatõe:⁊ extinguit ⁊ ꝑmutat malitias inflãmationum perimit ⁊ ſedat eas.⁊ ſunt ex medicinis faciẽtib⁹ doꝛmire: faciunt tñ coꝛiꝫaꝫ ⁊ ſternutatiõeꝫ:⁊ obſunt catarris:⁊ ſtringunt guttur:⁊ ↄfoꝛtãt ea: ⁊ auferũt crapulas.Doſis. potio ſucci roſaꝝ eſt ab ℥.i.vſqꝫ ad.y.cum ꝫuccaro.⁊ potio ſyrupi ex ſucco earum eſt ab.℥.y.vſque ad. v. AVICENNA.ꝺ viribus coꝛdis dicit ꝙ confoꝛtat coꝛ.
Hardeluꝫ ideſt anuidem. Silphiuꝫ. Stephanus.
Harhar.ara.iuniperus.
Harenes ideſt herba.
Hares maneries ideſt cibi frigidi.
Hareſana.ara.i. dipſacos.
Hari vel hara.i.iunipꝰs.
Harim quid eſt.l. haarim.
Harmel.i.cicuta ꝑ q̃.l.ſuccaraꝫ.⁊ vocať armel ꝑ a. qñ eſt ſpẽs rute vt ſupꝛa in.l.a. ⁊ qñ ſtat ꝓ cicuta ſcribiť per h vt hic.
Harica.i.ameos.quidaꝫ dicunt ꝙ eſt carui.
Harmene ideſt baſiliſcus.
Harmeni.i. lapis armen⁹.

℄Cap. CCCXXIII.

Harmuſel. arabice grece ⁊ latine gariofilus. SERAPION.lib.aggre. Eſt fructus ⁊ lignũ eius adminiſtrať ſicut deferť ex terris indie cũ fructu ſuo.Et ſunt eis capitella habentia dentes. ⁊ melioꝛes ſunt quoꝛum coloꝛ vergit aliquãtulũ ad ruboꝛem: ⁊ habent bonitatem multaꝫ maxime illi qui colliguntur ex arboꝛe ſua cum digitis ſingulariter vnus poſt vnum. DIASCORIDES fructus ⁊ lignũ ei⁹ adminiſtrať ſicut deferť ex terris ĩdie cũ ligno ſuo.⁊ ſunt in eis hñtia capitella dẽtes:⁊ melioꝛes ſunt quoꝝ coloꝛ vergit aliquãtulũ ad ruboꝛẽ:⁊ hñt bonitatẽ multã: maxime illi qui colliguntť ex arboꝛe ſua. AVICENNA.lib.2°.cap.ſafar. Gariofilus eſt ſicut ſambucus:ſed ẽ nigrioꝛ ⁊ qui ẽ maſculus eſt ſicut nucleus oliue:ſꝫ lõgioꝛ ⁊ vehementius niger. ⁊ eſt fructus arboꝛis in ĩſula indie ⁊ glucten ipſius exiſtit in virtute gluctinis albotin.ille qui eſt melioꝛ eſt ſimilis nucleo ſicco.ſuauis ⁊ acuti odoꝛis. cali.⁊ ſic.in tertio. POSSE.SERAPION.auc. Hachim ingrediť in medicinis q̃ acuũt viſum remouet nãqꝫ obſcuritatẽ viſus ⁊ cõfert ſebel.Et glucten gariofi. eſt ſile gluctini albotin. Idẽ aucto. Raſis. gariofili cõferunt ſtomaco ⁊ epati cõfoꝛtãt coꝛ ⁊ ſtringũt ventrẽ ⁊ digerũt cibũ.Et auct. Iſaac qñ bibiť ex gariofi.ʒ.v.cũ lacte in ieiunio coꝛroboꝛat potentiã coitus. AVICENNA coꝛpoꝛis odoꝛem bonũ efficit abſtergit viſum. ⁊ conuenit panno ⁊ confoꝛtat ſtomacũ ⁊ epar ⁊ remouet vomitũ ⁊ nauſeam.
Harna ideſt poꝛcelliones. vermiculi.ſ.qui moꝛantur ſub vaſis aquaryꝭ. ⁊ ſunt parui lati qui tacti inflectuntur ⁊ fiunt vt pillula.

℄Cap. CCCXXIIII.

Harnech. ara.gre.lepnia.arſenicũ.lat. vero auripigmẽtũ.ca.eſt et ſic.in 4°.de vena terre fit.ſunt ei⁹ due ſpẽs.ſ.rubeũ et citrinũ. Citrinũ cõpetit medicine. SERAPION lib.aggre.cap. Harnech.auc. Diaſco.Sũt ei⁹ due ſpẽs.ſ.rubeũ ⁊ citrinũ: et ſunt eiuſdẽ minere.meli⁹ aũt ex eo ẽ illud qꝺ eſt laminoſum hñs coloꝛẽ ſilem auro et lamine eius ſeparanť facile et ſunt cõpoſite vna ſuꝑ aliam nõ hñtes admixtã terraꝫ vel aliud. rubeũ aũt eſt eligendum. illud qꝺ ẽ valde rubeuꝫ et cito frangibile et mundũ ſile cinabꝛio:odoꝛ cuius eſt ſicut ſulfuris.eſt cali.aduſtiuũ. DIASCORIDES.cap.de arſenico. Naſciť in helleſpõto vbi et ſandaraca. veꝝ et optimuꝫ ẽ latioꝛes laminas hñs:et aureum coloꝛẽ: et ſepabiles venas a ſe vt ſeparari videanť:munduꝫ ſine ſoꝛdicie. tale in helleſponto naſcitur.eius grana ſunt duo: vnũ eſt equale ſupꝛa.et aliud fuſcũ in coloꝛe ſandarace:et ex ponto et capadocia venit. Iſtud vero aſſatur ſic.pone in teſta noua et carbonibus igneis ſuperpone: et frequẽter agita quandiu igneſcat et mutet coloꝛẽ et cũ friguerit repone. Quidã dicunt ꝙ ex auripigmẽto ꝑ quandã ſublimatiõeꝫ fit reſagal.et hoc idem iterum ſublimatur et fit ex eo foꝛte ruptoꝛiũ. AVICENNA lib.2.ca°.de arſenico. Aliꝺ eſt albũ:aliud ẽ citrinũ:et aliud ẽ rubicundũ. meli⁹ ex rubeo ẽ rubeũ imbibituꝫ rubedine qꝺ eſt aptum teri et ſuo odoꝛe ſimilatur ſulfuri. Et melius ex citrino eſt quod eſt

arſenicũ

pulueriʒabile armenũ aureuʒ ⁊ laminoſum ſubtile quaſi
ipſum eſſet tale citrinum eſt ca. in tertio. ſiccum in ſecun-
do oĩa ſunt putrefactiua mordicatiua qð ex eo rubeũ eſt
melius eſt q̃ʒ alcacadicon. POSSE. contra aſma ex hu-
mida cauſa ponat̃ auripigmẽtũ ſuper prunas ⁊ capite in-
clinato patiens recipiat fumuʒ per embotũ. item. ʒ. i. au-
ripigmenti cũ ouo ſorbili ſumpta ad tuſſim valet. Ex cal-
ce viua ⁊ auripigmento fit pſillotruʒ ſic. Accipe. ʒ. iiij. cal
cis viue ⁊ reſolue in aq̃ ⁊ buliat. poſtea adde quartaʒ par
tem. ʒ. auripigmenti. ⁊ coque. ſignũ decoctõis eius eſt qñ
penna immiſſa ⁊ ſtatim extracta leuiter manibꝰ depilat̃.
Si vis remouere pilos opʒ te eſſe in loco calĩo. cõtra ſerpi
ginem ⁊ empetiginem. Accipe duas partes ſaponis ſpata
renti ⁊ tertiaʒ auripigmenti ⁊ diſtempa ⁊ fac vnguentuʒ
⁊ vnge: ſed ꝑus ablue partem illã cũ aqua. ⁊ poſt vnctõeʒ
ſimiliter: qꝛ ſi diu remaneret corroderet tam bonã q̃ʒ ma
lam carneʒ. ter vel quater ita abluas ⁊ vngas. Item ſi ra
dicitus pilos exhere volueris inunge ex ſucco iuſquiami
⁊ auripigmenti ante eq̃liter ſimul confectis ⁊ nunq̃ʒ am-
plius renaſcent̃. Ad vngues reparãdos. Accipe ſerapinũ
⁊ puluerẽ auripigmẽti ⁊ miſce cũ oleo ⁊ inde fiat emplĩm
⁊ pone ſuꝑ vnguem ſine dubio cadet. DIASCORI.
virtus auripigmenti eſt ſtiptica ⁊ calaſtica cuʒ ignea vi. ⁊
calaſtica cũ calce viua mixtum ⁊ corpori illinitum pilos
tollit. hec mixtura mioſpone a grecis. ⁊ lat. dicit̃ achillea.
vires habʒ arſenicũ vt ignis adurere. põt ⁊ alienationes
ↄſumere. AVICENNA. Cũ gũma pini ẽ ↄueniẽs al-
lopitie. fit ex eo emplĩm cũ adipe ſuꝑ vulnera. cũ adipe ⁊
oleo ↄuenit ſcabiei ⁊ ſabafati hũide ⁊ putredini ⁊ abſter-
git ⁊ adurit cuteʒ ⁊ ꝑmiſcet̃ cũ mira ad pediculos ⁊ veſti
gia ſanguis: ⁊ cuʒ pice veſtigijs vnguis: ⁊ q̃ñq̃ʒ admĩſtrat̃
cum oleo ad pediculos. Cerotũ factum ex eo ↄuenit ⁊ ꝑ-
prie ex rubeo herpeti heſtiomeno in ore ⁊ aure ⁊ vlceribꝰ
eoꝝ dat̃ ad potandũ ſuflatis cũ ydromelle: ⁊ aſſumit̃ cuʒ
grano pini ad tuſſim antiq̃ʒ ⁊ ſputo ſaniei ⁊ ſanguinis. Et
q̃ñq̃ʒ ponitur in pillulis que ſunt ad aſma: ⁊ miſcetur cuʒ
oleo roſaꝝ ad bothor ⁊ emorroydas in ano. Quod ex eo
ſublimatum eſt interficit. Et album ex eo interficit.

Harnoch. arabice grus. libro de doctri. ara.
Haron. qd ẽ. l. Aaron. Plinius. i9. cap. 5. in fine. ⁊ libro. z4. cap. i6. ĩ ꝑncipio.
Haronati ẽ egritudo in q̃ homo ſemper ridet. Raſis libro diuiſ.
Harocos. haros. i. ſaricon.
Harodoſi ideſt euforbiuʒ.
Harps ideſt apium.
Hars ideſt adeps.
Harſas. Harxof. Cunchar eſt ſpecies cardi. libro de doctrina arabica.
Harſia. quid ẽ. l. hacrinia.

Cap. CCCXXV.

Harſiarbay vel pſoidami. ara. gre. ꝑſerpinata vel poligonia vel porcinatia vel
ſanguinaria vel multigonia. lati. vero centumnodia vel
corrigiola minor vel lingua paſſerina vel geniculata.
SERAPION. lib. aggre. capitĩo Harſiarbay. auctor.
Diaſc. in lingua perſica dr̃ perſoidami. Eſt. n. centũnodia
maſculus ⁊ femina. maſculus eſt herba que naſcit̃ omni
anno. hec habʒ ramos ſeu virgas rectas molles ſubtiles
nodoſas ⁊ diſtendit̃ ſuper faciem terre ſicut gramẽ. ⁊ fo-
lia hʒ ſimilia folijs rute: niſi qꝛ ſunt mollia ⁊ lõgiora. ⁊ hʒ
iuxta vnumquodq̃ʒ folium ſemẽ. ⁊ propter hoc dicit̃ ma-
ſculus. ⁊ habet florẽ album ⁊ rubeuʒ: ſed femina hʒ plan-
tam paruam ⁊ virgã vnicam tam teneram ſimilem can-
ne. ⁊ hʒ nodos ſimiles nodis qui ſunt in radice canne ⁊ in
nodis ipſis ſunt folia egrediẽtia ab ipſa virga ſilĩa folijs
pini. ⁊ hʒ radicẽ in q̃ nullũ eſt iuuamẽtũ. Naſcit̃ iux̃ aq̃s.
hec lati. vocat̃ cauda vulpis q̃ eſt virga paſtoris femina.
ſicut apparet in. l. dipſcus. GALIENVS. 7° ſimpliciũ
phar. cap. de poligonia. Et eſt centũnodia. habet quidem
quid ſtipticitatis. dominat̃ vero in eo aquoſa humiditas
vt ſit in ſecũdo gradu in infrigidãtibus farmacijs vel in
tertio. ꝭm ꝑncipium. DIASCORIDES. cap. poligo-
nos. i. centũnodia maſculus herba. ⁊ habens virgulas te
neras ⁊ molles ⁊ multas nodoſas ⁊ ſpanſas ſuꝑ terraʒ ſi-
cut agreſtis. vñ policarpos dicta eſt. folia habet rute ſimi
lia: ſed oblõga ⁊ mollia ⁊ ſemen in folijs ſingulis. vnde ⁊
maſculus eſt dicta. flos eſt illi albus aut feniceus. eſt fri.
⁊ ſtiptica. Poligonos ṽo femina frutex eſt vnus virgam
hñs cãnoſam mollem ſpiſſam ⁊ nodoſam. in quibus no-
dis folia ſunt pini ſimilia. Radix eſt illi inutilis. Naſcit̃
locis humidis. eſt ſtiptica. ⁊ lati. vocatur cauda vulpis.
POSSE. GALIENVS. iuuat itaq̃ʒ exuſtos ſtomaco
exteriꝰ applicata ſic heriſipilata: ⁊ calidos flegmões ſeu
etiam talia exiſtẽtia repcutit reumata. ⁊ exinde vero ſic-
catiuum exiſtere: propter qð herpetum bonuʒ eſt farma-
cum ⁊ vlceꝝ ⁊ aliorum: euidentiſſimũ vero flegmonoſo-
rum reumatoꝝ. Et autem ⁊ ſanguinoſoꝝ vulneꝝ conſo-
lidatiuum. iuuat vero ⁊ vlcera que in auribus: ⁊ ſi pus in
eis ſufficiens fuerit id ſiccat. ꝑpter eaſdeʒ vero virtutes
⁊ fluxum muliebrem ſiſtit et diſinteriã et ſanguinis edu
ctiones: et quẽcunq̃ʒ immoderatũ aliunde cauſatuʒ. Ait
autem Diaſco. et vrinas ꝓuocare id ſtranguriantibus da
tum: nõ tamen diſtinguit diligenter diſpoſitioneʒ in qua
opʒ dare. Eſt aũt ad omnia predicta maſculus fortior fe-
mina. DIASCORIDES. Succus eiꝰ bibitus emo-
ptoicis medicatur. ventris abſtinet reumatiſmũ. colicis
et ſtrangurioſis opitulatur. vrinam prouocat. morſibꝰ ve
nenatis cum vino bibitus medicatur. Cum vino coctus:
et melle vulnera noua curat. peryodicis fe. ante vnaʒ ho
ram acceptus maxime prodeſt. ſuppoſitũ fluxum mulie-
ris ſtringit. dolorem auriũ cõpeſcit. ſanguinẽ reijcientibꝰ
ſubuenit. herpetes curat et fiſtulas. ignẽ ſacrũ extinguit.
tumores et duricies impoſitũ ſpargit. recẽtibꝰ vulneribꝰ
maxime prodeſt. Poligonos femina omnia ſimiliter vt
alia facere põt: q̃ʒuis virtutẽ minorem habeat.

Hartariũ. i. poliũ mõtanũ.
Hartas ideſt cardus.
Hartatũ dicitur anguſtus. ⁊ eſt ſemen triangulatũ ⁊ eſt vt lancea. ⁊ folia eiꝰ ſunt magna lata ſimilia folijs ſcolopendrie.
Harua haura. porcelliões. Suadai.
Haruch. hauroch. i. curcuma. Stephanus.
Haruſet. ara. muſtella. ſiran. libro de doctri. ara.

Cap. CCCXXVI.

Haruncij. ara. vel karu nacari. gre. et lati. carui. GALIENVS. 7. ſim. phar. capꝰ de
carui. in ſapore eiꝰ eſt acuitas tẽperata. ca. et ſic. in 3° et iõ
expellit vẽtoſitates et eſt diureticũ non ſolũ ſemẽ eius: ſʒ
etiã planta. SERAPION. lib. aggre. capĩo Haruncij.
aucto. Aben Meſuay. Eſt groſſius q̃ʒ ciminuʒ et expellit
aſcarides ex ventre: ⁊ corroborat ſtõm: et abſtringit ven
trẽ minus q̃ʒ ciminũ. Et idẽ auc. Raſ ↄuenit cardiace.

Haſabel derire ideſt calamus aromaticus.
Haſaherbay haſabelray. i. virga paſtoris. Stepha.
Haſal ideſt cepe.
Haſalafur ideſt ſquilla.
Haſalakir. haſalazir. i. cepe ſine tunicis.
Haſan ẽ medicĩa armena. ꝭm Aui. eſt fortior euforbio: ⁊ cuʒ eius potio augmentatur ſuper. ʒ. iterficit. ca. eſt ⁊ ſic. in tertio.

Cap. CCCXXVII.

Haſap. ara. gre. calamos. lati. calamus vel cãna ꝑ-
ſidis. et eſt illa eadem que eſt in hiſpania.
SERAPION. libro aggre. aucto. Diaſcor. Cannarum
quedam eſt que nominat̃ haſtos: et eſt illa que nõ eſt ite
rius inanis ex qua fiũt haſte ſagittaꝝ. et eſt que nomina-
tur bublas. et eſt femĩa. Et alia eſt q̃ vocat̃ ſiringias et ẽ
cannoſa longos habens nodos apta ſcriptoribus. Et alia
groſſa inanis naſcens ꝑpe aquas. ⁊ nominatur tineas. ⁊
a quibuſdã dicit̃ chocuas ⁊ quidam nominant eaʒ caca-
mineres. ⁊ eſt illa q̃ naſcit̃ in paludibus volo dicere ꝙ ra
dix eius eſt inter radices iuncoꝝ ⁊ eſt ad ſoliditatẽ tẽdẽs
cuius color eſt fere albus. DIASCORIDES cap. de
cãna. ſpẽs eius ſunt quattuor. vna dr̃ haſtos ex qua fiunt
ſagitte. altera aũt femina dr̃. vñ fiunt ligule ad calamos.
tertia ſpecies eſt noĩe ſiringias robore ſolido ⁊ duro. ⁊ no
dis ſpiſſis quibus ſcriptores vtunt̃. ⁊ eſt quartũ genus ca
lami qð carax appellat̃: ⁊ a pluribus ciprió qð genus ma-
xime in irriguis locis naſcitur ⁊ fructuoſis: ⁊ illa eſt cãna
vſualis noſtra. Eſt alia cãna agreſtis que gre. dicit̃ calor.
que eſt ſpecies graminis ſicut apparet in. l. agreſtis. quaʒ
ſi aĩalia comedunt cito infert mortẽ: maxime illa que in
vijs babylonie naſcit̃ ⁊ in ꝑnaſo. haſtas hʒ multas. folia
ſunt illi hedere ſimilia. flos albꝰ ⁊ odoratus ſemen hʒ mi
nutum ⁊ bonum ⁊ radices. v. aut. vi. albas lõgas ⁊ dulces
groſſitudine vnius digiti. POSSE. GALIENVS. 6.
ſim. phar. cap. calami frigmitis ⁊ eſt vſualis calamus. ra-
diceʒ cũ bulbis dicunt euellere ſpicula ⁊ ſtimulos fundi-
tus. aliqui ↄſcripſerũt q̃ſi attractiua ei inexñte virtute: ta
men non ſumus nos experti. quantũ vero cõiecturandũ
eſt abſterſiue particeps virtutis eſt non pauce nequaq̃ʒ
acris. folia ṽo viridia mediocriter infrigidant. ipſa. n. par
ticipant potẽtia abſterſiua. Radix quoq̃ʒ eiꝰ aduſta ſub-
tilium partium ſatis ⁊ diaforetice virtutis fit hñs quid ⁊
abſterſiuũ ⁊ calefac̃ ⁊ ſiccat ĩ tertio. ⁊ deſiccat pluſq̃ʒ cale
facit. cauẽdũ ẽ aũt a ſuo anchili. nã in auribꝰ intrãs offen
dit auditũ vt fere faciat ſurditatẽ. DIASCORI. Ra
dix canne vſualis cataplaſmatibus adhibita cum bulbis
infixa corꝑi eijcit. aceto mixta dolores ſciaticos mitigat.
eius folia viridia cataplaſmatibus adhibita. ignẽ ſacruʒ
cõpeſcunt ⁊ duricies ſoluunt omnes. Coriũ eius aduſtuʒ
⁊ aceto tritũ alopitias capitis emendat. flos aũt canne ſi
in aures miſſus fuerit auditũ tollit. tantũ poteſt quantũ
⁊ cipria canna. Canna agreſtis elixa in vino melle addito
⁊ mirre dimidia parte ⁊ piperis ⁊ libanotidi. tertia parte.
hoc medicamẽ oculoꝝ caligines tollit. qð medicamen in
piſſida enea reponi dʒ. Elixatura radicis eiꝰ tantũ poteſt
quantũ ⁊ radix. ſemẽ eius diureticũ eſt. nauſeã prouocat
ventrẽ ſtringit. naſcit̃ in ſicilia: quã ciues ipſi quilinia vo
cant q̃ ſi viridis comeſta fuerit a bobus aꝑantur.

Capitulum. CCCXXVIII.

Haſas. ara. gre. molibdo. ſiue molibdinos. lati. plũ-
bum. vbi ſciendũ ꝙ plumbũ ex eadeʒ vena
extrahit̃ a qua argentũ. cum vena terit̃ ⁊ lauatur vt ſuba
terrea ab ea moueat̃. ⁊ qð munduʒ eſt ĩcineratio ponit̃ ⁊
actione ignis liquat̃: quod ſupernatat vt ſpuma eſt litar-
girꝝ: quo inde ablato cum inſtrumẽto remouente ſputuʒ
quod buliendo ſuperſtitit eſt plumbum: quod artificia-
liter cineratio delaborato in terrã fluit: tamẽ quouſq̃ʒ ci-
neratio remanet qð eſt puꝝ argentũ ponderoſius plũbo
in fundo reſidet. Nã multotiẽs hoc vidi ſardinie in villa
eccleſie vbi ꝑdicta vena ↄtinue iuenit̃. SERAPION
libro aggre. cap. Haſas. auc. Sal. Suba eius eſt compoſi-
ta ex ſubſtãtia aerea ⁊ ſubſtantia humida que fuit coagu
lata ꝑpter frigiditatẽ ⁊ non eſt in ea ſubſtãtia terrea niſi
modica. Et virtus eiꝰ eſt fri. ⁊ hu. ⁊ ſignũ ꝙ in ea eſt ſuba
aerea eſt: quando infrigidat̃ raritas ⁊ mollities ſui corpo
ris. creſcit. n. in q̃ʒtitate ⁊ pondere qñ morat̃ interiꝰ in lo-
cis frigidis ⁊ hu. Et qñ accipit̃ mortarium ⁊ piſtellum ex
eo ⁊ ponitur in eo oleuʒ ro. aut mirtinũ aut citonioꝝ. ⁊ te-
rit̃ in fortitudine fricationis: ⁊ vteris hoc oleo in medica
mine apoſtematũ calidoꝝ q̃ fiunt in virga pectine ⁊ ano:
⁊ in vlceribus: aut in medicamine emoroidaꝝ. ⁊ cõuenit
aꝑatibus mamillaꝝ: ⁊ eſt medicamẽ conferens multuʒ.
Et ꝭm hoc adminiſtrat̃ ad oẽm mãm que deſcẽdit ad pe

des ⁊ ad iuncturas aut ad partes alias vt ad aꝑata cali. ⁊
mala. ⁊ ſi adminiſtras hãc medicinam in aꝑatibus in qui
bus eſt cancer facit operatõeʒ mirabilẽ: ⁊ qñ fit ex plum-
bo lamina. ⁊ ligat̃ ſtricta in pectine prohibet pollutioneʒ
in ſomnijs: ⁊ infrigidat maxime. Et ſi ligat̃ ſuper cõtritio
nem neruoꝝ aut ſupra nodationes eorum diſſoluit cito
⁊ curat. ⁊ qñ plumbuʒ terit̃ ⁊ linitur ſupra puncturã ſcor-
pionis marini ↄuenit. Et ſunt qdã qui ponũt cũ fractura
vel lotura plumbi: quaʒ inuenies in. l. lotura: medicinaʒ
que dicit̃ molibdinos ⁊ replet vlcera ꝓfunda. ⁊ cõuenit
fluxui ſanguinis: qñ miſcetur cum oleo. ⁊ conuenit vlceri
bus ani ⁊ emoroidibus a quibus fluit ſanguis: ⁊ vlceribꝰ
difficilis conſolidationis ⁊ corroſiõis: ⁊ vniuerſaliter vir-
tus eius eſt virtus tucie. adurit̃ aũt plumbũ in hunc mo-
dum in olla noua pulueriʒat̃ parum ſulfuris: deinde po-
nantur ſuper eũ lamine alique ⁊ deſuper pulueriʒat̃ pa-
rum ſulfuris. ⁊ fit ita donec ſit plena olla: deinde accendi
tur ſub olla ignis. Et qñ plumbũ fuerit inflãmatum mo-
uetur cũ ferro quouſq̃ʒ fiat ſicut cinis. ⁊ nõ apparet ibi ali
quid de ſubſtantia plumbi: deinde aufert̃ ab igne. ⁊ opor
tet ꝙ ille qui calefacit hoc obturet nares ſuas: qꝛ fumus
eſt valde nociuus. Abluit̃ aũt plumbũ aduſtũ in hũc mo
dũ. habeas mortariũ ⁊ piſtellũ ex plũbo: ⁊ ꝓijce aquã mo
dicã ⁊ miſce fricãdo bene cũ piſtello illo. donec aq̃ fiat ni
gra ⁊ ſpiſſa: deinde cola ipm ꝑ pannũ lineuʒ ⁊ facias dua-
bus vicibus aut pluribus ſi opʒ. ⁊ poſt hoc dimitte reſide
re in fundo: ⁊ proijce aquã aliam: ⁊ ablue ſicut lauatur cli
mia: ⁊ fac hoc donec non appareat in aqua nigredo. ⁊ fac
inde trociſcos ⁊ ſerua ð iſta lamina ⁊ eius virtutes latius
inuenies in. l. lotura. Et ſcoria plumbi melior eſt illa que
eſt ſimilis colori ſulfuris citrini grauis difficile frangibi-
lis ⁊ non habens admixtum plumbum citrina clara ſimi
lis in claritate ſua vitro. Et virtus eius eſt ſimilis virtu-
ti plumbi vſti: niſi quia eſt plus ſtiptica.

Haſſatreraray: ideſt ſal armoniacum.

Capitulum. CCCXXIX.

Haſcaba. haſcala vl̃ haſach. ara. gre. Abeſſech. vl̃
tribulus. lat. ṽo tribulus vel cicer impa
toris. SERAPION lib. aggr. caꝰ haſchaba. auc. Diaſc.
Haſcaba. i. tribulus. cuius due ſunt ſpẽs. ꝑma agreſtis na
ſcens in ſterquilinijs: ⁊ iuxta flumina: ⁊ in littoribꝰ: cuius
folia ſũt ſimilia folijs portulace: niſi qꝛ ſunt minora. ⁊ ha-
bet ramos longos ſuper terrã expanſos. ⁊ ꝑpe folia ſunt
ſpine dure. ſecũda vero ſpecies. naſcit̃ in fluminibus cu-
ius rami eleuant̃ ſuper aquã. ⁊ habʒ ſpinas occultas. ⁊ fo
lia lata: ⁊ ramulos longos: in quibꝰ ſunt folia: ⁊ hʒ ſtipitẽ
cuius pars ſuꝑior eſt groſſior inferiori. ⁊ eſt ĩ ea res adhe-
rẽs ei ſubtilis ſicut capilli ſpine aggregate vel aculeo ſpi-
ne. ⁊ ſemẽ eius durꝝ ſicut ſemẽ alterius ſpeciei. ſubſtantia
eius eſt compoſita ex ſubſtantia humida pauce frigidita
tis: ⁊ ſubſtãtia ſicca non pauce ſiccitatis ꝭm ſuam frigidi-
tatem. ⁊ illud qð vincit in ſilueſtri eſt ſubſtantia terrea: ⁊
quod vincit in alia eſt ſubſtãtia aquoſa. Et agreſtis ſapor
eſt ſtipticus. Eſt alia ſpecies que naſcit̃ in regione bada-
has que dicitur ſandarx: que dat̃ ab incolis illius patrie
animalibus ꝓ cibo. dũ eſt humida herba ipſius. Et ex ſe-
mine eius faciũt paneʒ. Nam ipm eſt dulce ⁊ nutrit. ⁊ ſic
vtuntur eo loco panis tritici. GALIENVS. 8. ſimpli.
phar. cap. de tribulo. Eſt ex humida ſubſtãtia moderate
frigida: ⁊ ſicca non moderate exiſtit. dñatur aũt in terre-
ſtri qdẽ terreũ fri. ⁊ ſtip. in aq̃tili ṽo aquoſitas. ⁊ ꝑpterea
Hecalbron. Hecaſibat.id eſt terbētina. hekaſibat ſimiliter.
Heccato.i.attriplex.
Hechigon.i.hetigonon.
Hecuropion.hectropion.i. euerſio palpebre īferio ris ad exteriora.q̄ fit a ſe nectutis debilitate. aut paraleſi aut anguli maio ris rupto iterius augmē to conſtituto:aut īportu na partiū īciſura: aut ex terꝰ cicatrice cōſtituta.
Hed.i.lignū aloes.
Hedem.i.poliū mōtanum
Hederageſen.hederſen.id eſt vitis alba.
Hedicorion. hediſcorion. Adrumilon.bipēnis.An droſaron.pellecinus.he diſaaron. Elicinus. ydu ſarum Steph. Adeſum agreſte.Theoḋ.huiꝰ fru ctus ſemen colorē ruffū habet ex vtraqꝫ ꝑte acu tum quēadmodū bipen nis: quas greci pellecas vocāt: amarum quoqꝫ ⁊ ſtipticum.
Hedioſmum.i.mēta.
Hediſmata gre.i.ſtigmata ſunt vnguenta odorife ra. PLINIVS.li.12.ca. ꝑmo ante medium.
Hedrumon.hedrimon. id eſt iulep. SERAP.in 7.cap.ꝑmo.
Heibace.i. cardamomum maius.
Heifiſtides. ara.i. ypogſti dos.poſt grecum.
Heil.heilbace.i. cardamo mum minus.vel ſpecies eius. SERAPION.
Heiſhelem. heiabalalem, belabes.ideſt ſemperui ua.helelealeꝫ.
Heiregi.i. turbith.
Hetron vel heyrō.ē regio ī q̄ antonomaſice dactili abūdāt ⁊ oriunt̄.ī ea me liores ⁊ pinguiores.⁊ dul ciores oībꝰ aliꝭ aliaꝝ re gionū:⁊ ſūt mediocris fi gure nō longi: neqꝫ mul tum parui pingues ſatis ⁊ dulciſſimi: et meliores ex eis ſūt citrini ⁊ rubei vt apparet in l.pothab.illud vocabulū ponit̄ in antido tario meſue in electuario de dactilis. ⁊ etiā ī lohoc de pino:⁊ etiā in q̄nto Auicenne in electuario diafinicon: ⁊ ꝙ heiron ſit regio.patet per Auicen.

Hekabrido.hekarium.ideſt marrubium.

Hekaſbat.becaſibat.hecalbron.ideſt terbentina.

Hel. ara.lati.mel. SERAPION. lib.aggre.aucto. Gal̄.calef.⁊ deſic.in ſcḋo: vn̄ abſtergit qn̄ coqui tur ⁊ maturat fit pauce acuitatis.⁊ pauce abſterſiōis:⁊ iō adminiſtrat̄ ad īcarnādū fiſtulas ⁊ vlcera ꝓfunda.Mel v̉o amarū: ⁊ eſt cōpoſitū ex v̉tutibus cōtrarijs.ſicut ſi cō poneres mel cū abſinthio.Et mel bonū eſt qḋ eſt dulce: ī quo eſt acuitas aliquātula in guſtu:⁊ habet odorē bonū:⁊ color eius vergit ad rubedinē:neqꝫ eſt nimis liq̄duꝫ: ⁊ qn̄ miſeris in eum digitū adheret digito:⁊ venit cuꝫ eo.V̉tus q̄dem mellis eſt abſterſiua aperitiua orificioꝝ venarum: ⁊ reſoluit humiditates. ⁊ iō qn̄ ponit̄ in vlceribꝰ fraudu lentis ꝓfundis cōuenit eis multū:⁊ quādo coquit̄ ⁊ poni tur ſuꝑ ſciſſuras cutis cōſolidat eas. Et quādo coquit̄ cū aneto humido:⁊ linit̄ cum eo empetigo curat eam.Et qn̄ miſcet̄ cū ſale trito:⁊ diſtillat̄ in aurē ſedat tinnitū:⁊ ſi li nitur cum eo caput occidit pediculos:⁊ lēdines: ⁊ qn̄ īdu mentuꝫ alicuius eſt breue nimis ſi eſt ex lana:⁊ irrorauerit illud cū aqua:deinde lineatur cū melle elongat̄:⁊ mel abſtergit tenebroſitatē viſus qn̄ fit collirium cum eo.14. diebus ꝯtinuis:⁊ fiūt cū eo gargariſmata:⁊ conferūt apo ſtematibus gutturis ⁊ fauciū:⁊ ſquinātie: ⁊ ſi liniunt̄ cuꝫ eo gingiue pueroꝝ tēpore ortus dētiū facit eos facile na ſci:⁊ ſine dolore:⁊ ſi accipiat̄ vel bibat̄ prouocat vrinas:⁊ conuenit tuſſi: ⁊ qn̄ bibit̄ cum oleo roſato cōuenit morſi bus venenoſis:⁊ illis qui potauerūt opiuꝫ: ⁊ qn̄ fit lohoc cū eo ⁊ bibit̄ cōuenit illis qui comederūt fūgos mortife ros:⁊ cōfert morſui canis rabidi:⁊ qn̄ ſpuma ab eo nō eſt ablata facit tuſſim:⁊ laxat ventrē:q̄re neceſſe eſt vt nō ad miniſtretur anteq̄ꝫ auferat̄ ſpuma eius.Et melius q̄dem mel eſt veris:deinde eſtatis.Mel v̉o hyemale eſt maluꝫ q̄r eſt ſpiſſum groſſum:⁊ nō hꝫ ſupradictas v̉tutes:ſꝫ mel quod eſt in ſyria eſt amari ſaporis:⁊ hoc ideo q̄r apes illiꝰ regionis comedūt abſinthiū:⁊ hoc tale ē bonū ad abſter gendū empetiginē ⁊ liuores qui apparent in facie:⁊ alias ſordes cutis:que ab humoribus ſuꝑfluis generant̄:īueni tur quoddā mel in terra dadie bentichi:qui comederit il lud īcurrit īſaniam mētis cuꝫ ſudore plurimo. exiſtimat̄ hec v̉tus ꝯtrahi flore reddidomi.i.oleandri: ⁊ ſi comedit poſt ipm̄ rutaꝫ ⁊ piſces ſalitos:⁊ bibat oximel cōueniēter euadit:ſed opꝫ ꝙ comedat hec vice poſt vicē: deinde vo mat:⁊ hoc q̄dē mel eſt acutū adeo ꝙ qn̄ odorat̄ cōmouet ſternutationē.Miſcet̄ aūt hoc mel cum coſto:⁊ linit̄ em petigo:⁊ curat eam:⁊ miſcet̄ cum ſale:⁊ curat liuores ⁊ do lores qui fiunt a ꝑcuſſiōe. GALIENVS.7.ſim.phar. cap.de melle.Mel ca.⁊ ſic.in ſecūdo.eſt aūt ſimplicis:vt eſt dicere maxime virtutis ⁊ complexionis de abſterſiue nobis noīate cōſuete exiſtēs ſpecie pharmacoꝝ. coctum aūt minus fit acre ⁊ abſterſiuū:vnde ad conſolidationes eo vtuntur.ſi v̉o aliqḋ mel eſt amarū:ſicut ꝙ in ſardona palam eſt:qm̄ mixte eſt v̉tutis:ac ſi aliq̄d admiſceret̄ ab ſinthij.Sed ſciēdum ꝙ plures ſpēs ſunt mellis. vna mel vſuale:quod diuerſificat̄ ſm̄ differētias ſupradictas.Eſt alia ſpecies mellis: quod vocat̄ mel atheniēnſe.⁊ eſt mel veſparū in locis ſubterraneis factū.Et eſt ideꝫ qḋ mel pa ſtinatū vel granatū:vt in alexādro:⁊ eſt mel granoſuꝫ: vt Oribaſiꝰ.Eſt alia ſpēs que dicit̄ mel atticum.i.mel veſpa rum ſm̄ quoſdā:ſed falſo:qm̄ Diaſ.ca.de melle dicit.mel ſuccus eſt roris celeſtis:cuiꝰ genera ſunt duo. vnuꝫ qḋ cu piliones colligūt apes que ſunt oblonge.aliud qḋ ſub ter ra īuenit̄ vel acticū limaticū.Et ēt ibleon.ſed ibleon me

lius ex eo eſt bonū qḋ eſt dulce odoratū ruffum:⁊ nō val de liq̄dū.⁊ cū miſeris digitū citius aſcēdit.Sed ſcienduꝫ ꝙ mel acticū dicit̄ ab actica regione:vt mel thimū dicit̄ a regione thima. vnde regio actica eſt regio in qua abun dāt ipſe apes:⁊ ipm̄ mel:ſic ꝙ mercatores vtētes ī regiōe actica aliqn̄ emūt illud qḋ apportat̄ de aliꝭ regionibꝰ in regiōe actica.Et illud qḋ apportat̄ de regiōe thima.vnde Pli.li.21.ca.10.in ꝑncipio inq̄t.mellis actici ſūma laus to to orbe eſtimat̄ trāſlatuꝫ ī actica:ſꝫ thimū magis laudat̄: q̄re ī aliq̄bꝰ antiq̄s antidotis mel acticū.mel thiennū ex ponit̄.Et mellis alia ſpēs dr̄ lubue:vel alubue:⁊ ē aq̄ q̄ ac cipit̄ cū īcidit̄ cortex arboris lubue.⁊ illud mel ē ſtorax li q̄da:vt ap̄pet in.l.lubue.Melachac.Eſt aliud dictū mel anacardinū:⁊ ē ſuccoſitas q̄ ē in ipſis anacardis. Et aliud dr̄ mel cāne qḋ fit de cānis dulcibꝰ:⁊ ſuccꝰ eaꝝ nō coagu lat̄ ꝑꝑ nimiā pinguedinē eiꝰ. AVICEN.dic̄ ꝑma fen. 4.ca.de hora cibatiōis febricitātiū ꝙ mel cāne ē zuccaꝝ ⁊ hoc ſil̄r īuenies in.l.zuccarū.Nā īuenies ꝙ ē zuccarum qḋ ꝑꝑ ſui pinguedinē nō īdurat̄.hoc ſil̄r vult Gal̄.7.ſim. phar.dicēs zuccarū q̄dē vocatuꝫ qḋ ex media ⁊ felici ara bia portat̄.Coagulat̄ q̄dē vt q̄dā aiūt in cānis.eſt aūt ⁊ il lud mellis ſpēs:minꝰ aūt ex eo illud qḋ a nobis dulce.v̉tu te aūt ſil̄s ē ei inq̄ꝫtū abſtergit:⁊ ſiccat ⁊ diaforat:⁊ ſimil̄r mel cāne qḋ ē reſiduuꝫ zuccari qn̄ decoq̄tur: vel ipſemet ſuccꝰ.Et aliud dr̄ mel rubꝝ:⁊ ē idē qḋ ſupra.Aliud vocat̄ mel ſtoracis:⁊ ē mel lubue:vt ſupra.Aliud dr̄ mel acanuꝫ ⁊ īterpretat̄ mel ſine fumo:⁊ ē mel caſſiafiſtulatū:⁊ ē pul pa caſſiefiſtule:⁊ eſt mel mirtinū:qḋ fit ex duabꝰ partibꝰ mellis:⁊ vna ſucci mirti:vt ap̄pet in antidotario Gal̄. mi nori in cōfectione que īcipit cōfectio mellis mirtini.

Helabes. helaalalem. he raalkelem.i.ſempuiua.
Helba.hulb.i.fenugrecuꝫ.
Helbalugne.helbaugne.i. cardamomū minus.
Helbebani. i. grana dicta ben.
Helbedi.helbeeli. hebebe li.i.fex vini albi.Aliab.
Helbelalu.i.aniſum.
Helbelnili.Albelnil.i.gra num nil.Aliab.
Helbet eſt ſpēs rubi.
Helcalimbat. helkacabo tom. helcalimbat.i. ter bētina. Gal̄.liꝰ ſecretoꝝ
Helcima .i. ſcoria argēti.l. Elciſma. PLINIVS. lib.33.ca.6. poſt mediuꝫ.
Hele.i.viſcus.
Helemilin.helenelin ideſt galanga.
Helenia.helenū.i.enula.
Heleniū.q̄d eſt.Pliꝰ.li. 21. cap.21. in medio.⁊ ca. 10. in fine.
Helfa.ara.agyraton.Ste.
Helicen .i. ſpēs ſalicis bre uioris ſtature.Pliꝰ.li.16. cap.38.in medio.
Helifoides.gre.i.tunice q̄ bus veſtiuntur nerui te ſticulorum:⁊ vene ⁊ arta rie que cuꝫ eis deſcēdūt ⁊ ē alba neruoſa ſine ſan guine ſuꝑ eā valētior tu nica.Aliā q̄ in īteriori ve hemēter vna parte inhe ret driadrion vocant ⁊c. Cornelius.
Helien.i.altiſſimus.
Helilegū.i.mirabolanum. Eliligi.ideſt mirabolani Steph.
Heliochriſo.q̄d ē. Pliꝰ. li. 21.ca.11.⁊.25.
Heliſine.Pliꝰ.li.21.ca.16.i. arbor maſticis.
Helix.eſt tertia ſpēs hede re.Pliꝰ.li.16.ca.35.⁊.38.
Helixine.q̄d eſt. Pli.li.22. ca.17.helxine.i.ꝑditio.
Helos.eſt quoddam vlcus oculi.
Heltitum.heltice.Altit id eſt aſa.Steph.
Helterbutinū.helkacabo tem.i.terbentina.
Heltif.eſt planta cuius gū mi eſt aſſa fetida.
Heltirumbalti. ideſt aſſa fetida.
Helufion.heluſion.i. mar rubium.
Helutos.i.furūculus aīal.
Hemadam.i.folia arboris vnde fit aſſa fetida.
Hemama.i.amomū. Ste.
Hamazeateregi.i. acetoſi tas citri.Aliab.
Hemdedris eſt ſerpens al bus maſculus.

Hemdelip.i.ſolatrium.
Hemeraſſem.i. vitis alba. aliqui dicũt ꝙ ē raffanꝰ.
Hemeꝛocales. aut catalepton.vel bulbus ematicus.Diaſ.Pliꝰ.li.zi.cap. zi.Stepħ.ymerocales:⁊ eſt ſpẽs ſuſani pro ſuſen. quod eſt lilium.l.hermerocales.

Hemeſt.i.laurus.
Hembams.i.cicer.
Hemia.i.alcãna.hena ſilr̃.
Hemodia.i.ſtupoꝛ dentiũ. Gal'.5ºmemiri.cap.4.
Hendachochum.i. Andacocha.Stepħ.
Henea.i.frumentum.

¶Ca. CCCXLV.

Hene albegi.vel azad.ara.vel alterma gre. maratetos.lat. galbanũ.Ca.eſt in tertio.hu.in pꝛimo Eſt gũmi cuiuſdã plante ſimilis ferule:attractiuuz:diſſolutiuũ:cõſumptiuũ:lenitiuũ:maturatiuũ:⁊ relaxatiuum. SERAPION.lib.aggre.cap.hene albegi.auc.Diaſco. Eſt gũmi plãte cuiuſdã ſimilis ferule in figura ſua: ⁊ melius ex eo eſt illud qđ eſt mũdũ ſimile olibano:aut armoniaco adherẽs manui nõ habens aliqd ligni: nec ſeminis. eius planta ⁊ lignũ habẽt graueˉ odoꝛeˉ:⁊ nõ ſunt nimis ſicca. adulteraſ cum reſina pini:que admiſceſ cuz fabis fractis ⁊ armoniaco. GALIE.s.ſim.phar.c.galbanũ.Galbanũ opos eſt ferularis plãte mollitiue:⁊ diafoꝛetice virtutis.ca.in tertio ĩcipiẽte vel in ſcđo cõpleto. ſic. v̊o in ſecũdo ĩcipiente. DIASCORIDES.capi.de galbano. lachꝛimũ eſt cuiuſdã herbe ſimilis ferule que in nicomedio naſciſ:⁊ ſiria:cuius eſt optimũ qđ eſt mũdiſſimũ ſimile armoniaco ⁊ thuri in coloꝛe grana hñs vt faba. Adulteraſ aũt reſina ⁊ faba diuiſa:⁊ gutta armoniaci.Et idem Serap̃.auc.Dia.ca.eſt igneũ epiſpaticuz ⁊ diafoꝛeticum. Cõtra aſma frigidũ dentur.ℨ.iỹ.cũ ouo ſoꝛbili. vel cum aqua oꝛdei.Cõtra litargiã ponaſ ſub carbonibꝰ⁊ recipiat patiẽs fumũ.Cõtra ſuffocationẽ matricis idẽ fiat per embotum ponaſ ĩferius.cõtra ſplenis duriciẽ ponaſ in aceto per tres dies ⁊ noctes:⁊ poſtmodũ fiat decoctio.deide coleſ in mũdo vaſe:⁊ addita cera oleo ⁊ picula fiat emplaſtrum ſuperãte galbano:vel cerotũ ſuperãte cera:vel vnguentũ ſuperãte oleo.ſed melius ſi fiat emplaſtruz ita ꝙ accedat ad cerotũ.Ad mẽſtrua ꝓuocãda ⁊ fetũ moꝛtuũ ⁊ ſcđinã educenduz fiat naſcale ex eo extincto in oleo. Ad apata maturandũ ⁊ rumpenduz ſuperponaſ. Ad lumbꝛicos occidendos denſ pillule ex galbano ĩtincto in melle. DIASCORIDES.Galbanũ impoſitũ naribꝰ fumigio:⁊ ſuppoſituz mẽſtruis imperat.aboꝛſum facit.aceto ⁊ nitro mixtũ lentigines tollit:vt granũ fabe gluctitum tuſſim medeſ.diſnoicis ⁊ aſmaticis opitulaſ.de alto cadentium cõquaſſationibus ſubuenit.cum vino ⁊ mirra bibitum venenis occurrit.ĩfantes in vtero moꝛtuos acceptũ excludit.Impoſitũ doloꝛẽ lateris mitigat:toꝛtiones ſpargit.epilenticis vtiliter adhibeſ.citiꝰ ſterica odoꝛi adhibitus curat.fumigio ſerpẽtes excludit.oleo mixtũ ⁊ perunctum vim ſerpẽtũ nõ admittit.oleo ſpõdilino mixtuz:⁊ a ſerpẽtibus comeſtũ yſdem ĩfert necem.doloꝛem dentiũ ĩpoſitũ tollit.acceptũ vel in capite virge cataplaſmatum iter vrine pꝛeſtitat:potionibus neceſſe miſceſ.ſi cũ amigdalis amaris ⁊ cuz aqua aut cum ſucco rute: aut miconio mixtũ:⁊ eri vſto aut felli additũ:ſed illud qđ poniſ in medicinis debet ſic mũdari.mitte illud in aqua cal'.⁊ cum ſe ſoluerit illud qđ reſidet vtile eſt.qđ v̊o ſupernatat inutile:vel ſic meliꝰ mundabis.liga galbanuz in lintheolo:⁊ in vrceolo fictili ſuſpẽde:queˉ vrceoluz in aqua buliente pone.qꝛ cum caloꝛeˉ ſenſerit per lintheolũ liqueſcit:⁊ ſic liq̃tum cõfectionibꝰ:⁊ antidotis miſceſ. SERAPION. auc.Diaſ.quãdo fit naſcale cuz eo aut ſuffumigiũ ꝓuocat mẽſtrua:⁊ expellit fetum:⁊ qñ fit emplm̃ ex eo cuz aceto ⁊ nitro aufert bothoꝛ lactea:⁊ accipiſ ex eo ſicut granũ fabe ad tuſſim aſma:⁊ coartationez anhelitus:⁊ ad attritiones lacertoꝝ:⁊ qñ ſumiſ in potu.ſic̃ diximꝰ expellit fetũ moꝛtuũ:⁊ ſi fiat cũ eo emplm̃ doloꝛi lacertoꝝ ꝯfert ⁊ furũculis:⁊ qñ odoꝛaſ excitat epilẽticos:⁊ mulieres patientes ſuffocatõez matricis:⁊ opil'oneˉ in cerebꝛo hñtes: ⁊ qñ fit fumigiũ cũ eo expellit aĩalia venenoſa:⁊ ſi inungaſ qs cũ eo p̃ſeruat ip̃z a moꝛſibus venenoſoꝝ. Et qñ miſcetur cũ medicĩa q̃ dr̃ ſanchidalion ⁊ ol'o:⁊ appꝛopinquat aĩalibus venenoſis occidit ea:⁊ apponiſ dẽti doloꝛoſo:aut coꝛroſo:⁊ cõfert:⁊ dixerũt qdã ꝙ qñ p̃ſumiſ in potu eius curat ſtranguriã.qñ vis ipm̃ dare in potu:diſſolue ipm̃ cum amigdalis amaris:aut cũ vino ⁊ aqua:aut cũ mellicrato.

¶Capitulum. CCCXLVI.

Henne ara.gre.cipꝛꝰ.lat.alchãna:⁊ a qbuſdã vocaſ ſcotanũ ĩcõgrue:⁊ eſt arbuſtũ.vñ fit oleũ cipꝛinũ:⁊ ē illud qđ de alchãna:vt appet p ꝯcoꝛdiã Auicẽ.⁊ Diaſ.in vtriſq; capl'is.puluere folioꝝ vtimur. SERA. li.aggre.ca.hẽne.flos alcãna ē ſil'is floꝛibꝰ mirti.niſi qꝛ ē ĩ racemis:⁊ ē albꝰ declinãs ad glaucedineˉ acuti odoꝛis.Et idẽ auc.Diaſ.eſt arbuſtũ hñs folia ſupꝛa ramos ſuos ſilia folÿs oliue:niſi qꝛ ſunt latioꝛa ⁊ mollioꝛa et viridioꝛa. hꝫ floꝛeˉ albũ ſimileˉ vſnee boni odoꝛis:ſemeˉ nigrũ ſil'e actis: ⁊ quo vtimur ſunt folia ⁊ ſũmitates eiꝰ. GALIENVS 7.ſim.phar.ca.de cipꝛo.huiꝰ arboꝛis folia ⁊ extremitates ad vtilitateˉ puenerũt:ſuba eiꝰ eſt ꝯpoſita ex acuta calidi. cũ tẽperamẽto ⁊ ſuba terrea fri.ſicca.Et ſapoꝛ eiꝰ ē ſtipticus deſiccat ſine moꝛdicatione repercutit ⁊ diſſoluit.

PAVLVS.ca.de alchãna.eſt.fri.in p̃mo.ſic.in pꝛincipio ſecũdi. POSSE.SERAPION.auc.Diaſ.v̊tus folioꝝ eius ē ſtiptica.⁊ iõ qñ maſticanſ curãt alcolã: ⁊ ĩfundiſ decoctio eius ſup cõbuſtioneˉ ignis:⁊ qñ teritur ⁊ ĩfunditur in aqua aſtaratios: ⁊ liniunſ inde capilli fiũt rubei: ⁊ vnguẽta que fiunt ex ea molliunt neruos:⁊ facit in vulneribꝰ illud qđ facit ſanguis dꝛaconis. GALIENVS. ꝓhibet dilatationeˉ pupille ⁊ combuſtionem ignis qñ coquitur in aqua: ꝓycitur aqua illa ſup locum cõbuſtionis ⁊ ipſa adminiſtraſ in medicinis heriſipille: ⁊ cõuenit vlceribus.ſ.alcole:que fiunt in oꝛe pueroꝛum.

Heneſmone.gre.kneſmon .i.pꝛurigo.Caſſius fe.lib. de doctrina gre.
Henidridis eſt ſerpẽs maſculus albus.Pliniꝰ lib. 30.cap.z.in p̃ncipio.
Henier pũger.ideſt vrtica. Stepħ.
Henis.hanis.ara.cicer.
Henta ara.boꝛ.i. frumẽtũ.
Heraalbelem.herabahm. heraalalep.i. ſempuiua.
Heraclia.i. epilẽſia.i. feraria nigra.l.Eraclea.
Heraclion.qd ē. Pli.li.zo. ca.i7.⁊ li.z5.cap.4º.
Herafel.i.lactuca aſini.
Herba ficaria.Millemoꝛbia. Milmoꝛbia. Miſmoꝛbia. ſcrofularia. caſtrãgula. vrtica moꝛtua: eo ꝙ folia vrtice ſil'ia hꝫ: non tameˉ vrentia.
Herba adhil vl' Adhip.ideſt eufragia.
Herba.alguſi.i.ellebꝛus. MESVE.
Herba apoſtematuz. ideſt aſpergula.

Herba arcetica.quid eſt.l. Arcetica.
Herba auris muris.i.auricula muris.
Herba baccara .i. aſſarus.
Herba bali.i.vſnen.
Herba barba alguſ.i. ellebꝛus.
Herba baſilica quid eſt.l. chaſialkel.
Herba benedicta.quid eſt .l.fu vel gariofilata. ALBERTVS.MA. lib.zz.ca.equus.
Herba bulne.i.cardo benedictus.l.Erigion.
Herba cancri.i.criſpula hꝫ folia mĩuta ⁊ alba vt abſinthium.
Herba candelabꝛalis.i. lichinida.
Herba canoſola.i.poliũ.
Herba capillacea.i.thimꝰ.
Herba capillaris.Adiãtuz Pollitricũ. capillus veneris ideˉ:qm̃ omnes iſte herbe valẽt ad augmentum capilloꝝ.⁊ ideo quelibet ipſarũ vocaſ capillaris.⁊ hoc ſcḿ Diaſcori. licet diuerſificentur ſecundum figuram.
Herba caricalis ideſt vua lupina.
Herba catholica ideſt mezereon vel alimpiados. laureola.
Herba daneta ideſt galea vel regalea.

Herba egyptia.i. dipſcus.
Herba emina qd eſt.l. guzema.Abes.buzẽma.
Herba emphimeria.i.centumnodia.
Herba faciens viduas .i. mezereon.
Herba falies.i.flos ſambuci.
Herba feraria.i.v̊minata.

¶Cap. CCCXLVII.

Herba fetida.eſt herba ſubtilibꝰ folÿs ſimilis herbe que diciſ abꝛotanuz plena ſeminibus ſimilantibus ſeminibꝰ lumbꝛicoꝝ ſapoꝛ eiꝰ vergit ad amaritudineˉ nociuã grauis odoꝛis.⁊ ſapoꝛ eiꝰ eſt amarus cuz aliq̃li ſalſedine ⁊ ſtipticitate pauca.⁊ ē calidioꝛ abſinthio ⁊ debilioꝛ abꝛotano.⁊ ē mala ſtomaco. ⁊ claudit oꝛificia venaꝝ mr̃icis: ſic ꝙ cataplaſmata ſup ventreˉ cal'a ꝯſtringit ſanguineˉ exeunteˉ poſt partũ ⁊ tpe menſtruandi.

Herba gãda. ALMA. libº. zz. caº. eq v̊ſus fineˉ.
Herba flaura.plãta vl' bꝛã ca leonis.i. trifoliũ maiꝰ ⁊ eſt ſpẽs andachuche. ⁊ a nobis vocatur herba maura.l. handachucha.
Herba fluminis ideſt lenticula aque.
Herba fugee. falſo ſic nominaſ:qm̃ nõ ē herba:ſꝫ quid eſt.l.darſiſahan.
Herba fulonũ.i.ſaponaria q̃ abſtergit ⁊ mũdat foꝛtiter vt ſapo.l.hoꝛith.
Herba gatte. Ualeriana idem.l.fu.
Herba gratiadei eſt perſicaria minoꝛ.

¶Cap. CCCXLVIII.

Herba graſſula.eſt herba de qua inuenitur maioꝛ ⁊ minoꝛ.⁊ minoꝛ eſt vermicularis pꝛo qua .l.l.v̊micularis. Maioꝛ eſt herba habens folia tenera ⁊ pinguia in quoꝝ ſuperficie eſt hoꝛra.⁊ valet contra ignis arſuras.ſuccus eius curat ramicen pueroꝝ. ſi accipiãtur folia graſſule.⁊ cime oliuaꝝ ⁊ teranſ ſubtiliter cũ aſſungia poꝛcina recẽti ⁊ exprimaſ per petiã ⁊ buliat cũ modico vino albo quibꝰ admiſceaſ maſtix ⁊ olibanũ. ⁊ poſtea vngaſ. Plinius lib.z5.cap.xi.circa medium.

Herba guzen qd ē.l. Abes guzema.
Herba herculis ideſt herba iouis.
Herba hyrcina quid ē lege ercinos.
Herba iamana.i.coſtus.
Herba iouis ideſt ſemperuiua minoꝛ.
Herba iudaica ideſt herbum.Auicenna.
Herba laetis.i. vrtica vel herba hircina.l.ercinos.
Herba lepoꝛina.i. ſatirion
Herba lilialis quid eſt lege algaſcen.
Herba lucernaria.i. flommos.
Herba lucis.i.celidonia.
Herba lumĩaria.i.yppiris.
Herba luparia eſt cuiꝰ puluis interficit lupos lege aconitum.
Herba marie.i.athanaſia.
Herba maura ideſt herba flaura.
Herba meliſſa ideſt citraria ⁊ eſt hedarungie.
Herba micaria. quid eſt.l. Spõdiliõ.Sacũdulion.
Herba mularum. quid eſt lege Ratha.
Herba nari.i.herba vſnen
Herba naucaſiũ ideſt herba inuerſa.
Herba paraleſis eſt cuius folia floꝛere ĩcipiũt tpe hyemis q̃ ſe extendunt in terra q̃ſi alba ⁊ criſpa vt aliſſagus floꝛeˉ albuz ꝓfert ca.eſt ⁊ ſic.doloꝛibus medeſ. Herba ſancti Petri pꝛimula veris.
Herba pigmentaria ideſt citraria.
Herba periſterea.i.columba.l.periſtereon.
Herba podagris ideſt epithimum.
Herba polidragnus.i. netalim vl' perithimum.
Herba oculoꝝ qd ē. l.rata
Herba puerilis quid eſt.l. hiacinthus hiaquintus.
Herba pulicaria quid eſt lege policaria.
Herba que oꝛitur in lapidibus faciens labere pedes quid eſt.l.aynech.
Herba rapiens vitam ideſt mezereon.
Herba ruſtica.i.roſa ſiluatica.
Herba ſacra.i.berbena.
Herba rabioſa verucaria lege Elitropium.
Herba Sãcte Marie eſt herba ad albedinez tendens rugoſis folÿs ſicut herba q̃ dr̃ flommos ⁊ ĩgrediſ in vnguẽto marciaton qđ poniſ in antidotario Gal'.minoꝛi.medeſ frigi.doloꝛibus.⁊ eſt cali.⁊ ſic. complexionis.
Herba ſci Joãnis. Ipicõ. ꝑfoꝛata. ſcopa regia ideˉ.
Herba ſci Petri.l. Empetrũ.i.paleſis.p̃mula v̊is.
Herba ſeriaca.i.malua.
Herba ſcelerata.i. apiuz riſus lege botrachium.
Herba ſcripta.i.lingua ceruina ſcolopendria.
Herba ſtulta.i. poꝛtulaca.
Herba tetrabic.i. iudaica.
Herba toꝛnicy.i. lupinus.
Herba tremola ideſt toꝛmentilla.
Herba tunuſy quid eſt lege varſiſahan.

¶Cap. CCCXLIX.

Herbaturum vel herbaturis.ara. gre. peucedanuz.lati.cauda poꝛcina. Bugenis. Buyenis. Artanita feniculus poꝛcinꝰ vel agreſtis. SERAPION.lib.aggre.cap.herbatutis.auc. Diaſco. Eſt planta hñs folia ſimilia plãte tapſie.⁊ habet velut capillos adherentes ꝓpe radiceˉ ⁊ ſtipites ſimiles plãte maratri.⁊ habet floꝛem citrinũ.radix eius eſt de foꝛis nigra de intus alba grauis odoꝛis groſſa plẽa humiditate. Naſciſ in montibus ⁊ vmbꝛoſis locis ⁊ arboꝛibus obũbꝛantibus. Radix quideˉ eius ſcindiſ cum cultello dum eſt recẽs ⁊ extrahiſ humiditas que eſt in ea.⁊ poniſ in vmbꝛa: qꝛ virtus eiꝰ debilitaſ a ſole.⁊ quãdo colligiſ humiditas accidit eis qui eam colligunt ſoda ⁊ obſcuritas viſus:niſi ponaſ in naribus ſuis oleum roſaꝝ:⁊ fundat ex eo ſup caput ſuum:quando vero extracta fuerit humiditas a radice illa.poſtea non remanet in eo aliquod iuuamentũ.extrahiſ humiditas etiam a ſtipite eius ſicut extrahiſ ſuccus radicis mandragoꝛe:ſed virtus eiꝰ eſt debilioꝛ virtute humiditatis que extrahiſ ex radice. Nã virtus eiꝰ velociter reſoluiſ. Repitur autem gũmoſitas adherens radici ſimilis olibano.⁊ melioꝛ ex iſto ſucco huiꝰ plante eſt ille q defertſ a terra:q̃ dr̃ ſardinia ⁊ ex terra que dr̃ ſarmabachi.⁊ eſt grauis odoꝛis ⁊ ĩ coloꝛe ſuo ē rubedo ⁊ moꝛdicat linguã quando guſtaſ.⁊ melioꝛ radix eſt noua nõ coꝛroſa dura puri odoꝛis. GALIENVS.s.ſim.phar.cap. de peucedano. Plurimuz qđ adminiſtraſ ex hac planta eſt radix pꝛopꝛie.⁊ etiã adminiſtraſ lachꝛymus:⁊ ſuccus eius. ⁊ omniũ virtus eſt vna:niſi qꝛ lachꝛymus eſt foꝛtioris v̊tutis:⁊ calefacit foꝛtiter.vnde reſoluit ſubtiliat ⁊ incidit. Plinius libꝛo.z5.cap.9.ante mediũ. ⁊ v̊ſus finem.

POSSE.SERAPION.aucto. Diaſco. Lachꝛymus eius mixtus oleo roſaꝝ ⁊ aceto capiti fomento adhibitꝰ litargicis ⁊ freneticis medeſ.ſtomaticis ⁊ epilenticis plurimũ pꝛodeſt doloꝛeˉ capitis mitigat. ſciaticis cõtractis ⁊ paraliticis maximũ pꝛeſidiũ eſt. oẽs neruoꝝ cauſas cuz oleo ⁊ aceto perunctus componet.oꝛi matricis fumigio applicatus offocationes ſtericas ſoluit.ſomnũ plurimuz doꝛmientibus ꝓhibet fumigatione ſua domi ſerpentes excludit.oleo roſato admixtꝰ doloꝛeˉ auriũ tollit. iniectũ foꝛamini dentis doloꝛeˉ non admittit.tuſſiẽtibus opitulatur ouo ſoꝛbili additus ⁊ acceptus.diſnoicis ⁊ toꝛtiõibus p̃ſtat effectum. ventreˉ lenit.ſpleneˉ attenuat. doloꝛez ſtomaci compeſcit.doloꝛeˉ veſice ⁊ renũ bibitus ꝓhibet.matrici ſalutaris eſt.pꝛeſtando euſtomatica.radix eius ⁊ elixatura eius oĩa ſil'r iſtis facere poteſt.fomento adhibita vulnera curat.radix eiꝰ ſicca ⁊ impoſita id facit. oſſa fracta excludit.vulneribꝰ antiqs cicatrices ducit cerotis neceſſe miſceſ ſil'r ⁊ malagmatibꝰ termanticis. Radix eligenda eſt odoꝛe ſuauis foꝛtis ⁊ nõ vetus. lachꝛymus eiꝰ

confectiōibus miſceri.poteſt maxime ſi amigdalis amaris rute ⁊ aneto ⁊ pani calido triticeo admixt⁹ fuerit.⁊ ſic dari pōt. Jtem radix ei⁹ vulnera antiqua expurgat ⁊ icarnat ⁊ incēſa viperas ⁊ ſerpētes fugat. GALIENVS. Peucedanū confert egritudinib⁹ neruoꝝ ⁊ egritudinib⁹ que accidūt pectori ⁊ pulmoni ab humoꝛibus groſſis viſcoſis.que ſumit̄ in potu cū vino:⁊ fit fumigium cuꝫ eo ⁊ attrahit odoꝛādo eger fumū eius ⁊ facit idem.Et quādo ex eo ponit̄ in coꝛroſionibus dentiū ſedat doloꝛē eoꝝ ſtatim:qm̄ ſubtilium partiū eſt.⁊ curat doloꝛem ſplenis incidendo ⁊ ſubtiliādo groſſos humoꝛes. Radicis vero calefactio eſt minoꝛ ⁊ deſiccatio ei⁹ eſt foꝛtis.ipſa nāq̧ calefacit in p̄n⁹ tertꝫ gradus. Et abſtergit ⁊ incarnat.⁊ pōt adminiſtrari in omnibus ſupꝛadictis.Et quādo ponit̄ ex eo ſuper os:cui⁹ coꝛticem volumus expellere expellit eū cito ⁊ incarnat ipſum.⁊ conuenit multuꝫ vlceribus fraudulentis malis:quādo deſiccat̄ ⁊ teritur ⁊ puluerizat̄ ſuper ea:eo q̧ mundificat replet carnem ⁊ conſolidat.

Herba venerea ideſt acorus.Diaſcoꝛides.
Herba vēti maioꝛ ſcatūcellū.i.paritaria:ſed herba venti mīoꝛ ē ꝯſolida minoꝛ ⁊ eſt hn̄s ſpicā paruā in ſūmitate eius ſicut ſticados arabicū:⁊ differt ī figura paꝝ ab artetica.
Herba veſical̄.i.alkekēgi.
Herba vitri.vitriola.Per diciados pdiciō.Alſineꝫ herba vrceolaris.i.paritaria:ſꝫ ſciendū q̧ herba vitri dr̄:qm̄ abſtergit vitrū.⁊ hec ē paritaria: vel qm̄ ē materia vitri.⁊ ſic eſt herba.vn̄ fit vitrū p qua.l.Cugeg.Pli.li⁹.zz.cap.i7.⁊.lib.z7.cap.4.
Herba vnguis lepꝛoſa id eſt apium riſus.
Herba vſnen gd ē.l.vſnen
Herbila ē legumen herbilia.
Herbilū.i.ſerpilū.
Herbion ideſt cheiri.
Herbū ſiue vt alij oꝛobū.naſcit̄ vt lēticula.ſeritur etiā:cui⁹ aliud ē paliduꝫ aliud ſubruffum ⁊ aliud albū. PLINIVS.herbū naſcit̄ in pluribus locis ī modū lēticule.aliđ .n.eſt paliduꝫ aliud ruffuꝫ ⁊c̄.⁊ ē legumē qđ vocat̄ piſuꝫ p q̄.l.ſerſenie.
Hercariō.i.ypicon. Aliab. in ſecundo pꝛactice.
Hercul eſt locuſta magni coꝛpoꝛis qn̄ habet alas.
Herclaten.i.eſtiomenus.
Hercos eſt quedam paſſio amoꝛis.
Herſe ideſt kerſe.
Herſum raſadū. Hoꝛſ naſturciū.Stephanus.
Heriza.Oꝛiza.grc.i.riſi.
Hermar ideſt aſinus.
Hermelum. Hermel.i.armel.Stephanus.

℄Cap. CCCL.

Hermerocales eſt planta vt bulbus ematicus qui manducatur fruct⁹ eius eſt ſicut narciſcus differens ab eo in floꝛe tantum.

DIASCORI.ca⁹ hermerocales. Hermarocales aut cataleptē velut bulbus ematicus folia hꝫ ⁊ haſtā ſil'em lilio in initio cum inceperit aperire floꝛes lilij oſtēdit tres vel quattuoꝛ: ſed poſtquam floꝛuerit viridem facit coloꝛem bonuꝫ ⁊ odoꝛatum.radix eius in magnitudine ſimilis eſt bulbo:ſed paulo maioꝛ.Plinius libꝛo.zi.caplo.zi.

POSSE.DIASCORIDES.hec ſi bibita fuerit humoꝛē ſoꝛdidū mr̄icis excludit menſtruis impat.folia ei⁹ cataplaſmatibus adhibita cōbuſtionibus medicantur.

Hermes.i.azer. Hermic.i.xiloaloes.
Hermionium ideſt Aſplenion.Plinius.
Hernia.i.quando per rupturam ſiphac inteſtina deſcendunt in oſeum.

℄Capitulum. CCCLI.

Hermich eſt ſimilis piperi:niſi qꝛ appꝛopinquat citrinitati.⁊ eſt boni odoꝛis ſimilis xiloaloes ⁊ affertur de regione ſclauoꝛum.complexio eius eſt equalis.confoꝛtat ſtomacum ⁊ digeſtionem.

Hermodactilus gd eſt.l.ſturagen.digit⁹ hermetis.Diaſcoꝛides.Coltico aut tyriaca hermetis.
Hermodima.Alexan.eſt antidotum dcīſi aſcendens.

℄Capitulum. CCCLII.

Herochalchay. vel ſaxabꝛaꝫ.ara.gre.camelea vel ſenition vel hirigontis.lati.ſenation vel apiū aque vel naſturciū aquaticum ſiue cardamus agreſtis. SERAPION.lib.aggre.cap. Herochalchay.Eſt planta que naſcit̄ in aquis.habꝫ ſtipitem rectū ⁊ ramos.⁊ eſt tota planta pinguis. ⁊ habꝫ folia ſimilia folijs apij dicti hypoſelinum: niſi qꝛ ſunt minoꝛa eis.⁊ habet odoꝛem bonū quando maſticat̄.⁊ eſt ca.⁊ ſic. ⁊ cōuenit calefactis:quādo roꝛatur ſuper ipſam aqua fri. aut aqua roſaꝝ.⁊ quidā dicunt q̧ eſt fri.ex eo: qꝛ non nocet habentibus ſirſen.Et ideꝫ aucto. Jſaac habenarā.eſt cali.in pꝛi.ſic.in ſecūdo.Et idem aucto.Halie.virtus eius eſt calefaciēs. DIASCORIDES.cap.ſenation.i.naſturcium aquaticum.naſcit̄ in aqua fructicem habēs pinguē ramulos longos.⁊ folia minuta ſimilia hypoſellino: niſi qꝛ ſunt minoꝛa eo: q̄ maſticata odoꝛē ſuauiſſimū hꝫ.

POSSE.SERAPION.auctoꝛ.Jſaac haben aran ſemen eius ſtringit ventrē qui fluit ꝑpter caliditatē quando bibitur ex eo aur̄.i.cū aqua frigi.aut ſucco citonioꝛuꝫ. ⁊ ipſum confoꝛtat membꝛa. DIASCORIDES.Semen ei⁹ crudū comeſtū calculos excludit.vrinaꝫ ꝓuocat menſtruis imperat diſintericis ꝓdeſt. Catebꝛas ſapiens huic ꝓhibet teſtimoniū dicens q̧ cocti in aqua ſoluunt.⁊ cū carnib⁹ ſpiritualia mūdificant fomentū ex aq̄ ſalſa ⁊ oleo decoctōis ei⁹ valꝫ ad doloꝛē iliacū ſtrāguriā ⁊ diſſuriā.ī vīo đcocti ⁊ cataplaſmati ad idē valēt diuretica ſūt.

Herouacten ideſt verminata vel vermicularis.
Herpeſeſtiomen⁹.i.vlcus ſerpēdo māducās circū ſe.nā herpe.gre.ſerpere eſtij voꝛat comedit.
Herpetas antiq ſerpiginē dicebant.Caſſius fe.araneas inquit quas greci a ſerpēdo herpetas dicūt: nos aūt ſil'r ſerpiginem a ſerpendo ⁊c̄.⁊ ifra.Eſt ⁊ aliud gen⁹ herpet} q̄s greci centrias vocant.ſi quidem in ſuperficie cutis puſtulas minutas milio ſil'es oſtēdit: quas latini vulgo cineas vinas vocant ⁊c̄.
Herpetica ideſt que faſtidium auferunt.
Herpillū.i.ſerpillū:tamen aliquādo ponitur ꝑ poligonia:vt in Alexā.de doloꝛe.cap.ex cauſa calida.
Herſiſtidos.i.ypogſtidos.
Herua.i.pentadactilus.
Heſa.Heſſa.Heſſamen.i.thimus haaxe.Stepha.
Heſbeſſe ideſt macis.
Heſden.i.lignum aloes.
Heſedeen idem.
Heſſendeg.i.arboꝛ in q̄ naſcitur ſerapinum.
Heſerem.Aſrem.i.agreſta ſuccus vue acerbe.Ste.
Herſerudaꝝ.Caulamalū.Caſurudar.i.galanga.
Heſſeta.heſeca.i.tribulus.haſech.Stephanus.
Heſian.Heſiſaā ideſt peucedanum.
Heſniſi.i.tres q̄rte vni⁹.ꝫ.
Heſublen.i.cimbalaria.
Heſufraes.i.cartafilago.
Heſum.i.abꝛotanum.
Hetercatura.Stepha.eſt pſiliū:puto coꝛruptū:nā haſara catuma vocat̄.
Hetigonon.i.ſcoꝛpion.Nā ſcoꝛpiōes propter tactū radicis eius moꝛiuntur.⁊ eſt ſpecies aconiti.
Heuche.i.trifolium qđ oꝛitur in paludibus.⁊ ē ſpecies handachoche.

℄Cap. CCCLIII.

Heuda. ara.gre.piron.lati.frumentū.vbi ſciēdum q̧ ex eo fit farina q̄ ara.vocat̄ dechich.⁊ fit ex ea ſimula q̄ ara.vocatur ſinichamiſco.⁊ a romanis ſiinichinites.⁊ fit ex eo furfur quod ara.vocatur nocale. ⁊ fit ex eo amilium quod arabi.vocatur viſice.⁊ fit ex eo panis qui ara.vocatur ehobos ⁊ damarach.⁊ fit ex eo fermentum quod ara.vocatur chamib.gre.ꝫem vel ꝫima.

GALIENVS.s.ſimpli.phar.cap.de tritico. Pirus.i. triticū vt cibus ſit qualis virtutis non eſt pꝛeſentis opis

vti.vt farmacum vero extrinſecus poſitum ex pꝛimo eſt gra.calefactīn.at vero neq̧ ſiccare neq̧ hūectare euidēter natū eſt.hꝫ aūt gd viſcoſum ⁊ obſtructiuum.qđ vero ex eo ꝯſtituit̄ amilū fridius ⁊ ſiccatiuius ex eo ē.cataplaſma aūt qđ fit ex eo magis diafoꝛetice ē virtutis q̄ꝫ quod ex tritico.virtutis.n.attractiue ⁊ diafoꝛetice eoꝝ que in ꝓfundo ē fermētuꝫ.Et ideꝫ in lib.de cibis.cap.de tritico q̧ equi qn̄ eū comedunt nō effugiunt a nocumēto quod infert eis: ⁊ eſt vtiliſſimū ſimpliciter omnibus gētibus: ⁊ ex eo eſt maxīe nutritiuū qđ eſt maxime ſpiſſum ⁊ commenſuratū cum ſubſtantia dura ita vt vix a dentibus dinidat̄.contrariū eius modicū exhibet nutrimētum.optimū aūt qđ grauius ⁊ ſpiſſius ⁊ coloꝛe rubicūdius intuſq̧ ſpiſſius ⁊ extra.⁊ fit ex eius furfurea farina panis qui nominat̄ pitirei.i.furfurei.paucitatem nutritionis hn̄s ⁊ faciens multam ſuperfluitatē:⁊ ꝑpter hoc ſecedunt ꝑ ventrem de facili.vn̄ qꝛ abſterſiuā virtutē participat furfur merito ſegregatio eoꝛum fit velox inteſtinis pꝛouocatis ad egeſtionē.eſt.n.ca.⁊ ſic.temperate.Contrariū.n.de pane qui fit ex farīa pura que arabice vocat̄ ſinchimiſtos:⁊ a romanis ſilichinites: ⁊ a nobis ſimula.egeſtio aūt oīuꝫ panum tardiſſima.eſt.n.egeſtio eoꝝ ſufficienter viſcoſa ita vt ad plurimum veniat nō diſtincta.i.ſeparata:quod pꝛopꝛiū eſt viſcoſi coꝛpoꝛis.Merito ergo iſti quidē ⁊ fermento amplioꝛi indigent ⁊ impaſtatōe.furfureis autem ſufficit ⁊ fermentum modicū ⁊ impaſtatio debilis ⁊ tempus paucū.ſic aūt aſſatione ipſa pꝛolixioꝛi quideꝫ qui puri.bꝛeuioꝛi aūt qui furfurei indigent.inter puriſſimos āt ⁊ furfuriſſimos na pauca eſt latitudo in magis ⁊ minus. quibuſdam quidem puris:quibuſdā aūt ſoꝛdidis nomiatis.Eſt aūt ⁊ ſpēs panū media:qui antopiri vel popiri appellant̄ vel opopiri.Antiquioꝛes aūt medicoꝝ vocabāt ipſos ſincomiſtos:ſed a quibus furfur totum nō ſeparat̄ vocat̄ ſinkimiſtos:⁊ a romāis ſilichītes.qui aūt deiceps ipſoꝝ ſemidalites.eſt aūt panis pꝛimus ſilichinites.i.puriſſimus.cōiter aūt ſemidalites:⁊ tertius qui melius ſincomiſtus vel oppopirus.poſtea eſt quartus qui ſoꝛdidoꝝ exiſtens extraneus:q furfure⁹:qui vtiq̧ ⁊ minus nutritiuus:⁊ magis alijs ſecedit ſm̄ ventrē.eſt.n.furfur minus calīn ⁊ plus ſiccum comparatum ad medullum frumenti.Optimi aūt panes ꝑ digeſtione ſunt qui ſunt maxime fermentati hn̄tes plurimuꝫ ſalis.⁊ q aſſationē habuerūt cōmenſurato igne ⁊ in clibano non paruo:⁊ azimi nō indigeſtibiles.amplioꝛ quideꝫ ignis ⁊ mox in p̄ma applicatione exterioꝛē ſuperficieꝫ adurens obſtrachiꝫat.i.indurat:⁊ accidit ſm̄ hoc paruū fieri panem crudum quidem ⁊ imperfectum quid intus habentē.ſuperarſum autem ⁊ ſiccum ⁊ obſtrakealeꝫ qđ extra.minoꝛ aūt cōmenſurato igne nō perficit bene paneꝫ:ſed crudioꝛem derelinquit ⁊ maxime qđ intra totū. Quicūq̧ aūt in igne cōmēſurato per totū ſui ipſi regulariter aſſati fuerūt iſti ⁊ digeruntur ſm̄ ventrē optime. ⁊ ad ꝯn̄tes operationes quecūq̧ poſt digeſtioneꝫ ſunt idoneiſſimi fiunt.de alijs vero cibis qui ex farina pꝛeparant̄ triticea tempus vtiq̧ eſt dicere:qui quideꝫ ergo apud antiquos nominant̄ tagenie apud nos qui ſm̄ aſiam agaratē.i.patellares.⁊ ſunt ceppole.pꝛeparant.n.per oleuꝫ ſolū.immitit̄ aūt oleū in patella ſuppoſito igne ſine fumo.infundit̄ aūt ipſi calefacto farina tritici multa aque ꝑmixta.celeriter igit̄ cocta oleo ꝯſiſtit ſil'r tenero caſeo vaſcalis coagulato.tunc aūt vertunt pꝛeparantes ipſam eam quidem que ſupius ſupficiē elaboꝛantes ſubtus vt ꝯfoꝛmem patelle. ſufficiēter aūt coctuꝫ qđ ſubtus erat pꝛius ad ſupius reducēs vt ſuperficiei tenuis ſit.Et cū iā qđ ſubtus compingat̄ vertunt rurſum ipꝫ bis vtiq̧ ⁊ ter quouſq̧ vtiq̧ totū ipſis videat̄ coctū regulariter. Eſt autem vtiq̧ ⁊ aliud placentule genus que ſuper tabula pꝛeparatur.Eſt autem duplex ſpecies tabularum placentulaꝝ.vna que vocat̄ riſcemata.⁊ iſte ſunt que in igne in furno coquuntur.⁊ alie que vocant̄ lagane.iſte.n. ⁊ oīa que ab eis deſcendūt:deterioꝛes ſūt illis q̄ riſcemata vocant̄,vnde tam tagenie vel patellares q̄ꝫ riſcemata ⁊ lagane ⁊ que ab eis deſcendūt ſunt groſſoꝝ chimoꝛuꝫ ⁊ crudoꝝ generatiue.⁊ ventris conſtrictiue:ꝑpter qđ aliq ipſis adiungunt mel.ſunt aūt ⁊ qui marinos ſales.ſunt āt placēte tabulares vl' riſſemata ⁊ lagane deterioꝛes.Sūt eniꝫ groſſi chimi gnātiue ⁊ tardi deſcenſus: augmētatiue ſplenis ⁊ epatis ⁊ obſtructiue ventris ⁊ lapiduꝫ in renib⁹ generatiue. ⁊ ſufficiēter nutritiue ſi bene digerunt̄ bene in ſanguinem cōuertunt̄.cum aūt in melle p̄parant̄ ſiūt mixte virtutis tanq̄ꝫ vtiq̧ melle ipſo habente ſubtilē chimum.⁊ quibuſcūq̧ applicatuꝫ fuerit omnia ſubtiliante. Merito ergo quecunq̧ mel in pꝛeparatione accipiunt.⁊ decoctionē habent ꝑlixioꝛem ⁊ minus tardi ſunt deſcenſus ⁊ chimū generant mixtū ex ſubtili ⁊ groſſo.epati aūt ⁊ renibus ⁊ ſpleni ſanis quidē melioꝛa illis que ſine melle aptata ſunt.p̄ncipium aūt obſtructōis habentibus aut flegmoniꝫantibus aut obduraſcētibus.i.patiētibus apoſtema dux nihil minus illis: ſed ⁊ aliq̄ꝫdo magis nocius ⁊ valde.maxime omnia quoꝝ viſcoſa ſatis eſt farina elixa:niſi ex ea panis in clibano coquat̄.Sed ſi digerat̄ magnam hꝫ virtutem frumentū ſi ſit coctum ⁊ nutriens foꝛtiter coꝛpus.Et robur maximū exhibēs eſt vtentib⁹ ipſo. fit ſimiliter ex frumento amidum de quo inuenies in.l. amilium.nec nō ex eo fit fermentū qđ ſcies in.l.fermentuꝫ. AVERROYS in ſuo colliget. Panis groſſus velocioꝛ ad digerendū:q̄ꝫuis alijs plus nutrit:⁊ non eſt tāte ſiccitatis ſicut groſſus:quāuis ipe groſſus cito digeratur. Et panis qui conficitur cum multa aqua eſt ſpongioſus: ſed azimus panis eſt groſſus ⁊ viſcoſus.⁊ ideo non eſt bonus.ſimiliter ille qui nimis eſt fermentatus non eſt bonus: qꝛ tranſmutatur cito ad humoꝛes putridos pꝛopter caloꝛem extraneum generatum in eo.

Heueri.i.farina oꝛdei. Aliabbas.cap.de fe.ethica.
Heufrichion.i.ypericon.
Heyron ideſt heiron.
Hezabudal.Hezam.Hezaza.Hezeiza.i.litium.Hezaꝫ.Heſſa.Hadbahab.Aliabbas.
Hezaron ideſt vſnee.
Hezeraſien.Hezerihaxeꝫ ideſt vitis alba.
Hiberida.Yberida.i.naſturcium agreſte. Jberidos.Plinius lib.z5.cap. octauo ante medium.
Hibiſcus ideſt Altea.
Hibur.Hiburis.i.ſulfur.
Hibuſar.i.mellilotum.

℄Cap. CCCLIIII.

Hictan. hican.ara.gre.alkitran.lati.vero oleuꝫ de ſcerbin.⁊ eſt pix liquida que ideomate noſtro vocat̄ pecula. SERAPION.lib.aggr.cap.hictan. aucto.Diaſco.Hictan.i.alkitran.⁊ eſt oleū quod egredit̄ de ſcerbin.Et ſcerbin due ſunt ſpēs vna caꝝ ē arboꝛ magna ⁊ eſt genus abietis.⁊ eſt ex ea alkitran habēs fructū ſimilem fructui cipꝛeſſi:niſi qꝛ eſt minoꝛ eo multum:⁊ ſecunda eſt arboꝛ ſpinoſa habēs ſimilitudinē cum arboꝛe. Juniperi ⁊ magnitudo fructus eius eſt ſicut magnitudo grani mirti.Meli⁹ aūt alkitrā eſt illud qđ eſt ſpiſſum clarum hn̄s odoꝛē foꝛtem cū hoꝛribilitate:⁊ quando intingitur in eo digitus nō cito defluit ex digito ꝑpter ſuam ſpiſſitudinē:⁊ qn̄ ſtilla eius cadit in loco remanet collecta ⁊ nō expandit̄.Et idē auc.Hal'.ſpecieꝝ ſcerbin cōplexio eſt ca.⁊ ſic.in ꝫ⁹.ſed oleū qđ extrahit̄ ex arboꝛe ſua ſubſtātia eſt ſubtilis.⁊ eſt cal.⁊ ſic.in q̄to.Sed plus calefacit q̄ꝫ ſiccet.lignū ſcerbin nominat̄ ligṅuꝫ moꝛtuoꝝ: qꝛ conſeruat coꝛpoꝛa moꝛtua a putrefactiōe.vn̄de deſiccat ⁊ cuſtodit coꝛpoꝛa moꝛtuoꝝ ⁊ deſtruit quod eſt ibi de humiditate.

POSSE.SERAPION.Cuſtodit coꝛpoꝛa moꝛtuoꝝ

⁊ oleum eius occidit pediculos lēdines lumbricos ⁊ vermes qui ſunt in auribꝰ. Et quando cum eo fit naſcale corrumpit fetū ⁊ excludit mortuū: ⁊ quando linitur virga in hora coitus deſtruit conceptum: ⁊ ꝓpter hoc eſt ex veríoribus medicinis ⁊ fortioribꝰ ad prohibendum impregnationem: adeo ꝙ accidit ei qui vtit̄ eo vt fiat omnino ſterilis: etiā quādo diſtillatur ex eo in dentē corroſum ſedat dolorē: ⁊ frangit dentē. ⁊ aufert liuorem qui fit ſub oculo Alkitram. ⁊ eſt illud qđ eſt compoſitū ex eo qđ colligitur in lana quādo ſuper ipſum ſuſpenditur ⁊ decoquit̄. ⁊ ſubtilius alkitram ⁊ minus acutum ⁊ reſiduum qđ remanet eſt alkitran: ⁊ eſt illud quod de eo eſt ſpiſſum ⁊ groſſum. ⁊ eſt ſicut illud qđ remanet ex ſpiſſitudine olei. ⁊ ideo alkitram ꝓpter ſui groſſitiem mordicat ⁊ aperit: ⁊ ꝓpter hoc alkitrāz curat apoſtemata ⁊ eſt pix liqda. Sed grani ſcerbin virtus eſt tempata: adeo ꝙ poteſt comedi: niſi qꝛ facit ſodam ⁊ mordicat ſtomacū. Et idē aucto. Diaſco. Alkitram eſt qđ corrodit ⁊ īcidit corpora viuentiū: ⁊ cōſeruat corpora mortuoꝝ. ⁊ ſi fiat feretrum in quo reponat̄ corpus ex ligno ſcerbin ſeruat corpus defuncti a putrefactione: ⁊ ꝓpter hoc nominant ipſum quidā vitam mortuoꝝ. ⁊ alkitran adurit plātas: ⁊ coria ꝓpter neceſſitatē ſue caliditatis ⁊ deſiccatōis: ⁊ abſtergit maculas oculi. quando bibitur cum rob ⁊ ſale pauco: conuenit morſui ſerpentis. ⁊ quando linitur ſuper elefantiam conuenit. ⁊ fit cliſtere cum eo ⁊ occidit lumbricos paruos. l. cedrus.

Hicolitis melano. i. hedera nigra.
Hidoris ideſt cauda equina herba.
Hidros. Cornelius cel. eſt ſpēs ſaniei tenuis ſubalbidi coloris ex malo vlcere exiens. maxime vbi neruo leſo inflammatio ſecuta eſt ⁊c̄.
Hiera. i. herbena. libro de ſimplici medicina.
Hieratia eſt ſpecies lactuce. Pliniꝰ lib. 20. cap. 7.
Hierob. Diaſc. virga ē porrecta in virgultis ⁊c̄.
Hieſirin eſt nomen aggregans penetratōez ⁊ ſanationē ꝯſeruans almuſargi: ⁊ faciēs naſci id qđ ꝓcedit ō vuea tunica dicitur almuſaragi: ⁊ quādo multa ē dr̄ muraiſmati.
Hilbane. heilbane. i. cardamomuz minus. Plinius libro. 12. caplō. 13. (tia.
Hiobothor. i. blacce biſantia.
Hiontos quid eſt. l. ionos.
Hioſar. i. laſſanum.
Hipaterā dicunt greci epaticam. Paulus capitulo de diſſinteria.
Hiphear quid eſt. Pliniꝰ libro. 16. cap. 31. in ꝑncipio. ⁊ caº 45. ⁊ lib. 24. ca. 4.
Hipecon. Diaſco. naſcit̄ in tritico. ⁊ locis cultis folia hꝫ rute ſimilia haſtaꝫ hꝫ minorē ⁊c̄. Pliniꝰ lib. 27. cap. xi. in principio.
Hipichriſtō. colliriū aptū ad vngendū. Caſſius fe.
Hipicon qd ē. l. Infarion. Plin. liº 26. caº 8. v̄ſus fi.
Hypociſtos Orobation. Plinius libro. 26. caplō octauo poſt principium.
Hypogloſſa. Plin. lib. 27. caplō. xi. in principio.
Hypopeſton. Plinius lib. 27. cap. 10. in fine.
Hyporis grece. Anabaſis. cauda equina. hypuris. Diaſcorides.
Hypoſtumata grece ſuffuſiōes ſanguīs ex āncedēti percuſſione facte. ara. tarfati taraxis. Demoſt. Caſſius felix.
Hypoquiſtidos. quid eſt. l. ypoquiſtidos. Ciſſos.
Hyſtera. i. ſecundina. Gal: ꝑma particula epidimi. cōmen. ꝑmo. Gal. lib. de ſpermate. cap. 2. in. fi. hiſtera. i. matrix.
Hiu. i. flos. ⁊ hiu. gre. viola albaion. Caſſius felix.
Hiucip̄rum. i. flos cipri.
Hiulo. i. margarita.
Hiuſgamus. i. ſimphōiaca.
Hixurat. i. mellilotum.
Hixuriam. i. ceterac.
Hixus ideſt viſcus.

Cap. CCCLV.

Hkas. ara. gre. tragma. lat. lactuca. ⁊ ſunt eius tres ſpecies. vna dicitur lactuca agreſtis: quam greci ſaralliam vocant: cuius tirſus in modū ſecūde eſt. ⁊ eſt ſpēs ſcariole ſicut apparet in. l. cicorea. Alia ſpecies dr̄ lactuca aſini. pro qua. l. lactuca aſini. Alia dicitur lactuca domeſtica que omnibus eſt nota de qua hic loquimur.

GALIENVS. 6. ſim. phar. cap. de lactuca. Infrigidat ⁊ humectat ſicut aqua nō extrance: ſed ſicut aqua ſtagnorum vel lacunarum vel fontanaꝝ. ⁊ ipſa eſt que generat ſanguinēz bonum. lactuca agreſtis eſt ſimilis domeſtice: niſi quia ſtipitem habet maiorem: ⁊ folia eius ſunt albiora ⁊ ſubtiliora ⁊ aſperiora. ⁊ ſapor eiꝰ eſt amarus: ⁊ ē in virtute ſua ſimilis papaueri nigro. Plinius lib. 20. capi. 7. in principio. POSSE. GALIENVS. calidis flegmonibus congruit necnō paruis heriſipillationibus: nō tamē potens eſt maioribus ſufficere. Eſt aūt ex cibis ſedantibꝰ ſitim. Semē vero bibitū contra gomoreaꝫ. i. effuſionem ſpmatis cohibet. vnde ⁊ ſomniātibus dat̄ ſicut etiam ſemen agreſtis lactuce. liquorē citius colligit: caliginē mundat: necnon inſuꝑ vltionibꝰ apta eſt ſubiuncta cū lacte femineo. Et idē ſecūdo de cibis. cap. de lactuca. noſce autē opꝫ ex omnibus oleribus pauciſſimū ⁊ chacochimuꝫ ſanguinem generari. comedunt aūt ipam vt ad multuꝫ quidam crudam. quando aūt extiterit circa productionem ſeminis eſtatis tēpore preelixatā in aqua dulci offerūt cū oleo ⁊ garo ⁊ aceto: aut cū aliquo ſalſamētoꝝ: ⁊ maxime quecūqꝫ eoꝝ que cum caſeo preparantur. vtunt̄ aūt ipſa. ⁊ anteqꝫ in ſtipitem impetuauerit ꝑ aquā elixantes. ſicut ⁊ ego nunc incepi ex quo dentes habeo praue. ſciēs. n. aliquis amicoꝝ in conſuetudine quidē mihi ex multo tempore olus hoc: laboroſam aūt nunc habens maſticationē induxit decoctionē. vtebar aūt lactucis in iuuētute quidem calefaciēte mihi continue ſuꝑiori ventre infrigidationis gratia. Cum aūt ad ꝑfectam veni etatē remedium mihi erat ſolū olus hoc vigilie. econtra quidem cuꝫ iuuenis eraꝫ ſtudebam circa ſomnū. Cōſuetus. n. vigilare voluntarie in iuuentute. ſimulqꝫ ⁊ ꝓuectoꝝ etate lente vigilans inuoluntarie grauabar. ⁊ mihi ſolū farmacū vigiliarum erat de ſero comeſta lactuca que hu. ⁊ fri. habet ſucuꝫ nō tn̄ cachochimus eſt. ꝓpter hoc ergo neqꝫ nō digeritur alijs oleribus ſimilr̄: neqꝫ retinet egeſtionē neqꝫ ꝓuocat. ⁊ hec merito ipſi accidūt nō habenti auſteꝝ aliqd neqꝫ ponticū a quibus diſponit̄: vt ad omne venter ſicut ⁊ a ſalſis ⁊ a pungitiuis totaliter abſterſiuū aliquid habētibus ꝓuocat̄ ad egeſtionē: quoꝝ ipſoꝝ neqꝫ aliqd ineſt lactuce. SERAPION libro aggre. cap. Hkas lactuca domeſtica cōuenit apoſtematibus ca. ⁊ heriſipile. ⁊ ſemē eius quando bibit̄ abſcindit diſtillationem humiditatis ſpermatis. ⁊ cōuenit pollutiōi que fit in ſomno. Et idem aucto. Gal. in libro de cibis. lactuca generat ſanguinē bonum in fine bonitatis. ⁊ ego quidē comedebaꝫ lactucas: quando eraꝫ iuuenis: qꝛ in ſtomaco meo generabat̄ colera. ⁊ ſic infrigidabā ipm. ⁊ nūc etiaꝫ poſtqꝫ ſenui comedo eas lixas. ideo qꝛ non reperio aliquā herbam cū qua poſſem curare vigilias ſicut cū ipſa. humor vero qui generatur ex ea eſt fri. ⁊ hu. neqꝫ ex ea accidit nocumētū ſicut ex alijs oleribus: ⁊ nō ſtringit ventrē nec laxat: qꝛ non habꝫ ſtipticitateꝫ neqꝫ ſalſedinē neqꝫ acuitatē. Idē quoqꝫ auc. Diaſco. lactuca domeſtica ē bona ſtomaco ⁊ infridat ventrem. ⁊ facit dormire ⁊ ꝓuocat lac: ⁊ quādo ipſa decoquitur eſt magis iuuatiua: ⁊ quando comedit̄ ſic̄ euellit̄ ſine ablutiōe conuenit illis qui conquerunt̄ de ſtomaco ſuo. ⁊ aſſiduus vſus comeſtionis eaꝝ obtenebrat viſum: ⁊ qn̄ fit emplaſtrum cū ea conuenit apoſtematibꝰ ca. ⁊ heriſipille: dūmodo nō ſit vehemētis inflāmatiōis. Sed ſemē eius bibit̄. ⁊ valet cōtra fluxum ventris ⁊ extinguit libidinem ⁊ pollutionē ſeminis in ſomnijs. Et quando lactuca emiſerit ſtipiteꝫ ſuum. tunc efficit̄ virtus ſucci ⁊ lactis ipſiꝰ ſimilis virtuti lactuce agreſtis ⁊ papaueris nigri. Et idē aucto. Ruffi. Lactuca qdē curat egritudines q̄ fiūt ab ebrietate qn̄ ſumit̄. Sed ipſa nocet inteſtinis ⁊ lenit ventrem: ⁊ abſcindit libidinē: ⁊ facit dormire. Iteꝫ quādo coquit̄ cum oleo ſiſamino: ⁊ comedit̄ expellit hictericiam. Et eſt medicina bona opilationibus narium ⁊ corize quando comedit̄ in ieiunio cocta cuꝫ oleo. ſinapiuꝫ: ⁊ lac lactuce domeſtice cum emittit ſtipitē abſtergit vulnera que fiunt in tunica cornea. lac vero lactuce agreſtis poſitū in fronte inducit ſomnum: ⁊ quando fit collirium cum eo ⁊ lacte iuuencule conuenit vlceri cornee ⁊ placat dolorē capitis ⁊ ꝓuocat mēſtrua ⁊ curat morſum rutelle ⁊ ſcorpionis. AVICENNA. lib. 2. capi. de lactuca. Illa que eſt ſilueſtris eſt ſimilis in virtute papaueris nigri. Et idē aucto. Gal. non eſt in frigiditate eius que domeſtica vel hortulana eſt applicatio ad vltimum.

Hlebron. i. cimbalaria.
Hlebus. i. lapis lacteus.
Hlenia. i. enula campana.
Hoafronac. i. ceterac.
Hoas. ara. i. hobas.
Hochoen. i. Achauē. Achauem. vchuem.

Cap. CCCLVI.

Hoc. ara. gre. morae. lat. mora celſi. SERAPION libro aggre. cap. hoc. Retinet ventrem: ⁊ quando deſiccat̄ retinet ventrē fortiter. ⁊ cōuenit vlceribꝰ inteſtinoꝝ ⁊ fluxui ⁊ oībus egritudinibꝰ que fiunt ex fluxibus humoꝝ. ⁊ admiſcent̄ poſtqꝫ terunt̄ cū cibis ſicut ſumach. ⁊ qui vult ex eis ſumere in potu pōt cum aqua ⁊ vino: ſed arboris eius virtus eſt virtus compoſita ex virtute retētiua ⁊ relaxatiua. ⁊ plus qđ eſt in cortice huiꝰ arboris eſt virtꝰ laxatiua cū amaritudine pauca quouſqꝫ occidat aſcarides: ⁊ ſūt lūbrici cucurbitini: ſꝫ in folijs arboris ⁊ ſūmitatibꝰ eſt temperamentū medium illaꝝ duaꝝ operationum ſimul. Et mora mātura quādo inueniūt ſtomacum puꝝ ſi comedunt̄ ante cibū egrediunt̄ a ſtomaco cito ⁊ preparare faciunt exitū alioꝝ ciboꝝ: quādo vero comedunt̄ poſt cibū vel in ſtomaco ſunt humores cito accelerant ad corruptionē: ⁊ corruptio eoꝝ eſt multū nociua. Sed acerba quando deſiccant̄ ſunt bona medicina ⁊ iuuatiua vlceribus inteſtinoꝝ ⁊ fluxui antiquo: ⁊ mora qn̄ deſcendunt anteqꝫ corrumpant̄ non inferunt nocumētū niſi de eis ante comeſtionē nimis ſumat̄. Et ideꝫ auctori. Gal. ex eis ſunt matura ⁊ maturi ſaporis: ⁊ ſapor eoꝝ eſt dulcis ſtipticus. virtus eoꝝ mollit ventrem: ⁊ nutrimentum paucū corpori preſtāt: ⁊ facile corrumpunt̄. non corrupta humectant penitus. infrigidāt aūt non penitus niſi frigida ſumant̄: ⁊ pauciſſimū corpori dant nutrimētuꝫ conſimile peponibus: nō tamē nocumentū aliquod adeo ipſis neqꝫ maluꝫ ſtomaco vt in illis. Acetoſa aūt ex eis ⁊ nō matura. aliqui ipſa expurgātes ab arbore ⁊ exiccātes reponunt medicinā futurā ipſis bonā ad diſinterie ⁊ diarie cronice curationē ⁊ egritudinum fauciuꝫ ⁊ ſtipticant ventrē. GALIENVS. 7. ſim. phar. capi. morae. i. celſi fructus maturus ſubducit ventrē: non maturus vero deſiccatus conſtipatiuū ſufficienter fit pharmacū. vnde ad diſinterias conuenit diſpoſitiones ⁊ ciliacas. ⁊ alias quecūqꝫ ſunt fluxibiles. incidit̄ aūt ⁊ eſcis permiſcetur ſicut fructus ſumach. vel ſi quis voluerit per aquam vel vinū bibat̄. ꝙ aūt ſuccus maturoꝝ ad diſtomatica. i. oris farmaca vtilis exiſtat ꝓpter coexiſtentem et ſtipticitatē nemo ignorat. ⁊ ad alia etiam multa eorū ſm partem quecunqꝫ moderata indigent ſtipticitate cōuenit. immaturi vero fructus pōtica acidaqꝫ participāt virtute: ⁊ tota arbor in omnibꝰ eius partibꝰ mixtā quandā virtuteꝫ videtur habere ex detentiua ⁊ purgatiua cōpoſita. Preualet aūt in cortice quidē radicis purgatiua virtus cū quadaꝫ amaritudine. vnde amplos lumbricos interficit. in alijs vero partibus detentiua. in folijs vero ⁊ pululatōibꝰ media vtraqꝫ eſt complexio. AVICENNA. lib. 2. ca. de moro. Eiꝰ due ſunt ſpēs. vna eaꝝ eſt alfirſedu: qđ eſt dulce: ⁊ currit ſm ſemitam ficus in maturatione: ſed eſt deterioris nutrimēti ⁊ minoris ⁊ ſiccioris: ⁊ magis deſtruens ſanguinē: ⁊ deterius ſtomaco. Reliquas vero ficus diſpoſitiōes habet. eſt tn̄ inferius eo. amaꝝ aūt qđ nominatur moꝝ de ſceni ſit nūc illud de quo plurimū loquamur. qđ ergo immatuꝝ eſt cū exiccat̄ ſtat loco ſumach. dulce eſt ca. ⁊ hu. ⁊ acetoſum. ⁊ de ſceni eſt ad ſiccitateꝫ decliue. in ipſo eſt ſtipticitas ⁊ infrigidatio. ⁊ ſuccus mori eſt ſtipticꝰ ⁊ ꝓprie quando decoquit̄ in vaſe eneo. ⁊ ꝓhibet fluxum materieꝝ ad membra. ⁊ qđ īmatuꝝ eſt ꝓprie eſt ſicut ſumach: quādo coquunt̄ folia eius ⁊ folia vitis ⁊ folia ficus nigre cū aqua pluuie denigrat capillos. acetoſum remouet apoſtemata oris ⁊ gutturis. Et folia eius ſunt vltima ad ſquinantiā ⁊ prefocationē. Quod acetoſuꝫ eſt confert vlceribus fraudulētis ipſius ſuccus. Rob eius acetoſuꝫ eſt conferens hothor oris. ⁊ decoctio radicis eius mollificatiōi dentiū: ⁊ collutio oris ex ſucco folioꝝ acetoſi. ⁊ decoctio radicis eiꝰ eſt bona denti doloroſo. Moꝝ malum eſt ſtomaco corrumpit̄ ꝓprie in eo alfirſedu: ⁊ qn̄ non corrumpit̄ alfirſedu in ſtomaco velociter nō nocet. ⁊ opꝫ quidem vt comedant̄ oēs ſpecies eius ante cibū. ⁊ recipiant̄ in ſtomaco in quo nō ſit corruptio. illud vero de ſceni nō nocet ſtomaco colerico: ⁊ nō eſt in ipſo de mala cōuenientia ſtomaco qđ eſt in alfirſedu: quāuis ſit in eo malicia: ⁊ nō fit nauſea ex ipō. ⁊ nutrimentū eius eſt paruuꝫ: ⁊ facit appetitū cibi: ⁊ facit ipm lubricum: ⁊ extrahit ipm velociter. ⁊ omnino deſcēſus eiꝰ de facto fit velociter: ſed eius deſcēſus ex inteſtinis eſt tardus. Morum qđ ſallituꝫ eſt ⁊ exiccatū retinet ventrē vehemēter. ⁊ ꝯuenit diſinterie: ⁊ lachryma quidē mori ſoluit. Et in cortice eius ſunt mūdificatio ⁊ ſolutio. ⁊ ſolutio eius eſt plurima. ⁊ in moro quidem dulci eſt velocitas deſcenſionis: aut ꝓpter ſuam humiditateꝫ aut ꝓpter acredinē ei admixtā. Inquit Archigenes. eſt tarde digeſtiōis: ⁊ eſt ꝓuocatiuuꝫ. exiſtimo aūt acetoſum eſſe: ⁊ cum hoc ꝙ eſt in ipſo de natura ſolutiua ꝓhibet quandoqꝫ ſolutionē antiquā ⁊ vlcera inteſtinoꝝ ⁊ ꝓprie quod exiccatū eſt. ⁊ omnibus quidē ſpeciebꝰ mori eſt ꝓuocatio vrine. ⁊ moꝝ de ſceni quāuis velociter a ſtomaco egrediat̄: ipm tamen eſt in inteſtinis tardū. Cortex arboris mori eſt tyriaca iuſquiami: ⁊ quādo bibit̄ de ſucco folioꝝ eius. ℥. i. ⁊ ſemis conuenit morſui rutelle ⁊ lenit naturā lubricitate ſua ⁊ inflatione ſua.

Hocot maghait. hochot maghait. i. cotula fetida.
Hod. hodo. hodon ideſt lignum aloes.

Capitulum. CCCLVII.

Hobas. ara. gre. calcos. lati. es. SERAPION. lib. aggre. cap. Hobas. faciunt ex ere vaſa ad comedendū ⁊ bibendū ⁊ nocet eis multuꝫ: ⁊ maxime illis q aſſueuerunt hoc diu. Naꝫ pati ſunt tales incurere elefantiā cancrū ⁊ dolorē epatis ⁊ ſplenis ⁊ maliciā complexionis maxime comedētes in eis res acres ⁊ bibētes in illis vina dulcia: ⁊ quādo comedunt cibuꝫ qui ſtetit in eis die vna et nocte eſt peius multū. Et quando ponitur vas eneū ſuꝑ piſces aſſatos calidos fiūt venenū mortiferum. Sed qđ adurit̄ ex ere qđdā aduritur cū ſulfure et ſale et alumine cum his oībus aut cū aliquibus eoꝝ. ſimiliter artificialiter colat̄ et fit auricalcū vt apparet in. l. Cadimia. DIASCORIDES. caº de es. Aes vſtū quod alij calcucecaumenon ſiue calcoſcaumenon vocāt fit in hunc modum. Claui erei vel lamina eris ponunt̄ ordinate in olla terrea cruda: deīde pulueriſat̄ ſuper eos ſulfur qđ nō tetigit aq̄ et ſalis q̄tītas poſtqꝫ vtrūqꝫ tritū fuerit ita ꝙ vnū ſolariuꝫ fiat de clauis. et aliud de puluere ſalis et ſulfuris. et iteruꝫ aliud ex clauis et aliud ex puluere. et

Latiua ſm Dia.tyrſulū hꝫ oblongū vaſtitate digiti cauū in ſūmo q̄ſi ramulū diffuſuꝫ ⁊ folia oblonga fructū in ſūmitate ramoꝝ habēs triāgulū ⁊ ſubrotundū in modū caparis in quo tria grana cōtinent̄ ſub mēbranula q̄ ītra corticē ē. POSSE.grana eius ſeptē vl̄ nouē potata vētrē viſcide purgāt ꝙ ſi aq̄ frigida ſupbibatur colerā ru.⁊ flegma deponunt.

L atriculū.i.Juſgamus.
L atridos.i.cucuma cū qua reponit̄ aqua.
L atrition.i.epatica.
L atu fit cū aq̄ cum cogtur cortex herberi.
L aturie.i.terra ſigillata.
Laualchios.i.antimonium
Lauabelet.i.oçimum.
Lauādula gd ē.l.ꝑmula v̄is
Laucū.i.loboc.in regali diſpoſitione.
Laucrud.i.lapis laçulus.
Laucanar.i.flos amigdale.
Lauda ē qđdā os qđ ī poſteriori ꝑte capitis ē factū ſicut lauda littera greca inuerſa.⁊ eſt ſic.
Laudume Laudime.i.ſemperuiua.

¶ CAP. CCCCLXXXIII.

Lauet ara.gre.⁊ lat.Amigdala. SERAPIO.lib.aggre.ca.lauet ſiue laū.Sunt ex eis.dulces ⁊ amare. GALIENVS.6.ſim.phar.ca.proprio.dulces amigdale ī eis ē amaritudo eaꝝ occl̄ta q̄ ñ appet ſenſu:qꝛ vicit ī eis dulcedo.veꝝ qñ veteraſcūt appet māifeſte v̄tus eaꝝ tēꝑata ē cū caliditate ꝑualet.n.ī ipſis abſterſiua ⁊ ſbtiliatiua ſuba ꝑꝑ quā expurgat viſcera ⁊ pulmonē ⁊ toraceꝫ expuitōes opant̄ humorū.palā.n.ē ꝙ valēt ad ſubductionem vētris ſunt vtiles ⁊ alimētū corpori dant modicū q̄dā aūt ipſaꝝ habēt ꝑualētē īciſiuā groſſoꝝ ⁊ viſcoſoꝝ humorē virtutē vt neqꝫ comedi poſſint amaritudīe ex oleagina ⁊ pingui ꝑticipiāt q̄litate ſicut ⁊ nuces vñ ex his q̄ ex pulmōe ⁊ expuitionib⁹ ſaniei ⁊ groſſoꝝ humorū ⁊ viſcoſorū ſūt vtiliſſime quarū ſubſtātia ē ſubtilis ⁊ v̄t⁹ eaꝝ eſt calida gūmi arboris amigdale ē cal.⁊ ſtipticū. DIASCO.ca.đ amigdalis arbor amigdalaꝝ dulciū ē debilioris operatiōis q̄ꝫ arbor amaraꝝ ⁊ amare ſunt ſubtiliatiue ⁊ ꝓuocatiue vrine. SERAPIO.auc.Archigenis dulces amigdale ſunt cali.⁊ hu.in ꝑmo.Et idē auc.Meſuay qñ comedunt̄ cū cortice ſuo ſtringūt gingiuas ⁊ ſedāt qđ accidit in ore ꝑꝑ ſuā pōticitatē.⁊ qñ comedūt̄ cū çucharo deſcēdūt cito a ſtō.⁊ qñ ſicce torrefiūt ſūt ꝯueniētiores ſtō ⁊ augēt ſperma ſicut auellana ⁊ fiſtici:⁊ qñ comedunt̄ cōferūt doloribus oris.Idē auc.Albugerig.gumi eaꝝ admiſtrat̄ ſicut gūmi arabicū ⁊ prunoꝝ.Idē auc.Hali.amaraꝝ virt⁹ ē qꝛ abſtergūt lētigines ⁊ iuuāt ad extrahendum humores

Amigdala

groſſos viſcoſos ⁊ aperiūt apertiōe mirabili ⁊ curāt dolo/
res qui ſūt ſub coſtis ⁊ in ſplene ⁊ in renib⁹ ⁊ cōſimiles eo/
rū ⁊ virt⁹ totius arboris ē ſicut illa vtus: ⁊ iō accipit̄ de ra/
dice ipſius arboris ⁊ cogtur ſuper lentigines ⁊ aufert eas
DIASCORIDES.cap. de amigdal. Arbor amigda/
le dulcis ē debilioris operationis ſatis q̄₃ amararū arbor:
⁊ amare ſunt ſubtiliatiue ⁊ ꝓuocatiue vrine. ⁊ amigdale
amare radix qñ terit̄ ⁊ cogtur mundificat maculas faciei
q̄ dicunt̄ effelide. ſilr qñ fit ex amigdalis amaris empla/
ſtrum idē faciunt ⁊ qñ fit naſcale cū eis ꝓuocat mēſtrua
⁊ miſcet̄ cū eis acetū ⁊ oleū ro. ⁊ fit emplaſtrū in fronte ⁊
ↄuenit ſode ⁊ miſcet̄ cū melle ⁊ ↄuenit vlcerib⁹ fraudulē/
tis ⁊ formice ⁊ morſui canis ⁊ qñ comedunt̄ dulces ſedāt
dolorē molliunt ventrē ⁊ ꝓuocāt ſomnū ⁊ vrinā ⁊ admini
ſtrant̄ cū mēta ⁊ ↄferūt habēti dolorē renū ⁊ apoſtemata
pulmonis ⁊ qñ adminiſtrat̄ cū rob curat ſtranguriā ⁊ frā/
git lapidē. ⁊ qñ comedit̄ de eis quātū eſt nux vna cū mel/
le ⁊ lacte cōuenit dolori epatis tuſſi ⁊ inflōni teſticuloꝝ ⁊
inflāmationi iteſtini nominati colō ⁊ qñ comedunt̄ gnq₃
amigdale dulces a ieiuno ꝓhibēt ebrietatē₃ ⁊ qñ vulpes
comedūt amigdalas amaras cū aliquo cibo moriunt̄: gū/
mi amigdale arboris ē ſtipticū ⁊ calidū: ⁊ qñ bibit̄ ↄuenit
ſputo ſanguinis ⁊ qñ miſcet̄ cū aceto ⁊ linit̄ ide empetigo
q̄ eſt in cute curat eā. ⁊ qñ bibit̄ cū vino mixto aqua cōue
nit tuſſi antique ⁊ qñ bibitur cū rob ↄuēit hab ēti lapidē.
oleū earū cōuenit dolori matricis ſuffocationi eius ſode
pulſationi auriū tinnitui earū ſibillo egritudinib⁹ renum
ſtrāgurie lapidi ⁊ apatibus ſplenis ⁊ aufert maculas faci/
ei ⁊ lentigines. ⁊ qñ miſcetur cū melle ligritia cera ſoluta ⁊
oleo ro. cōuenit obſcuritati viſus ⁊ mūdificat furfures ca/
pitis. Rabi moyſes. dulces amigdale prouocant ſomnum
tēperatum: ⁊ cognatum cu₃ eis humectat vētrē ⁊ ſunt lau
dabiles ⁊ ſaluant ſubſtantiam cerebri.

Lauoſen .i. vſnee.
Laucurma .i. electrum.
Laurax gre. v. cōſonāte vel labrax piſcis lupus dict⁹ variolus ſaboth.
Laureſum. lauſeſum. i. milium. bali.
Lauromelis. gre. iſtr₃ cirurgicū. ſ. gaciſcon. gre.
Lauria. i. mellilotum.
Laurus gd ē. l. gara.
Laureola. i. laurus alexandrie. l. daſnoides ñ h₃ lac: nec ſemē ei⁹ ē cocognidiū nec ē meçereon.
Lauriſdatiū. i. cāedapnes.
Lauç. lauçe. lauçamar. i. amigdala.
Lauçud. ara. açurinū. vl' lapis laçuli. Auic.
Laçumar. laçumari. i. cappa roſa.
Laçurd. i. lapis laçuli.
Lea lean. i. eſula vl' gen⁹ titimali ⁊ ē vna ex ſpēb⁹ titimali. ſed prima expoſitio eſt melior.
Leb. i. lelen.
Lebeledi. i. corrigiola.
Leben. i. lelet.
Lebleb. lebelabū. i. volubilis. STEPHANVS.
Lebom. lebomin. i. capſia.

Caplm. CCCCLXXXIIII.

Leborat ara. gre. antimō aut circeō. lat. Mandragora Ste. Judenū. luſaba. Aui. Joborobaba. Jabroth. lat. Dia. morion. SERAPIO. libro aggre. auc. Diaſ. Mādragora ⁊ fruct⁹ eius dicit̄ loſach. Idē
auc. Yſaac ⁊ ē ſebēg. ⁊ ē archileta. Et auc. Diaſ. ait. ſunt ei⁹
due ſpēs maſculus ⁊ femia ⁊ femie color ē niger ⁊ noiatur
lādachis ſiue bādachis aut lactuca. Nā in folijs eius ē ſi/
militudo cū folijs lactuce ⁊ ſunt pinguia grauis odoris ⁊
extendunt̄ ſup faciē terre in medio folioꝝ eius ē ſil'e me/
ſpili ⁊ ē loſach ⁊ ē citrini coloris habēs odorē bonū ⁊ itra
ip₃ ſunt grana ſilia granis piroꝝ ⁊ h₃ radices magnas me
diocriter duas vel tres adherētes iuicē exterius nigras ⁊
interius albas ſup quas ē cortex groſſus. Et hec ſpēs man
dragore nō h₃ ſtipitē. ſ₃ maſculus ē albus ⁊ nominat̄ anti
mon. hab₃ folia magna lata alba ſimilia folijs ſicle ⁊ mol/
lia. ⁊ poma eius ſunt in duplo maiora pomis ſpēi ſupradi/
cte quoꝝ color ē ſilis colori croci habēti bonū odorē cum
grauedine aliq̄. ⁊ paſtores aliqñ comedūt ea ⁊ icidunt eis
ſubeth. Radix vero eius eſt ſilis ſpēi prime niſi q₂ eſt al/
ba ⁊ illa ſpecies ſilr nō h₃ ſtipitē. AVICENNA. lib. ſe
cundo. gdā dicūt ꝙ radix maſculi facta ē ad modū figure
hoīs. GALIENVS. ſeptimo ſim. phar. ē frigida in ter/
tio ⁊ eſt in ea cū hoc caliditas pauca. ſed in pomis eius eſt
humiditas ⁊ ꝑꝑ hāc cām faciunt ſubet. ⁊ cortex eius radi/
cis eſt frigidus multū ⁊ cum hoc deſiccat. ſed aliud qđ eſt
in radice eſt debilius virtute. Et idem Sera. eſt alia ſpēs
plante quā gdā dicunt huius herbe ſpēm eſſe ⁊ nominant
eam marbus. ⁊ naſcitur in locis vmbroſis ⁊ habet folia le
borah albi niſi q₂ ſunt minora: ⁊ habent virgā longā duo/
bus palmis cuius color eſt albus ⁊ folia eius ſunt lōga cir
ca palmum alba ⁊ ſunt prope radicē eius. Radix vero ei⁹
eſt alba mollis lōga plus palmo ⁊ groſſa ſicut polex ⁊ dici
tur ꝙ qñ ex iſta radice exhibetur alicui in potu vel in ci/
bo cum pane incidit ſumens eā in ſubeth. ⁊ ideo vtunt̄ ci
rurgici qñ volunt mēbrum incidere. Et idē auc. Diaſ. vtus
prime ſpēi eſt ꝙ ſi coquatur radix in vino donec minuat̄
tertia pars ⁊ colетur ⁊ reponatur ⁊ accipiat̄ ex ea quanti/
tas. ȝ. i. ⁊ adminiſtratur ad vigilias nimias ⁊ ad ſedandos
dolores. ⁊ quādo fuerit neceſſe icidere aut cauteriçare ali/
qđ mēbru₃ ⁊ volumus ꝙ nō ſentiatur detur ei in potu pri
us. Et ſi bibant̄ duo onoloſat ex ſucco radicis cū mellicra
to faciunt euomere flegma ⁊ colerā ſicut. Elleborus. ſed
ſi accipiatur plus occidit. Et cortex radicis igredit̄ in me
dicinis oculoꝝ ⁊ in naſcalib⁹ ⁊ qñ accipit̄ ex eo medi⁹ ono/
loſat ⁊ ſupponit̄ ꝓuocat menſtrua ⁊ extrahit fetū. ⁊ qñ po
nitur in ano ſicut ſuppoſitū facit dormire. Et qñ radix ei⁹
elixatur cū ebore. 6. horis mollificat eū ⁊ facit ipſu₃ habi/
lem ad faciendū quācūq₃ figura₃ volueris. Et qñ fit em/
plaſtrū cū folijs eius recentib⁹ cū ſauich ē cōueniens apo/
ſtematibus ca. oculorū ⁊ apoſtematib⁹ ſupuenientib⁹ vul
nerib⁹ ⁊ vlcerib⁹ ⁊ reſoluit apoſtemata dura ⁊ ſcrophulas
⁊ exituras. ⁊ qñ fricat̄ cu₃ eo empetigo ⁊ baras ⁊ ſilia eis
ſex dieb⁹ aufert ea ſine vlceratiōe loci ⁊ cōferunt attritio/
nibus q̄ fiunt in itinere. Radix vero eius qñ teritur forti/
ter ⁊ fit emplaſtrū cū ea ⁊ aceto curat heriſipilla₃. Et qñ
miſcetur cū oleo ⁊ melle ē bona morſui venenoſo. ⁊ qñ mi
ſcetur cū ſauic ſedat cyragras ⁊ dolorē iuncturaꝝ ⁊ alios
oēs dolores. fit aūt vinū cū cortice eius radicis in hūc mo
dum. Abſq₃ decoctione. Accipiat̄ de vino dulci amphora
.i. ⁊ ꝓijciant̄ tres magne radices in ea ⁊ det̄ in potu quan
titas triū onoloſat illi quē neceſſe ē icidere aut cauteriça/
re ⁊ nō ſentiet cauteriçationē aut iciſionē ꝑꝑ ſubet qđ con
tingit ei. ⁊ qñ ſumit̄ de ea nimis facit appoplexiā ſuccus
pomorū eius qñ ſumit̄ in potu mūdificat matricē. qñ ad/
miſcetur ei ſulfur ⁊ fit inde naſcale abſcindit fluxū matri
cis: Colligit̄ āt lachrimus huius plāte qñ pforat̄ radix ei⁹
⁊ colligitur qđ emanat ex lachrymo in vaſe vitreato. ver
ſuccus eius fortior eſt lachrimo ⁊ nō ē in oī pte radicis tm̄
de humiditate ꝙ qñ vulnerat̄ emittat lachrimū qđ gde₃
expientia ſciri pōt. Alia ſpēs q̄ nominat̄ marb⁹ adminiſtra/
tur a cirurgicis qñ volūt mēbꝝ aliqđ incidere. ⁊ qñ bibit̄
ſolatrū qđ dicit̄ ſuffocās: ē ei tyriaca. Et idē auc. Raſis. di
xit mihi gdā ex antiqs babilonie ꝙ q̄da₃ puella comedit
gnq₃ poma mādragore ⁊ cecidit ſincopiçata. Et toto effe/
cta eſt rubicunda ⁊ gdā ſupueniēs effudit ſup caput eius
aquā niuis donec ſurrexit. Et ego vidi hoīes q ſumpſerūt
de radice eius cā ipinguādi ⁊ accidit eis ſicut accidere ſo/
let hoibus igredientib⁹ balneum ⁊ bibentib⁹ poſt exitum
vinum multum. nam factus fuit vultus eorū nimis rubi/
cundus ⁊ tumidus. Et idem auc. Dia. Radicem mandra
gore multi dant ad amorem.

Lecara. lacca.
Lecataid. i. lapis. laçuli.
Lechachaiu₃. i. lochachiū.
Lechariō. i. cardo hñdict⁹.
Lechina pōt ſtare ꝑ arbore magna ſic vocata ⁊ pt ſtare ꝑ lilio. Dia. lecia Sera.
Lecinos. lecinoſi. i. vſnee.
Lecodapndes. i. pforata.
Lecodion. i. cotilidon.
Lecopolgubrū. l. ſaluia.
Ledion folia h₃ yridis ſimilia ſatiue caulē tripedalē ⁊ in eo florē grādē purpureum rotundū ſemīe minuto radicē ſemipedale₃ i ſaxis opacis. naſcēs. Pli.
Ledon gd ē. Pli. lib. 26. ca. 8. poſt pncipium.
Ledamo ledamon. i. ſiluiū.
Ledan. i. polium.
Ledeblet. i. amomū.
Ledēt ledē ara. i. laudanū.
Lederionat. i. cerefolium.
Left ara. rapa. ſalgen.
Leffa. i. luf. Ste.
Leban ara. caro.
Leirus. i. amigdala. Hal.

Caplm. CCCCLXXXV.

Lectura ſm Pliniū tirſum h₃ oblōgū ad modu₃ digiti cauū in ſūmitate gerit fructū in ſū
mitate ramorū triangulū ⁊ ſubrotūdū in modū cappari s
in q̄ tria grana ↄtinent̄ ſub vmbranulo q itra corticē ē ex
gbus grana. 7. aut. 8. potata vētrē viſcide purgāt ꝙ ſi aq̄
fri. ſupbibat̄ colerā ru. ⁊ flegma deponit.

Legbia. legia. lar gbia. i. eſula vl' laureola eſt genus titimali. almanſor tract. 3°.
Lehamon. i. biſtorta.
Lehigelat. Ste. ypoquiſtidos leithealtais ⁊ ē dictu barba hyrcina.
Lelembacū Ste. capparis.
Lehelleng. leheng. lehleng gd eſt. l. lobeleng.
Lelar. bdellium.
Lelard. lelardi. i. cipus.

Caplm. CCCCLXXXVI.

Lelen ara. gre. ⁊ lat. lac. Rubē. ſiue iubō. i. caſeus çeben. i. butirum. mantiga ſiue manteſia. i. ſerū
SERAPIO. li. aggre. ca. lelen. auc. Halie. Melius lac
eſt ſanū nāle nō hñs ifectionē alicui⁹ alteri⁹ humoris. aut
ſup qđ nō vincit aliq̄ ⁊ ē clarū in quo nō ē turbulētia aliq̄
neq₃ acuitas neq₃ ſalſedo imo ē i eo dulcedo pauca ⁊ odor
eius ē bon⁹. ⁊ lac gdē qđ eſt h⁹ eſt illud qđ generat̄ ex ſan/
guine ſano ſepato ab oī malicia ⁊ ſani⁹ lac ē mulieris ⁊ ma
xime cui⁹ corp⁹ eſt ſanū nō antique: ſed iuuenis pulchre tē
perate cōplexionis cui⁹ nutrimentū ē bonū generatiuum
bonorū humorū ⁊ poſt ē lac aīalium quoꝝ nā nō ē elonga
ta a nā hoīum ſed eſt ꝓpe nām hoīs ⁊ odor carniū ſignifi
cat ſup bonitatē lactis ⁊ ſanguis eius. Nā ſunt q̄dā aīalia
quoꝝ carnes ſunt fetide ſicut carnes canis lupi leonis Ca
melli ⁊ vrſi ⁊ q̄dam carnes ſunt boni odoris ſicut carnes
porcoꝝ pecudū capraꝝ bouū equaꝝ ⁊ aſinaꝝ ⁊ damulaꝝ
ac eoꝝ q̄ currūt curſu iſtoꝝ quoꝝ carnes comedūt q̄₃plu/
res hoīu₃. nā nāq₃ eoꝝ eſt ꝓpinqua nāe hoīs ⁊ ꝑꝑ hac cā₃
adminiſtrat̄ lac caprarū ⁊ alioꝝ aīalium vt bouū ⁊ ſiliu₃
⁊ fit caſeus ex eis pter q̄₃ ex lacte aſine ꝓpterea q₂ ē aquo/
ſu₃ ſubtile nō hñs groſſitudinē. lac vero vaccaꝝ ē groſſu₃
⁊ lac capraꝝ ē mediū inter vtrūq₃ ⁊ lac quide₃ eſt velocis
alterationis qñ tangit̄ a caliditate aeris. ⁊ ꝑꝑ hāc cā₃ pre/
cipitur ꝙ ſugat̄ ex māmilla ne alteret ip₃ aer. POSSE.
SERAPIO. lac eſt ↄpoſitū ex trib⁹ ſubſtantijs. ſ. caſeata
butiroſa ⁊ aquoſa ⁊ qñ tu cognoueris has ſubſtātias ⁊ ſe/
paras vnā ab alia cā medicatiōis iuenies ꝙ vnaq̄q₃ ipaꝝ
h₃ operationē ꝓpriā in via medicine ꝑꝑ victoriā pingue/
dinis. ſup lac vaccaꝝ accipit̄ ex eo recocta. butirū vero ac/
cipitur ex lacte capraꝝ vaccaꝝ ⁊ ouiū. ſed caſeus ē lac coa
gulatū. ⁊ ſic. caſeus nō eſt lac niſi cū recipit coagulatione₃
⁊ caſeitatem. Nā illud lac coagulat̄ ſup qđ vincit groſſiti/
es. tale gdem ē facilis coagulationis ⁊ ſepat̄ facile qñ fit
caſeus ex ſubſtātia butiroſa in lacte vaccaꝝ eſt plus. ⁊ qñ
coagulat̄ aufert̄ ab eo butirū ⁊ fit caſeus pinguis. ⁊ qñ ca/
ſeus veteraſcit generat colerā ⁊ h̄ ſignificat ſapor ⁊ odor
eius. Rabi moyſes. ca. de lacte. lac porcinū ē magis cōfor
me poſt lac muliebre ⁊ lac corrūpit malitiā maloꝝ humo
rū. lac aſininū ē humidius oī lacte ⁊ mioris groſſitiei. ⁊ lac
vaccinū eſt pinguius. ⁊ lac caprinū ē mediū. vnde lac nō ē
conueniens capiti nec lateribus aptis ad ventoſitatem.
IOANNES. MESVE. ca. de aq̄ lactis ē mā ifuſionu₃
⁊ eſt apta ꝑ ſe medicina bona carens oī nocumēto ⁊ meli/
or eſt ſumpta ex lacte iuuenum capraꝝ nigrarū ⁊ boni pa/
ſtus ⁊ recenter fetarū ⁊ poſt illā in bonitate eſt q̄ ſumitur
ex ouib⁹ ⁊ laudat̄ in ſe ↄſiderata ſi recēs ſit boni odoris et
boni ſaporis ꝓprij nō extranei in qua nulla cecidit corru/
ptio. eſt ca. complexionis ⁊ ſic. in pmo vſq₃ ad ſcō₃. Idem.
SERAPIO. auc. Halie. ⁊ lac cōuenit catarro acuto ⁊ mū
dificat mēbra a chimis malis ꝑꝑ ſuā abſterſione₃. ⁊ adhe
ret mēbris ⁊ ꝓhibet ab eis acuitatem humorū ne pueni/
at ad eū ⁊ ſedat mordicationē mēbroꝝ humoꝝ. ⁊ ꝑꝑ hāc
cām cōuenit habētib⁹ vlcera in pectore ⁊ pulmōe ⁊ cōue/
nit obtalmie q̄ fit ꝑꝑ catarros acutos ⁊ fit cliſtere cum eo
ad vlcera in matrice ⁊ cōuenit vlcerib⁹ ani q̄ fiunt ex hu/
moribus acutis ⁊ ꝑꝑ hāc cām cōuenit emoroidib⁹ ⁊ vlce/
ribus iteſtinoꝝ ⁊ in oī vlcere ad qđ fluunt humores mor/
dicatiui ⁊ datur in potu illis q ſumpſerūt medicinas mor
tiferas ſicut ſunt cantarides ⁊ ſil'ia. Sed lac acetoſum ad/
miniſtraui in plagis ruſticoꝝ ⁊ cōglutinaui eas cū eo ⁊ po
nebam ſup vulnus aliqua ex folijs plantagīs ⁊ curabant̄
⁊ cliſtere ex aqua lauat vlcera ſanguinoſa ⁊ curat ea ſine
mordicatiōe. ⁊ lac in q̄ ē caſeitas ⁊ potiſſime qñ in eo extin
guūtur lapides igniti aut ferrū curat fluxū ventris ⁊ ab/
ſcindit fluxū hūoꝝ ſanguinolētorū ⁊ viſcoſoꝝ. Et idē Se/
ra. in eodē ca. de caſeo. ⁊ cōſueui ipm adminiſtrare cū de/
coctione cruris porci ſalſi facta cōfectione vnguētoſa ſup
dolorē iuncturaꝝ cū duritie ⁊ ſciſſus fuit locus ꝑ ſe ⁊ exi/
uit ab eo virulētia ⁊ aquoſitas multa ⁊ alleuiatus fuit do/
lor. ſed caſeus recens ē ↄtrarie virtutis a caſeo veteri. ⁊ iā
poſui eū ſup vulnera putrida cū folijs acetoſe ⁊ curaui ea
⁊ butirum ē cali. ⁊ hu. in pmo reſoluit ⁊ maturat ⁊ ꝑꝑ hec
admiſtrat̄ in apoſtematib⁹ q̄ ſunt in aure qñ volum⁹ mol/
lificare ⁊ maturare cito ⁊ adminiſtrat̄ in vlcerib⁹ gingiua
rū ⁊ liniunt̄ inde dentes ifantiū vt cito oriant̄ dentes ⁊ ſi/
ne dolore. ⁊ cōfert alijs apatibus oris ⁊ cōuenit iuuamen/
tum magnū ſpuentib⁹ ſanguinē ⁊ habētib⁹ pleureſi₃ ⁊ apo
ſtemata in pulmōe. ALMANSORIS. tractatu 3° ca.
de lacte lac recens multū tēperamēto exiſtit vicinū licet
frigiditati ⁊ hu. paruꝫ approximet vnde corpus hume/
ctat ⁊ ipinguat eius tñ cōuerſio ē velox quapꝑ acute febri
entibus. vel qb⁹ dolor capitis ex humore acciderit. coleri
ricis quoq₃ qb⁹ frigide ex cōſuetudine accidunt egritudi/
nes nullo modo ē tribuendum. DIASCO. ca. de lacte.
Omne lac generat bonū chimū ⁊ ē multi nutrimēti ⁊ mol
lit ventrē ⁊ cōuenit ſtō ⁊ lac gde₃ veris ē aquoſius eſtiuo
⁊ lac aīalis paſcētis herbas recētes ē magis mollitiuū vē/
tris q̄₃ paſcētis herbas ſiccas. ⁊ lac caprinū ē min⁹ mollifi/
catiuū q̄₃ aliorū aīalium qm̄ capre vtplīmū comedūt her/
bas ſtipticas ⁊ folia arborū. ⁊ ꝑꝑ hāc eſt bonum ſtō. Sed
lac ouis ē ſpiſſum dulce. ⁊ pingue nō ē adeo bonū ſtō ſicut
caprinū ſed lac vaccaꝝ aſinaꝝ ⁊ equaꝝ ſunt magis laxati
ua q̄₃ aliorū aīalium. ⁊ oē lac qñ cogtur ſtringit vētrem. ⁊
maxime qñ exiccat̄ aqua eius cū lapidib⁹ calefactis. ⁊ cō/
uenit vlcerib⁹ iteſtinoꝝ ⁊ iterioꝝ mēbroꝝ ⁊ ꝓprie illis q̄
fiunt in gutture ⁊ canna pulmōis renib⁹ iteſtinis ⁊ veſica
⁊ qñ abluitur os cū lacte cōuenit vlcerib⁹ eius ⁊ gargariſ/
mata cū eo cōferūt vlcerib⁹ palati. ſed nouiter mulſum ē
bonum bibentib⁹ medicinas mortiferas ⁊ i illis q ſumpſe
runt cātarides ⁊ lac vaccinū ē ad hoc melius oī alio lacte
⁊ lac aſine ꝓprie qñ colluit̄ os cū eo cōfortat gingiuas ⁊
dentes. lac vero vaccinum ⁊ caprinum ⁊ ouium qñ vnū/
qđq₃ coquitur cum lapide littoris cōuenit fluxui ventris
⁊ vlceribus inteſtinorū ⁊ tenaſmoni. ⁊ qñ fit cliſtere cum

eo ſolo aut cũ aq̃ ordei aut cũ decoctione gũmi qđ dicitur caudare ſiue bandã ſedat mordicationes inteſtinoꝝ .⁊ fit cliſtere cũ eo vlceribus matricis.oẽ ꝑterea lac qñ ſugit̃ ex mãmilla ipſa ẽ magis iuuatiuuꝫ ⁊ velocius nutritiuũ neqꝫ ita corrũpitur ⁊ lac mulieris dulcius ẽ ⁊ nutribiliꝰ oĩ lacte ⁊ cõuenit vlceribꝰ pulmonis ⁊ ponit̃ in eo olibanũ tritum ⁊ diſſoluit̃ in oculo in quo ẽ vngula aut vlcus ⁊ cõuenit et qñ miſcet̃ cũ eo ſuccus papaueris cera ⁊ oleũ ⁊ linit̃ cum eo ſuꝑ podagrã cõuenit ⁊ oẽ lac ẽ malũ ſplẽi ⁊ epati egrotanti ⁊ ſode ⁊ epilepſie ⁊ ſcotomie ⁊ egritudinibꝰ neruorũ ⁊ febribꝰ.Et lac canis ꝑmi partus qñ ponit̃ ſuꝑ pilos palpebre abſcindit eos.⁊ ſumptuꝫ in potu eſt medicamẽ medicinis mortiferis ⁊ expellit fetũ mortuũ.ſꝫ caſeus recẽs ſine ſale qñ comedit̃ ẽ nutritiuus ⁊ bonus ſtõ ⁊ boni ſaporis ⁊ facilis penetrationis ad mẽbra auget carnẽ ⁊ impinguat ⁊ mollit ventrẽ tẽperate. ſed ſalitus recens facit totum oppoſitũ coꝝ q̃ dicta ſunt.ſed qñ cogtur aut aſſatur ſtringit ventrem.⁊ qñ fit emplaſtrũ ex eo recenti ſuꝑ oculum cõuenit apatibus calidis ⁊ liuori q fit ſub oculo. caſeus vetus ſtringit vẽtrẽ.Caſeus q fit ex lacte eq̃ꝝ ẽ multũ pinguis ⁊ nutrit multũ ⁊ ẽ ſilis in nutrimẽto caſeo vaccio ⁊ qñ butirũ miſcet̃ cũ melle ⁊ liniunt̃ cũ eo gingiuie pueri facit naſci dentes ſine dolore ⁊ cito ⁊ cõuenit mordicationi gingiuaꝝ q̃ accidit illo tẽpore ⁊ butirũ impiguat corpus ⁊ generat carneꝫ in vulneribꝰ.Rabi moyſes de lacte lac generat putrefactioneꝫ ĩ dentibꝰ ⁊ lac porcinũ ẽ magis cõforme poſt lac muliebre.⁊ lac corrũpit malitiã maloruꝫ hũoꝝ.lac aſininũ ẽ hũidiꝰ oĩ lacte ⁊ mĩoris groſſitiei. ⁊ lac vaccinũ ẽ pinguiꝰ ⁊ lac caprinũ ẽ mediũ.vñ lac nõ ẽ ꝯueniens capiti nec lateribꝰ aptis ad vẽtoſitatẽ IOANNES. MESVE.de aq̃ lactis.ẽ ſubtiliatiua laxatiua abſterſiua ꝑꝑ nitroſitatẽ ſuã.⁊ ſolutio eius ẽ ſine mordicatione ⁊ opilationum apitiua ẽ debilis ſolutionis niſi miſceat̃ cum ea qđ vigoret opationẽ.vigorata.n.cũ lupillo ⁊ floribꝰ eiꝰ mũdificat ſanguinẽ mirabolani.quoqꝫ reubarbaꝝ ſuccus ro. ⁊ violaꝝ tamarindi ⁊ caſſiafiſtula ⁊ flos fumittere ⁊ ſemẽ eius addunt opationi eius ⁊ ſoluunt colerã ru.⁊ humores aduſtos ⁊ vigorat̃ cum kebulis ⁊ yſopo haſce ⁊ agarico ⁊ educit colerã ⁊ flegma cuꝫ mirabolanis indis epithimo ⁊ polipodio ſolutiõe melancoliã educit ⁊ humores aduſtos ⁊ cũ aſſaro ⁊ yreos ſoluit̃ colera citrina ⁊ nõ pretermutat̃ qn cadat in potionibꝰ eius ſpica qm̃ magnificat opationeꝫ eius ⁊ taraſacõ ⁊ endiuia cuſcute lingua arietis volubilis ſpica reubarbaꝝ abſinthiũ eupatorium aſſarũ fumittere apiũ feniculus amigdale amare ſemina quatuor ſcolopẽdria ⁊ alia diuretica nota addunt ei ad opilationũ aptionem ⁊ datur qñqꝫ extracto ab eo butiro qñ oꝫ cãm lenitatis a mẽbris expulſionũ abſcindere ⁊ dat̃ nõ extracto butiro qñ lenitatẽ in eis acqrere.oꝫ ſolutione educit colerã ⁊ humiditates aduſtas cum facilitate ⁊ cõfert manietati ⁊ melãcolie ⁊ opilationibꝰ oĩbus ⁊ morbis opilationũ ſicut idropiſi groſſitiei ſplenis ⁊ ẽ medicĩa bona ĩfectionũ cutis ⁊ ſꝫ.coleri carũ ⁊ lepre cuius mã ẽ colera aduſta aut hũor ſalſus aut colera ⁊ ꝯuenit oĩbus egritudinibꝰ quaruꝫ mã eſt colera ⁊ humor aduſtus aut ſalſus ſicut ẽ ſerpigo empetigo ⁊ ſcabies ſicca lepra ⁊ ſilia.Doſis eius eſt ab .ʒ.vi. vſqꝫ ad.vij.ʒ.

Lelen alchimeta.i.lac aſinenã alchimeta.i.aſina.
Lelenchabuꝫ.i.capparus.
Lelemb.i.loleng.
Lelenil.i.afronitrion.
Leleſach.i.apiũ riſus.
Leligami.leligan.i.ameos.
Leliſabron.i.eſula.
Leliſſagus.gre.leliſſacos.i. ſaluia.
Lẽma demoſthenes lẽma ingt vocãt greci grana ꝑua ſicca ac dura in oculis apparẽtia q̃s gramia etiã vocant ⁊c̃.fiũt ex lippitudine deſiccata ⁊ lẽma.i. cortex.Gal.ca.đ lẽtibus.
Lemac.lemach.i.cibalaria
Lemi lib.de doctrina gre.ẽ lippitudo pictuita grama limi.
Lemima.i.cortex. lena idẽ.
Lemina.i.auripigmentum ſciſſum.
Lemiac.lemiachi.i.capſia.
Lemuban.i.epatica.
Lemuſablon.i.altea.
Lemuſe.i.ſilach.
Lẽnias.i.terra ſigillaᵃ.Dia. Ste.linia frãgeſtẽ mulieris.Pli.fragidem.lib.35. ca.6.in ꝑncipio.
Lemonion.i.limonion.
Lenias gd ẽ.l.fitria.
Lena.lemina.i.cortex.
Lẽna lẽnas.len ias grec.i. punctura oculi vl' pictuita.Demo.Caſ.fe.
Lẽnaſon.i.gariofilata.
Lenicus.lẽnicus.i.tenta.
Lenoçãr.i.opium.
Lẽs legumẽ.faki.nimicula gd eſt.l.çadens.
Lẽticule.vari ephelide.ſũt defedatiões cutis q̃ maxime in facie apparẽt plus feminis.Cor.cel.Semiõ.
Lenticula ſimpliciter prolata idem.
Lenticula aq̃.lentigo gd ẽ. .l.gabaleb.puſillis folijs ẽ ⁊ obrotundis.Dia.
Lenticus gd ẽ.l.botim hꝫ mltas ſpẽs vniꝰ ẽ maſtix gũmi ĩ iſula chio.
Lentopodiõ gd ẽ.l.buthor marien.Dia.
Lençemeiç.fit cũ amigdale parũ trite cũ melle diſpumato ponũt̃ ⁊ coquũtur ex qbꝰ ꝑue pillule iformant̃ ⁊ ſic comeduntur.
Leon gre.leo leena vt nos.
Lentopetalon.gd ẽ.Pli.li. 26.ca.8.⁊ li.27.ca.ii.gre. leonis pes.
Leo terre.i.meçereon.
Leon gd ẽ.vbi notãdum ꝙ qñ aliqđ nomẽ deſinit in leon ſonat oleũ illius rei q̃ deſinit in leon ſecũduꝫ ꝓprium vocabulũ vt nardeleon.i.oleũ nardinum ſambucileon.i.oleum de ſambuco.lineleon.i.oleũ de lino amigdaleõ.i.oleũ de amigdalis.
Leoçeneçi.i.lençemeiç.Almanſor.trac.3.ca.i3.
Lepis gre.ſquama a quo lepida.lepidos.Caſſ.fe.eſt ſpecies ſcabiei.corticoſa ſquamas in ſe oſtendens gre.dictas lepidas.vñ nomen a gre.lepra accepit.
Lepidos ſideritis Alman.ẽ ſquama ferri.naꝫ ſideron gre.ferrum.
Lepida gre.i.porrigo.ſ.vitium ĩ capite furfuribꝰ ſil'e.
Lepariosi.lapariosos.i.vmbilicus veneris.
Lepetocareõ.lepioliatrõ leptokatres.i.auellana.
Leppidion.i.lapſana.
Lepidia.lepidion.lepis.i.lepidum.
Lemalion.i.vſnee.

Capl'm. CCCCLXXXVII.

Lepidos .i.ſquama ſeu batitura metalloꝝ ara.tubel q̃ ſm plurimũ hac rõe colligit̃. maſſa eris ꝯpreſſa ⁊ in igne calefacta ⁊ in aceto vel lotio extincta ſuꝑ incudẽ tundit̃ ex qua lamule decidunt̃.has igitur colligimus ⁊ reſeruamus. DIASCORIDES.ca.de lepida bona eſt q̃ ⁊ patia dicit̃. POSSE. eſt ſtiptica vulnera paſcentia abſtinet.cicatriceꝫ ducit bibita cum mulſa humores ventris deponit.Multi.n. in farinam miſcent eaꝫ ⁊ ꝑ cataplaſmate dant miſcet̃ ⁊ cõfectionibꝰ colirioꝝ qr reuma abſtinet ⁊ ſiccat aſpredinem palpebraꝝ diſlenit lauatur ſicut caldimia.

Lepidos calco.chalcu.ideſt ferrugo ferri.vl' eris ſeu ſquama eris.
Lepidos ſtomaticos.i.ferrugo de açuro.
Lepidos torrotray.i.ſcoria ferri vel auri.
Lepidum lapſanum.gd eſt.l.lapſana.

Capl'm. CCCCLXXXVIII.

Lepidum ẽ genꝰ eruce. DIASCORIDES. multi gingion appellãt ara.ſceitaragi. Ste.lepidion ſitaragũ herba eſt oĩbus nota.in ſale ⁊ in lacte cõponitur folia eius virtutem habẽt viſcidam ⁊ vulneraticam ſciaticis medetur. Apij radice addita.⁊ horis quatuor impoſita vulnera faciunt ſpleneticis opitulãtur lepras mundant.Radix eius collo ſuſpenſa doloreꝫ dentibus tollit. GALIENVS.ſeptimo ſim.phar.ca.de lepidum.eſt genus eruce ex quarto gradu calefacis.ſimile naſturtio ſꝫ odorem guſtũ ⁊ virtutẽ exiſtens:minus vero eo ſiccatiuum ⁊ eſt ſetaragi.

Lepnati.i.aliqua pars cordis.

Capl'm. CCCCLXXXVIIII.

Lepnia vel lepnias vel lennia. illud vocabulũ ponitur in antidotario virili in ꝯfectiõe athanaſie ⁊ exponit̃ cõiter ꝙ ẽ arſenicũ.ſed falſo:qm̃ ẽ apitiuũ ⁊ mordicatiuũ.ĩmo ſciendũ ꝙ lepnia vel lepnias vel lẽnia eſt oĩs terra multũ deſiccatiua ⁊ cõſtrictiua.⁊ vna diſcernitur ab alia ꝓpe determinationẽ ⁊ ꝑꝑ ħ lepnia vel lẽnia vel lepnias ſm Diaſ.eſt terra fragilis ex clauica ſordida. vbi miſcet̃ ſanguis caprinꝰ.Multi iſta collecta faciũt trociſcos ⁊ capre ſigillo exprimũt ⁊ vẽdũt hec lepnia rubrica dicit̃.⁊ ẽ lepnia alia q̃ ſinopida dicit̃ ꝑ q̃.l.meçgreh.q̃ naſcitur in ſpeluncis capadocie. ⁊ poſt eleuationẽ ad ſinopiã fert̃ ⁊ ẽ ſũme denſa grauis iecoroſa viui coloris florida et fulua ⁊ cũ reſoluit̃ fuluior apparet ⁊ ẽ lepnia fabrilis q̃ nõ ita vſibus medicine conuenit.ſꝫ dr̃ fabrilis qm̃ fabri ꝓijciunt ipſam in igne ad ipſaꝫ coadunãdũ vt fortius ardeat:q̃ lat.vocat̃ ſoldola ⁊ ẽ lepnia arſenicũ.i.auripigmẽtũ q̃ iuenitur ĩ ſinonimis antidotarij vilis.eſt ſil'r lepnia fragidos ⁊ ẽ terra ſigillata.Sed attendendum quando lepnia ſcribitur ſine determinatiõe dꝫ ĩtelligi illa q̃ ẽ ſtrictior ⁊ vtuoſior hꝫ ẽ lepnia fragidos. POSSE.DIASCO.Eſt cõtra venena potẽs qr ſtiptica.miſcet̃ deniqꝫ vulneribꝰ atqꝫ cicatriçationibꝰ empl'ata cũ vino bibita ⁊ accepta venena vomitibꝰ ꝓuocat.ꝯ oẽs venenoſa maritimas incurſiones occurrit antidotis miſcet̃.hãc vtiliter portãt ĩcantatores. lepnia ſanguinẽ ſpuentibꝰ ẽt dat̃ ſeu veneni potu vexatis.

Lepon driſteroth.i.caſtanee.Diaſ.
Leporina herba.i.ſatirion.
Leporis puto ꝙ ſit qđdam inſtr̃m qđ fit ꝑ naribus.
Lepra dr̃ a lepis ſquãmoſa ſcabies vl' a leporia gre.i. erũpna.
Leptafilos.i.folioꝝ exiliuꝫ vl' ſubtiliuꝫ.Dia.ẽ vna ex ſpẽbꝰ arthemiſie.
Lepton gre.macrũ minutũ tenue ſubtile ꝑuum.Pli. lib.25.ca.6.in fi.
Leptomere dr̃ id qđ ẽ ſubtilis ſbe cuiꝰ ꝯtrarium eſt pachimere.Diaſ.
Leptopireſia gre.mĩute febres.
Lepticos ĩterpretat̃ captio inde epilepſia.i.ſuperioꝝ captio vl' leſio vl' analenſia.cathelenſia.
Leptintica vtus.i.extenuatiua.ſubtiliatiua.
Leptofilõ.ſꝫ Pliniũ li.26. ca.8.in medio dr̃.7.ſpẽs titimali q̃ dẽdodes.i.arborea dicitur.
Leptolaban.leptolachanõ .i.oluſculum.
Leptopirrexia.i.ſubtiles febres.
Leptos ĩterpretat̃ minutũ penetratiuũ vñ leptocarion.i.nux minuta.ſ.arbor auellana.⁊ leptoritia.i.diminutio ignis.Naꝫ pir.i. ignis ⁊ non ſtiptice leptomeris.i.ſubtilis ſube extenuatiuꝰ inde leptintica.i. ſubtiliatiua extenuatiua. vñ Plinius lepton.i.centaurea minor.Gal.li.5.de regimine ſanitatis.
Lepus gd ẽ.l.Arnaben.
Lepus marinꝰ ẽ aĩal obſtractũ lutoſum declinãs ad rubedinẽ aliquãtulũ ĩtra ꝑtes cuiꝰ ſunt q̃dã ſil'ia folijs aluſnẽ ⁊ aliq dicũt ꝙ ẽ piſcis ſic vocatus.
Leſabron.i.polium.
Leſa euaret.i.lapis laçulus
Leſar.i.almea.
Leteman.i.ypogſtidos.
Lethelteа.Ste.ẽ caractiuꝫ ⁊ ypoquiſtidos.
Lethici.i.lacca in antidotario vniuerſali.
Lethes.i.obliuio ide lethargia.i.obliuiõis labor.erge .i.labor.ſꝫ ergõ opꝰ.inde faregõ.i.ex̃ opꝰ vel ociuꝫ.
Letura gd eſt.l.lectura.
Leucãte ramuli ſunt nũqꝫ pauciores duobꝰ ĩn diuerſa tẽdẽtes flos candidus lilio rubro ſil'is ſeie nigro lato ad lenticule dimidie figurã multo tenuis radice herbacea.colore,
Leuce gd ẽ.Pli.li.27.ca.ii. ĩ fi.Dia.duo ſt̃ eiꝰ gña ⁊c̃.
Leucoma gre.albugo.
Leucãtemõ.i.partemõ vel ſpẽs camomille.Gal'.
Leucargilio gre.alba.argilla.Pli.li.17.ca.7.in ꝑnciꝰ
Leucon gd ẽ Pliꝰ.li.16.ca. 40.in principio.
Leucographis.i.moroxus. Dia.Gal'.Pau.Pli.li.27. ca.ii.in fine.
Leucos.i.albũ ĩde leucopiper.i.albũ piper.leucotes albedo.
Leucum ideꝫ.⁊ eſt adiectiuum neutri generis.
Leucoflegmatica ẽ ſpecies ydropiſis facta a flãte.
Leucodemõ quid eſt.l.butormarien.
Leuchancha.Diaſ.i.hedeguar.Pli.lib.22.cap.16.
Leucãtãtum.i.cẽtũnodia
Leuchis.ideſt albaras.
Leucis.leucoin.leucugio.i. viola alba.Diaſc.duo facit capitula.
Leucantimos.i.camomilla Dia.vel ſpecies eius.
Leucomata.i.albule oculorum.ſeu albe cicatrices ⁊ dure ĩ cornea poſt vlcera Alex.ſcirodes cicatrices .i.duras.Demo.
Leucopiꝑ gre.i.albũ piper.
Leuema.i.lilium.
Leueuapis.i.origanum.
Leughi.i.faſeoli.
Leuiſticũ.liuiſticuꝫ.gd eſt .l.cardamꝰ liguſticꝰ.Diaſ.
Leuiſticum ſilueſtre.quid eſt.l.thalaſpium.
Leuoſarch leuoſarchi.ideſt ypericon.
Leuoi.i.populus arbor.l. agyros.
Leum leuçũ fericum.ideſt amigdala.Ste.

Capl'm. CCCCXC.

Lezar .i.daucus vl' bautia.vbi ſciẽdũ ꝙ daucꝰ aliꝰ ẽ aſininꝰ aliꝰ domeſticꝰ.vñ qñ ſimpl'r ponitur daucus ĩtelligit̃ paſtinaca ſilueſtris.i.daucꝰ aſininꝰ vt Jo. Sera.ca.de tyriaca lꝫ caſſiꝰ felix ca.de empicis dicat ꝙ eſt ſemẽ bautie ortẽſis.Sꝫ ſciẽdũ ꝙ ex dauco aſinino vel ſilueſtri melior ẽ creticus ⁊ maioris efficacie q̃ꝫ nõ creticus. ſꝫ bautia ẽ paſtinaca domeſtica.vt ĩ fie patebit. DIAS. daucꝰ aſinoꝝ hꝫ ſpẽs tres.vna hñs folia ſil'ia fẽiculo ſꝫ minora ⁊ tenera ⁊ virgã duarũ palmaꝝ in q̃ vga ẽ caput ſil'e coriãdro florẽ hñs albũ in quo ẽ ſemẽ q̃ſi piloſuꝫ ĩ magnitudine milij minutũ ⁊ aſꝑuꝫ guſtu viſcidũ ⁊ odoratũ.Radix ẽ illi vniꝰ digiti groſſitudinẽ hñs lõgam duobꝰ palmis naſcit̃ locis aſꝑis ⁊ ſolanis.2ᵐ genꝰ dauci aſinini ẽ ſil'e apio agreſti odoratũ viſcidũ ⁊ cal'm.ſꝫ meliꝰ ẽ creticũ.Eſt ⁊ tertiũ genꝰ dauci aſinorũ folia hñs ſil'ia coriãdro ⁊ florẽ albũ cuiꝰ capitellũ ẽ ſil'e aneto.qđ ſemẽ hꝫ oblõgũ ⁊ graue ſicut ciminũ agreſte. PLINIVS.li.19.ca.5.vltra meᵐ.⁊ li.25. ca.9.poſt ꝑnᵐ ca.de dauco.aſininus folia hꝫ ſil'ia feniculo tyrſos bipalmos quo melior ẽ creticꝰ.hꝫ.n.radiculã oblõgã ⁊ haſtã lõgã circiter palmuꝫ vnũ in q̃ ſũmũ floſculũ vl' floſcellũ iuẽit̃ purpureũ. SERAPIO.li.aggre.ca.daucus aſinoꝝ hꝫ tres ſpẽs.vna hꝫ folia ſil'ia folijs maratri niſi qr ſunt minora ⁊ mollia ⁊ hꝫ haſtã lõgã circa palmũ binũ ⁊ capitellũ ſil'e capitellis coriãdri ⁊ hꝫ florẽ albũ ĩ quo ẽ ſemẽ aſꝑum ⁊ q̃ſi piloſuꝫ minutũ.qñ maſticat̃ acuti saporis ⁊ boni odoris ⁊ hꝫ radicẽ groſſitudĩs pollicis habentẽ lõgitudinẽ circa palmũ.naſcit̃ in locis ſiccis ⁊ aſꝑis ⁊ ſoli expoſitis.Et ſecũda eiꝰ ſpẽs ẽ ſil'is apio agreſti hñs odorẽ aromaticũ acutũ ſaporẽ pũgẽs linguã ſꝫ melior ẽ creticus.tertia vo ſpẽs eiꝰ hꝫ folia ſil'ia coriãdro ⁊ florẽ albuꝫ ⁊ ſemẽ in capitello ⁊ ẽ ſil'e capitello aneti.⁊ capitellum ſil'at̃ capitello baucie domeſtice in ſua figura ⁊ ẽ plenũ ſeie oblongo ſil'i cimino agreſti ⁊ ẽ acutuꝫ.Et idẽ Sera.ca.leçar. Eſt ex ea domeſtica ⁊ ſilueſtris domeſtica gdẽ ẽ nota ſilueſtris hꝫ folia ſil'ia domeſtice niſi qr ſũt latiora eis ⁊ ẽ in eo flos albꝰ ⁊ in medio ipſiꝰ floris ẽ ſil'e fungo cuiꝰ color eſt purpureꝰ ⁊ hꝫ radicẽ in lõgitudĩe ⁊ groſſitudĩe digiti ⁊ domeſtica hꝫ radicẽ in lõgitudĩe vniꝰ palmi boni odoris q̃ comedit̃. POSSE.SERAPIO.auc.Gal. Agreſtis calefacit abſtergit ⁊ ꝓuocat vrinã ⁊ mẽſtrua.tota herba facit ħ.maxie vo ſemẽ ⁊ radix.ſꝫ qñ ex folijs eius fit empl'ꝫ ſuꝑ

vlcera q̄ icipiūt coꝛꝛodi ꝯuenit.ſemen ſilueſtris qñ bibit illud mulier aut facit ſibi naſcale cū eo ꝓuocat menſtrua. ⁊ qñ bibit̄ ēt ꝯuenit ſtrāgurie ſterilitati ⁊ pleureſi ⁊ moꝛſib⁹ venēoſis. ⁊ dicūt qdaꝫ ꝙ ex ea ē maſculus ⁊ femia. maſcul⁹ hꝫ ſemē oblōgū femia rotūdū q̄ femia qñ bibit̄ ꝯuenit ipꝛegnatiōi ⁊ radix ei⁹ ꝓuocat vrinā ⁊ excitat coitū foꝛtiter ⁊ qñ fit naſcale cū ea expellit fetū: domeſtica v̓o ꝯueniētioꝛ i cibo. GALIENVS. ſexto ſim. ꝑbar. ca. de daucoquē qdā ſtafolinū noīant agreſtis qdē min⁹ ē cōeſtibil̄ domeſtico violēt⁹ tñ in oīb⁹. domeſtic⁹ āt cōeſtibilis qdeꝫ debilioꝛ āt acris. nō ē tñ ⁊ tm̄ calefactiue v̓tutis ⁊ ꝑꝑ ſubtilitatē. Radix āt cū eis q̄ ſūt dicta hꝫ aliqd vētoſitatis ⁊ libidinoſitatis. ſemē v̓o domeſtice hꝫ qdē ⁊ ipm̄ qd excitatiuū ad coitū. agreſtis v̓o ſemē pēit⁹ qdē nō iflatiuū. ⁊ iō diureticū ⁊ mēſtruoꝝ cōmotiuū. herba ei⁹ ē ſufficiēter diaforeticū farmacū exteri⁹ poſitū ē tñ debilioꝛ in oīb⁹ reſpectu ſeiuꝫ ꝑꝑ admixtionē aq̄ſe hūiditatis. ē ⁊ ipſa calida ſꝫ cōplexionē. Et idē. 8. ſim. ꝑbar. ca. ſtafilinū. i. paſtinaca domeſtica qdē debilioꝛ. ſilueſtris v̓o foꝛtioꝛ eſt ad oīa. vrinas āt mouet ⁊ mēſtrua ꝓuocat ⁊ tota qdē herba maxie v̓o ſemē ⁊ radix: hꝫ aūt ⁊ qd abſterſiuū in ſe. quocirca ⁊ fagedenoſa vlceꝝ qdē cuꝫ folys vidib⁹ ⁊ melle cataplaſmāt aut mundificāt. Et idē in li. de cibis ca. de paſtinaca. Radices haꝝ domeſticaꝝ comedunt̄. Alimētū qdē min⁹ rapis hñtes. calefaciūt āt i medio ſcdi ⁊ humectāt in ꝑmo ⁊ aliqd aromaticāt. idigeſtibilitas qdē igit̄ ſilr ipſis ineſt ⁊ alys radicib⁹. vrinatiue āt ſunt ⁊ ſi abūdat aliqs ipaꝝ vſu mali chimi generant̄. Quidā āt ſilueſtrē paſtinachā vocāt daucū ſilueſtre magis vrinatiuū quidem exñteꝫ magis āt medicialē iā ⁊ multa decoctiōe idigētē. ſi debeat qs cōedere ipſum.

Leçaoꝛd ara. lapis laçuli et etiam ipſum açurium.
Libanon. gre. thus olibanū ara. liben.
Licanis ſtiphanica folia hꝫ longa anguſta lanuginoſa ſubalbida caulē cū ramis lanuginoſis in ſūmo capite cauliculos eq̄bus flos violace⁹ ꝑminet ⁊c̄. liber antiquus hiſtoriatus.
Lia liā dicunt̄ lenitiua q̄ lēiunt aſpitateꝫ. Gal̄. ad paternianū ⁊ in dinamidys.
Liamus. i. faba.
Liban⁹. libanotidis. ē arboꝛ ducens gūmi qd̄ dr̄ olibanū ē plāta naſcēs in creta Theofraſtus dicit ericeꝫ eē libanotidam in tracia naſcentē guſtu amarā folia hñs ſilia roꝛimario ſꝫ aſpioꝛa ⁊ albioꝛa. Ste. libanotidos ē marua. Sera. arboꝛ marie. Auic. bucoꝛmarien. ſꝫ bucoꝛ per h ē ciclamē ⁊ liban⁹ ſilr eſt mōs qdaꝫ q vocat̄ libanimōs. ⁊ ē mōs in q̄ plimuꝫ oꝛit̄ de libano. vñ iſti⁹ plāte. 3. ſunt ſpēs ſꝫ. Dia. ca. libanotides. cui⁹ vilioꝛ eſt roſmarin⁹ q̄ vtimur ad calefaciēdū furnos. Pli. lib. 20. cap. 16.
Libanotida. i. roſmarin⁹ vl̄ paritaria.
Libano māe libanos māna. i. puluis thuris.
Libanofilō. i. coꝛtex thuris.
Libanotus gre. i. thus. Gal̄. 4. memiri.
Libar. i. cotula.
Libarmarenos. i. thus maſculum.
Libatina libanotida. i. paritaria. Dia. l. alſinen.
Libaçena. i. eraclea.
Libelil. i. vſnee.
Libleb. i. mercurialis.
Liblemon. i. matriſſilua.
Libidron. i. yrcina.
Libꝛa mna mnas pondo. i. pondus. 12. ℥.
Licedone caſſi. fe. i. moꝛfea nigra ⁊ aſpa crinoſa q̄ ex melia fit.
Licena. i. bꝛiō. Dia. epatica. Sera. Pli. li. 26. ca. 4.
Licenaria. i. ariſtologia.
Liceꝑaſſon. i. ꝑaſſium.
Lichenes volatica caſſi. fe. li. de doc⁹ gre. i. empetigines. çenias lat.
Lichinida. i. candelabꝛalis herba.

℄ Capl̄m. CCCCXCI.

Lichin. i. lim⁹ de petra ⁊ ē muſcus lapidis GAL. 7. ſim. ꝑbar. ca. lichin q in petris. i. empetigo petraꝝ ē qdē velut bꝛion qd̄dā de gñe v̓o idē noīabit̄ plātarū. noīat̄ āt ſic vt vr̄ eo ꝙ empetigies curat. ē āt abſterſiue ſil̄ ⁊ moderate ⁊ ifrigidatiue v̓tutis ſiccatiue v̓o ſꝫ vtrāqꝫ abſterſiuitatē. n. ⁊ ſiccitatē a petra hꝫ ifridationē v̓o ab aq̄itatē in hūidis. n. ⁊ fetidis petris naſcit̄. qd̄ āt ex talib⁹ ſubſtātys ꝯpoſitū ē iflegmonoſū exiſtet̄ nullū mirabile ē ſi v̓o emoꝛoſagias ſiſtit vt Dia. ait nō hēo dicere.

Lichinos gre. lupinus.
Lichin ypō. i. impetigo eq̄ ꝝ vel callus. Gal.
Lichirid⁹. i. cucumer amar⁹
Lici. i. ſpēs mirre.
Licinū ē maneries terre q̄ comeditur.
Liciū qd ē. l. hadhadh. Pli. li. 12. ca. 7. ⁊ li. 24. ca. 14.
Licoctanū. i. herba luparia.
Licoctheron. Dia. ē ſtrāgulatoꝛ lupi. a licos qd̄ ē lupus naſcit̄ multū in italia in montib⁹ iuſtinis ⁊c̄. eſt ſpēs aconiti.
Licātropia. gre. Pau. ē ſpēs melie qua occupati nocte exiliunt ꝑ oia lupos imitātes ⁊ vſqꝫ ad dieꝫ circa monumēta moꝛant̄ ē melancolia lupina a licos qd̄ eſt lupus.
Licapſos qd eſt. Pli. li. 27 cap. 11.
Licho gre. lambo. Et licho vl̄ liko. i. panthera belua.
Licos gre. lupus likos likama lupa.
Licō gre. agnus caſtus.
Licodēdiō. i. coꝛallus. ⁊ ē dicere a lapide arboꝛ.
Licon. licō. i. pullegium.
Lidemō. i. barba ſiluana.
Leen alcuar. i. ligua bouis.
Lidep. i. matriſſilua.
Liembali. i. abſinthium.
Liembiri. i. acetū vl̄ fex ei⁹
Liēbꝛi libēberi. lilēberi liebali. liembeçi. i. poꝛrū vel maratrū Aliab. ſm̄ alios abſinthium. vl̄ citony vl̄ cucurbite.
Liembꝛe. i. oliua.
Lien. i. iteſtinū ieiunū. ⁊ liē. i. ſplen. Plinius.
Lienalis ꝑiclemeneos. i. matriſſilua.
Liencoli. i. ꝑiclimiuꝫ.
Lienteri. qd ē. l. hebemen.
Lieri. i. blitis.
Lierna. i. caſcaſum.
Lienteria. gre. fluxus ventris i q̄ emittit̄ cib⁹ idigeſtus ſicut ſumit̄.
Lienteriodes. lientericus.
Ligula mēſura. i. coclear. ⁊ acetabulum.
Lignodes. i. acre vel acutū.
Lignū. vel lignū ſcriptuꝫ. i. ſiliqua.
Lignū aloes. qd eſt. l. Aloa.
Lignū aloes ſilueſtre qd ē. l. xiloaloes ſilueſtre.
Lignū arabicū. indū vel timum. i. lignū aloes.
Lignum moꝛtuoꝝ qd eſt. l. bictan.
Lignū nodoſuꝫ. i. meu.
Lignū optimum. i. lignum. aloes.
Liguris lapis ē ſic vocatus.
Ligurus. i. lapis ceruarius.
Ligus. i. agnus caſtus.
Ligamēta qd ſr̄. l. tenātos.
Lignis quā i coꝛōa ꝯponūt flos ē illi ſil̄is leucodio. ſꝫ purpure⁹ Dia. Gal̄. 7. ſim. ꝑbar. lignis.
Lignitis ⁊ trialis. Diaſ. ē 4ª ſpēs taſſi barbaſſi. l. flobotomos.
Liguis. i. euaporatio terreſtris. Gal̄. 8. terap̄ᶜᶜ c. 5. i fi.
Ligoꝛis. ē febꝛis q̄daꝫ. Gal̄. ſup affo. 43. ꝑticule 7ᵉ.
Ligurū. Dia. i. vria lincis. ⁊ lapis ex ea generatus dr̄ Elecorum.
Libūbacū. i. epithimū. Ste.

℄ Capl̄ꝫ. CCCCXCII.

Liguſtici ſm̄. Diaſ. multū naſcit̄ in liguria ꝓuincia vñ ⁊ nomē accepit naſcit̄ ⁊ in mōte vicino alpibus. ſꝫ ciues panacē illū vocāt. iō qꝛ radix eius alba ē ⁊ odoꝛata ſil̄is panaci cui virt⁹ vna ē cū panacis virtute. naſcit̄ locis altis aſꝑis ⁊ vmbꝛoſis. virgā hꝫ lōgaꝫ nodoſam ſil̄em aneto in q̄ v̓ga folia ſunt ſil̄ia melliloto. ſed mollioꝛa odoꝛata q̄ folia in cucumere tenuiſſima ſunt ⁊ diuiſa. in virge ſūmitate caput ē vmbꝛaculoſum. vbi ſemen oſtēdit qd̄ ſemē nigrū ē ⁊ oblōgū ſicut feniculi guſtu viſcidū arōaticū ⁊ odoꝛatū. POSSE. DIASCORIDES. ē mictual̄. Radix ei⁹ alba ē ſil̄is panaci eracleōtico ⁊ odoꝛata virt⁹ ē radici ⁊ ſemini ei⁹ cal̄a ⁊ peptica doloꝛib⁹ oīb⁹ itraneoꝝ occurrit. iflationē ſtōi ſoluit ictib⁹ venenatis opitulat̄ vrinā ꝓuocat menſtruis impat ſi bibat̄. antidotis q̄ colicis ꝓſunt admiſcet̄. radix ei⁹ tunſa ⁊ ſuppoſita idē pꝛeſtat. radix ei⁹ ⁊ ſemē oxipoꝛys neceſſe miſcet̄. cōfectionib⁹ ēt digeſtibilib⁹ vtiliter adhibet̄ qꝛ euſtomaca ē. vñ multi ciues ipſi⁹ ꝓuincie eo ꝑ pipe vtunt̄ cōditurīs miſcentes. ⁊ multi ſemē ſiſelei ⁊ feniculi addūt illi. Quidā dicunt ꝙ eſt leuiſticum. ſed falſo.

Liguſticus. i. leuiſtic⁹. a liguria regiōe dict⁹. Dia. panace.
Liguſtrū qdā exponūt ꝙ ē volubilis maioꝛ que ꝑ ſepes. ⁊ macerias ſꝑit. Aly v̓o capꝑfoliuꝫ dicūt. qcqd ſit floꝛes hꝫ albos. v̓gili⁹ i bucolic. Alba liguſtra cadūt. vacinia nigra (legūt.
Lilebē. i. memithe Aliab.
Lilialis qd ē. l. alguaſcen. cui⁹ radix yreos dr̄.
Liligi. i. ſuccus herbe. que ara. dr̄ nil. ⁊ eſt indicus. Aly endiuia aly radix mali granati.
Lilimbar. lilimbace. i. amigdale amare. Conſtantinus.
Lilingalio. lilingaliem. i. paſtinaca.
Liliſſagus elilifagus. i. ſaluia eliſſacos. liliſſacon.

℄ Capitulum. CCCCXCIII.

Liliū latine ara. anſea. vel alſtoſcā. gre. licina vel kiriō: crinō krinon. SERAPIO. lib. aggre. ca. anſea. i. liliū. ē. n. cal. ⁊ ſic. ꝯpl̄onis i 2°. ex eo ē dōeſticū ⁊ ſilueſtre. ſꝫ ſilueſtris ſunt ſpēs ⁊ noīat̄ vna aſermetiꝫ. i. celeſte ⁊ ē albū qd̄ ē notū ⁊ vocat̄ liliū aeçet. i. yreos. et idē auc. Gal̄. flos ei⁹ ē ꝯpoſit⁹ ex terrea ſub̄a ſubtili ⁊ ꝑꝑ illud acq̄ſiuit malum ſapoꝛem. ⁊ ex ſub̄a aquoſa tēꝑata: ⁊ iō deſiccat tēperate. ⁊ abſtergit. ſꝫ celeſtis folia ſunt ſil̄ia folys alteri⁹ niſi qꝛ ſunt latioꝛa ⁊ magis viſcoſa. ⁊ hꝫ ſtipitē ſup quē eſt flos hñs coloꝛes diuerſos ⁊ eſt alb⁹ citrin⁹ purpure⁹ ⁊ celeſtis ꝑꝑ diuerſitatē iſtoꝝ coloꝛū noīat̄ yris. i. arcus celeſtis ⁊ hꝫ radices nodoſas ⁊ odoꝛē bonū. ſub̄a ei⁹ ē ſubtilis. calefacit ſubtiliat mundificat ⁊ maturat. Sꝫ alia ſpecies lily agreſtis q̄ dr̄ yreos ē herba hñs folia ⁊ virgas ſil̄ia folys ⁊ v̓gis yris ⁊ hꝫ floꝛē croceū vl̄ albū amar̄ ſapoꝛis paꝝ ⁊ ſemen molle radicē vnā in groſſitudie digiti boni odoꝛis naſcitur ſub arboꝛib⁹ ⁊ locis vmbꝛoſis. Eſt alia ſpēs lily ſm̄ Pliniū vt appet in. l. xifion. q̄ ſic vocat̄ ⁊ ē gladiolus ſegetalis cui⁹ folia ſunt ſil̄ia folys q̄ dr̄ yreos niſi qꝛ ſūt bꝛeuioꝛa ⁊ ſtrictioꝛa ⁊ habētia ſūmitates acutas ⁊ ſtipitē vni⁹ bꝛachy lōgū aſꝑuꝫ plenū in cui⁹ ſūmitate flos ē duplicatus diuiſus adiuicē cui⁹ coloꝛ ē purpureus ⁊ ſꝫ ſemē rotūdū ⁊ hꝫ duas radices: vna q̄ꝝ ē poſita ſup aliā ⁊ ſunt ꝑue rotunde ſicut duo cepe. iferioꝛ extenuata ſuꝑioꝛ v̓o pinguis. naſcit̄ locis occultis. ꝓ alia ſpē. l. ſagaſmō. Eſt alia ſpēs lily agreſtis q̄ dr̄ caſoꝛas vl̄ gladiolus ⁊ gre. vocat̄ dixeris ē hñs folia ſil̄ia folys yreos niſi qꝛ ſunt latioꝛa eis ⁊ ſūmitates ſubtiles hꝫ virgā q̄ egredit̄ ex medio folioꝝ ei⁹ ex longitudie vni⁹ bꝛachy. ⁊ ē groſſa multū ⁊ hꝫ vagias habētes tres angulos. ⁊ ſup vaginā ē coloꝛis purpurei ⁊ i medio ē rubeus ⁊ hꝫ ſemē cucumeris nigrū acuti ſapoꝛis ⁊ hꝫ radices multas habētes nodos lōgos rubeos ⁊ illa ſpēs dr̄ gladiol⁹ ſic̄ habes i. l. dexeris. Eſt alia ſpēs lily agreſtis q̄ dr̄ ſapa ⁊ eſt hñs folia ſil̄ia folys illi⁹ ſpēi q̄ dr̄ caſoꝛas niſi qꝛ ſunt ſubtilioꝛa ⁊ magis iclinata ⁊ lōgioꝛa ⁊ hñt ſtipitē ⁊ ramos i q̄ꝝ ſūmitatib⁹ ſunt q̄dā folia q̄ oꝛiunt̄ in eis rotūda ſicut pillule in qb⁹ ē ſemē ei⁹. Pli. li. 21. ca. 5. DIASCORIDES. ca. de lilio. hec ē lecina quā multi in coꝛonā ponūt ⁊ ē oīb⁹ notū cui⁹ floꝛes albi ſunt ſatis. Eſt aliud gen⁹ lily qd̄ vocatur yris illirica folia hꝫ ſilfio ſil̄ia vl̄ gladiolo ſꝫ maioꝛa et vaſtioꝛa floꝛes hꝫ ſuꝑioꝛes iclīatos ſibi iuicē diuerſis coloꝛib⁹. i. albo mellino purpureo aut venenatis. Radices ſunt ſibi dure ⁊ curue ⁊ odoꝛe bono plene. he radices colligende ſunt ⁊ filo iſerēde ⁊ ſic in vmbꝛa pēdētes ſiccande ſunt dura ⁊ bꝛeuis coloꝛis ruffi odoꝛis boni. eligēda eſt in guſtu calidioꝛ q̄ cū tundit̄ ſternutamēta ꝓducit. eſt auteꝫ ca. nāe ⁊ leptniace. Eſt aliud gen⁹ lily qd̄ gre. vocat̄ xifiō. ⁊ aliud qd̄ vocatur dixeris qd̄ inuenies in pꝛopꝛys litteris.

POSSE. GALIENVS. 7. ſim. ꝑbar. ca. de lilio. Flos lily domeſtici cōplexiōe mixt⁹ ē ſubtiliū ꝑtiū quādam ex terreſtri ſub̄a. vñ hꝫ ⁊ eā q̄ in guſtu amaritudinē: ⁊ ex q̄dā aquoſa eucrata vñ oleū qd̄ ex eo ē pigmentū. imoꝛdacis ⁊ diafoꝛetice ⁊ mollitiue ē v̓tutis. ex qb⁹ ⁊ duricieb⁹ q̄ in matribus aptiſſimū ē. radix aūt ⁊ folia ꝑ ſe trita ſiccāt̄ abſtergunt ⁊ diafoꝛāt moderate. SERAPIO. cōuenit cōbuſtioni ignis qñ aſſat̄ ⁊ terit̄ cū oleo ro. ⁊ ponit̄ ſup locū cōbuſtiōis ⁊ dimittit̄ donec curet̄ qñ ꝯbuſtiōes egēt medicina q̄ deſiccat ⁊ abſtergit tēperate. ⁊ ē bonū ad icarnādū oīa vlcera. ⁊ mollit duricies mr̄icis ⁊ ꝓuocat menſtrua ⁊ oleū reſoluit ſine moꝛdicatōe ⁊ mollificat. ⁊ iō ꝯuenit duriciei mr̄icis folia ei⁹ icarnāt ⁊ abſtergūt debili⁹ q̄ꝫ radix. ⁊ qñ coquūt̄ ⁊ ponūt̄ ſup cōbuſtiōe ignis aut ſupꝛa qd̄cūqꝫ vuln⁹ faciūt icarnari vlcerationē eoꝝ. ⁊ ſunt qdā q ifūdūt floꝛes ei⁹ in aceto. ⁊ eis vtunt̄ ad icarnādū vulnera. ⁊ contundit̄ flos ei⁹ ⁊ exꝑmit̄ ſuccus ei⁹ ⁊ cogt̄ in aceto ⁊ melle ita ꝙ ex ſucco fit qnqes pluſq̄ꝫ acetū ⁊ mel. ⁊ ē medicia cōueniens ad oē qd̄ eget exiccatiōe ſine moꝛdicatione ſicut ſunt vulnera magna ⁊ ꝑpꝛie q̄ fiunt in capitib⁹ muſculoꝝ ⁊ ad vlcera oīa q̄ ſunt difficilis icarnationis. Sꝫ alterius ſpēi lily q̄ dr̄ yris. ⁊ ē liliū agreſte. ſꝫ eūdē auc. Gal̄. ſub̄a ē ſubtilis ⁊ mūdificat ⁊ maturat. ⁊ cōuenit ſpēb⁹ tuſſis ⁊ fac̄ aſcēdere ſcreatū a pectoꝛe ⁊ curat toꝛtiōes vētris ⁊ vlcera ſoꝛdida. ⁊ qñ bibit̄ cū melle ⁊ aq̄ ca. laxat vētrē. Eſt alteri⁹ ſpēi lily agreſtis q̄ dr̄ yreos. ſm̄ eūdē auc. Gal̄. radix ē non rotūda ſꝫ lata hñs digiti groſſitudinē odoꝛis boni. ⁊ ſapoꝛ ei⁹ ē ſtiptic⁹ v̓tus ei⁹ reſolutiua ⁊ ꝯuenit doloꝛib⁹ dētiuꝫ qñ fit ablutio oꝛis cū decoctiōe ei⁹. ⁊ qñ coquunt̄ folia ei⁹ cuꝫ vino ⁊ fit inde empl̄m apatib⁹ exiture mr̄icis quoꝝ humiditas nōdū ꝑuenit ad ſaniē reſoluit ea cui⁹ v̓tutes lati⁹ iuenies in. l. yreos. Et alteri⁹ ſpēi lily q̄ dr̄ caſoꝛas ſm̄ eundeꝫ auc. Gal̄. Radix hꝫ ſub̄am ſubtilē ⁊ ē deſiccatiua ⁊ reſolutiua. Semē v̓o ei⁹ hꝫ eādē ꝓꝑietatē. verū foꝛtioꝛ ē in radice. v̓tus v̓o ſemīs ē ꝓuocatiua vrine ⁊ curat duriciē ſplēis Idē auc. Dia. Radix ꝯuenit vulnerib⁹ q̄ fiunt in capite ⁊ fracture ei⁹. ⁊ qñ miſcet̄ ei 3ª ꝑs pōderis ei⁹ de floꝛe eius ⁊ de cētaurea 5ª ꝑs ei⁹ ⁊ mellis paꝝ. ⁊ ide fit empl̄ꝫ ſedat doloꝛē ⁊ extrahit oſſa fracta ⁊ oia ifixa carni ex ſpinis ⁊ ſagittis ⁊ ſil̄ib⁹: ⁊ quādo fit emplaſtrū cuꝫ eo curat apoſtemata calida. ⁊ qñ bibitur conuenit cōtritionib⁹ lacertoꝝ doloꝛi lapidis ſtrāgurie ⁊ ſciatice. Et qñ bibit̄ cū vino ꝯfert moꝛſibus venenoſis ⁊ ꝓuocat mēſtrua. Et qñ bibit̄ ex ſemie illi⁹ pōdere triuꝫ anoloſach ꝓuocat vrinā foꝛtiter. Et qñ bibit̄ cum aceto reſoluit apata ſplenis. DIASCORI. Floꝛes lily domeſtici pñt emollire duricies neruoꝝ. ſola ei⁹ cocta ⁊ ipoſita ad ꝯbuſta ꝑficiūt loca. vexatōes ſerpentū curat ſuccus ei⁹ melli mixt⁹ ac decoct⁹ in vaſculo nouo vlcera medet̄. Itē radix ei⁹ cocta atqꝫ cū oleo trita ignis vſtionib⁹ cōuenit. mollit matricē mēſtrualē purgationeꝫ adducit. ſemē ei⁹ in potu datū mēſtrua ꝓuocat ꝑtū deycit ⁊ ad ſerpētis moꝛſuꝫ facit. lily floꝛes leptomeres ſūt oleū ex floꝛib⁹ ipſi⁹ diafoꝛeticū ē ⁊ ſiñ aliq̄ moꝛdicatōe malacticū ē vtile ad oēm duriciē mr̄icis. i cōfectiōib⁹ vero ꝓ oleo ſicionio mittit̄. Radix ei⁹ ⁊ folia ꝑ ſe ipſa trita deſiccāt humoꝛes ⁊ ꝑyciūt mediocriter ⁊ digerūt ⁊ vſturas ſanant. Radix v̓o ei⁹ cocta ſub pꝛunis ⁊ trita cuꝫ oleo ro. ⁊ ipoſita vſqꝫ ad cicatrices ſāitati vſturas ꝑduc̄ ē ēt oīb⁹ vulnerib⁹ ad cicatriçādū optimū medicamē. vētrē laxat menſtrua ꝓuocat. folia ei⁹ ante cocta in aq̄ ⁊ poſt trita ⁊ ipoſita non ſolū vſturis ⁊ vulnerib⁹: ſꝫ ēt in vlcerib⁹ cicatrices facit. ſucc⁹ v̓o folioꝝ ei⁹ cū aceto ⁊ melle coct⁹ ita ꝙ qnqꝫ partes ſint ſucci ⁊ aceti due ꝓbatū ē medicamē vbi nimis deſiccari op⁹ ē ⁊ in magnis vulnerib⁹ maxie capitis ⁊ muſculorū ⁊ q̄cūqꝫ ſunt ifra ꝑ lōgū tēp⁹ ⁊ vix ad citrinitatē venientia. Itē Sera. auc. Diaſ. Iris ilyrica q̄ eſt alia ſpēs lily facit

ad tuſſim vulnera curat ſanies ĩtraneoꝝ facile ꝓducit et purgat colerã ⁊ cũ mulſa.ʒ.ſeptẽ data ſomnũ inuitat.tortiones cũ vino potata ſedat beſtiaꝝ venenis occurrit.ſpleneticis ꝯtractis frigora ⁊ orripilatiões febriũ cũ vino data medeť mẽſtrua ꝓuocat elixatura eiꝰ ad duricies mr̃icis fomẽto ꝓdeſt ⁊ r̃ſoluit ſciaticos ꝑ cliſtere curat.fiſtulas ⁊ ẽt empetigies curat.tũſa ⁊ cũ melle collirico facto purgat ⁊ replet ⁊ cicatrices ĩduc.collirio facto ⁊ peſſarij more iniectiõi ſcdinas educit mulieꝝ fac ẽt ad duricies veteres cocta ⁊ cataplaſmatibꝰ ĩpoſita.puluis ẽt eiꝰ cũ melle vulneribus ⁊ vbi oſſa nuda fuerũt ĩpoſita replet dolores capitis cũ oleo ro.⁊ aceto vt cataplaſma capiti ĩpoſita tollit lẽtigigines ⁊ papulas q̃ i facie naſcunť cũ ell'o albo miſſo ⁊ melle cataplaſmatibꝰ ĩpoſitũ purgat peſſarijs malagmatibus ⁊ acopis miſceť i oĩbꝰ calaſticis vtil'ẽ. AVICENNA. de viribꝰ cordis ait ꝙ confortat cor.

Liliũ celeſte.i.yris illirica.

Liliũ liguſtrũ .i. flos volubilis maioris ſepes aſcendentis.

Lima fragis.i.auripigm̃tũ.

Lima maria.i.rima maria.

Limacia qd ẽ.l.halçum.

Limeſar.limeſari .i.vſnen.

Limeri fʒ ꝓli . herba eſt q̃ ſagitte venenantur.

Limilac.i.alac.

Liminiũ .i.pãnicium.

Limioſios.i,centaurea.

Limiſiar.i.afronitrum.

Limocoſtida .i. linoſtoſis.

Limodis ẽ febris q̃dã. Ha. ſup affo.43.ꝑticule.7ᵉ.

℄ Capl'ʒ. CCCCXCIIII.

Limolion ẽ herba ſicut bleta ſilueſtris. DIA. tirſuʒ hʒ lilio ſil'eʒ ⁊ folia blete ſil'ia ſemẽ pl'imũ rubꝝ redarguẽtis ſiue ſtiptice v̄tutl. GALI. .8.ſim.phar.fructũ hʒ auſteꝝ cũ vĩo ipʒ dãt ciliacis ⁊ ſanguinẽ ſpuẽtibꝰ.iuuat aũt ad fluxũ muliebrẽ.ꝓli.li.zo.ca. .8.⁊ lib.25.cap.9. ℄ Capitulum. CCCCXCV.

Limon. fructꝰ pulcher odoratꝰ plenꝰ ſucco acetoſo valde apta ſalſamẽtis ⁊ ipſe ẽt cõediť ſale ꝯditꝰ nuſq̄ȝ memini me de ipſo legiſſe apd̾ auctorẽ auctẽticũ niſi apd̾ Aui.i.4.d̾ cura fe.acutaꝝ i gñali vbi iubet dari aquã acetoſitatis limõis ñ ſaliti. ℄ Cap. CCCCXCVI.

Limoncelion oĩbꝰ ẽ notũ cuiꝰ odor ꝯfortat cor ⁊ eiꝰ acetoſitas ẽ fri.⁊ ſic.⁊ valet ſyrupꝰ ex eo factus cõtra feb, peſtilentiales.

Limeum herba.qd ẽ. ꝓli. lib.27.ca.ii.

Limpina frageris .i. lẽpnias. Ste.

Limpha.i.aq̃ ĩde limphatꝰ .i.aqueꝰ.q timet aquam.

Limphaticꝰ.i.ydrofonitus idroforbicus.ab idro qd̾ ẽ aq̃.⁊ fouos timor.

Limpitudo ẽ ſupfluitas q̃ exit ab oculo.

Lipidatoria.i.mũdificatia.

Limura.i.calx viua.

Limus.i.panirũ . Limꝰ ſil'r poniť ꝑ fructu ⁊ ẽ limõ.

Limꝰ aq̃ticꝰ.i.limꝰ q iueniť ſup aq̃s ꝑ chimolea in tumore pedũ a ꝓli .poniť. li.26.ca.ii.in ꝑ̃ncipio.

Limꝰ lapidis qd ẽ.l.lichim.

Limos.ꝑ i.iotã ẽ fames.ſed ꝑ y.ẽ peſtilentia.lues peſtis media,

℄ Capl'ʒ. CCCCXCVII.

Linaria ẽ herba ſil'is eſule vl' lino ꝑꝑ qd̾ linaria vocať ⁊ eſt linũ agreſte ⁊ differt ab eſula qm̃ eſula lacteſcit.linaria ñ.vñ v̄ſus. Eſula lacteſcit ſiñ lacte linaria creſcit. Succꝰ eiꝰ valʒ ꝯ heriſipillas iunctꝰ ⁊ cũ ſucco pĩpinelle mixtꝰ.⁊ ipſa ſola valet ad cãcrũ trita ⁊ impoſita ad hoc ſil'r ſuccus eius.

Linchinis . Linchidis ſm Dia.ẽ genicularis vl' balſaria. ⁊ ẽ valeriana.l. fu.

Linchiti ſemẽ poniť in ꝯfectione mitridati ĩ antidotario virili ⁊ ẽ ſemẽ viole.

Lineon lineleon.i .oleuʒ de ſemine lini.

Lineſia. Linneſia. Dia.i.cẽtaurea maior lineſia.

Lingias.i.petra. Linlas id̾. Lingua arietl. Lingua agnina.i.arnogloſa.plantago.

Lingua aſini ẽ plãta hñs folia rugoſa ⁊ ñ magna hñs radiculas odoris ligno ciꝑ̃ſſi fragãtia.

Lingua auis qd ẽ.l. liſenalhaſafir.

℄ Capl'm. CCCCXCVIII.

